IHS

VITT. EMANUELE
J. 22

Digitized by Google

Digitized by Goog


Digitized by Google

Cath. Rom: Catal. ins.

EPHEMERIS SEV KALENDARIVM SS. VIRGINIS GENITRICIS DEI MARIÆ.

In quo ſinguli dies aliquid exhibent ad eam ſpectans, quod eo ipſo die qui inſcribitur contigit, aut alicuius eximij eius cultoris eodem die obitum, & aduerſus eam ſtudium repręſentant.

Authore R. P. ANTONIO DE BALINGHEM *è Societate* IESV.



DVACI,
Ex Typographia BALTAZARIS BELLERI ſub Circino aureo. Anno 1629.

Cum Gratia & Priuilegio.

Digitized by Google

Chriſtiano Lectori

SALVTEM.

EN tibi Chriſtiane Lector iam pridem à SS. MARIÆ cultoribus, germaniſ-que filijs expetitam Ephemeridē-
rianam; quam quidem ideò ſibi
oſcebant, vt & quotidiano ali-
in ea Deiparæ cultore reperto,
quoad fas eſſet æmularentur
gionem, & comperta eius ope
magis in malis mortalium pro-
andis, quàm munificentia in
is conferendis, eiuſdem cele-
ent tum beneuolentiam, tum
eficentiam: ab eaq́; diſcerent
are, quicquid ſibi opus foret, ſe

facilè conſecuturos; quippe quę vitam noſtram veris ſalutaribusque bonis cumulare vna ex omnibus & maximè velit & poſſit: Etenim ad duo iſta ferè reuocatur quicquid hoc Diario continetur.

2. Ad quod quidem & colligendum & digerendum me haud parum impulit, quod cernerem prophanos homines ſuas rerum prophanarum edidiſſe Ephemerides, quibus, dies ſingulos prophanis narrationibus locupletant, quas qui legunt, poſtmodum inter colloquendum, & potiſſimum ſub menſę tempus, adhibent: dum modò pugnas & victorias, modò clades & publicas calamitates, modò caſus admirabiles in omni rerum genere, iam cœli & terræ portenta, iam obitum Regum, principum aliorumq; illuſtrium virorum, aliàs eorumdem natales dies, & res ab ijs geſtas in ſer-

Digitized by Google

ſermonem inferunt . Cogitabam quam potiore iure hoc mereantur decus res ſacræ, viri ſacri, narrationes ſacræ , ac potiſſimum quę ad Deiparam attinent.

3. Habet illa quidem pauculos dies in faſtis eccleſiaſticis & in Romano Martyrologio eius memoria notatos;at quantulum id eſt SS. Dei genitrici , cuius memoriâ, benefactis,cultu,obſequio,etiam frequentius repetitis, dies ſingulos inſignire oportuit,vt de SS. Martyribus loquitur Auguſtinus.

4. Cæterum antequam SS. MARIA auſpice & duce ad opus aggrediar (quod quam fuerit operoſum ſileo , cum dies omnes atque adeò ſinguli nullo omnino prætermiſſo inſigniendi fuerint aut monumento Marianæ benignitatis , aut cuiuſpiam qui eius ſtudioſus extitiſſet memoria) de his

paucis præmonendum lectorem iudicaui.

8. *Maij.* 5. Non eſſe quod miretur quiſpiam quod Marianos hoſce faſtos, varijs eius apparitionibus ſignarim, quaſi ſit ea res exilis, & leuior quam vt eo euentu dies aliquis notetur. Si enim apparitione Michaëlis Archãgeli non modò certa dies ſignatur, ſed & ea, officio duplici ſolemniq́; cohoneſtatur: Cur id negabitur Deiparæ apparitionibus? An fortè pluris eſt ſeruus quam mater? ſubditus quam Regina? cliens quam patrona?

5. *Auguſti.* 6. Inſuper ſi apparitio illa qua ſe viſendam exhibuit Deipara tum Liberio Pontifici, tum Ioanni patritio Romano, eiusq́ue coniugi in publica Eccleſiæ monumenta ac tabulas relata eſt: Cur incõgruum videatur cæteras eius apparitiones Ephemeridi priuatæ inſcribere?

7. Sub-

7. Subinde leuiora (vt non nemini fortaſſe videbitur) & in ſpeciẽ minutiora SS. Dei genitrici præſtita obſequia recenſentur. At nihil aut minutum aut leue habendum, quod tantæ matris religioni impenditur. Neque verò tu leue dixeris quod ipſa tam copioſè remuneratur, vt pluribus conſtabit ex progreſſu operis.

8. Et vt leuiora ſint & exilia, veriusq́ue obſequiola nuncupanda, nihil refert. Etenim in rebus pretioſis minima quæq́ue ſpectantur, auri & vnionum vel ipſa granula ſollicitè colliguntur, lapidis Bezoarij ſi orientalis ſit (cuius vis eximia ad virus à corde arcendum) vel ipſi atomi magna cura congeruntur. An non Chriſti Domini iuſſione, ab ipſis Apoſtolis, etiam panis hordeacei fragmenta collecta, ne perirent? Nempe fragmenta erant panis inſi-

gni miraculo multiplicati, & rei quodammodò ſacræ, cuius quidem nihil omnino negligendum eſt. At ſacra ſunt quæ Deiparæ deferuntur obſequia, quare magni pendenda quantulacumque ea exiſtant. Et ſanè ijs qui Dei parentem enixius diligunt gratum erit legere quidquid eius venerationem quoquo modo ſpectat: quemadmodum & quicquid ab ea manat, & ad eam vel minimum refertur, etiam veſtigia pedũ eius, vbi vbi impreſſa, ſuſpiciunt, venerantur, adorant.

9. In hiſtorijs iſtis non eſt ſeruatus ordo temporis, quod imitatione Romani Martyrologij factũ, in quo hic negligitur, cum qui poſterius diem obierint ſuum, eos prçeant qui multò ante vitâ functi ſunt.

10. In fuſiore rerum geſtarum enarratione habeo authorem, Ado-

nem

Digitized by Google

nem Archiepiſcopum Viẽnenſem, Doctorem Molanum & alios qui in Martyrologia notas edidere, eo cõſilio vt lector hîc haberet paulò vberius rem digeſtam, aç leuaretur onere recurrendi ad ipſos authores. Ieiunior ſanè fuiſſet, minúſque grata narratio ſi verbo dumtaxat comprehenſa eſſet: verbi gratia hoc aut ſimili modo: Hodie de hoſtibus Deipara opem ferente triumphant orthodoxi. At iucundior futura eſt, ſi eius pugnę occaſio, tempus, locus, ſi quę hoſtium vires & militum numerus, ſi quæ noſtrorum copiæ, & alia iſtius generis fuſiuſculè repræſententur. Quod idem de cæteris accipiendum eſt.

II. Ad hæc, ſignata Ephemeris iſta, non modo die obitus cultorum deiparæ (quem voco natalem quod tum cœlo nati ſint) verum etiam die tranſlationis ſacrarum reliquiarum,

apotheoſis ſeu relationis in Diuos, inaugurationis in pontifices, Imperatores & Reges, idq́ue ad exemplar Romani Martyrologij, quod vel leuiter in eo verſato, facilè perſuaſero.

12. Inſuper licet dies dumtaxat quo miraculum innotuit ſignetur; nihilominus hic ille ipſe dies, poteſt is dici, quo miraculũ accidit. Quod quidem non quolibet leui argumẽto firmari poteſt, ſed ex ſacrarum literarum vſu petito, quibus id familiare eſt, vt tunc aliquid enuntient fieri, cum factum eſſe demonſtratur aut cognoſcitur. Vt Geneſis 12. ait Deus ad Abraham. Nunc cognoui quod timeas Deum, id eſt cognoſcere feci ſeu manifeſtaui. Iuxta quã regulã explicat Sãchez illud Mat. 11. A diebus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc regnum cœlorum vim patitur, id eſt. A Ioanne pręedicatũ & oſtenſum

In Iſa. c. 49.

ſum eſt regnum cœlorum vim pati, & rapi à violentis, id eſt ab ijs qui ſibi vim per pœnitentiam facerent quam Ioannes prædicabat.

13. Vt interim ſileam longè ampliorem Deiparæ prouenire honorem ex mirabilium eius promulgatione, quàm ex ipſomet opere mirabili ſi lateat, nec ad mortalium aures perueniat. Imò ideo à Numine, Dei genitricis interuentu patrãtur opera iſta ſupra omnem naturæ facultatem, non quidem vt ſub modio deliteſcant, verum vt ſparſa in auras & omnibus explorata maiorẽ ei venerationem concilient.

14. Ad ſtilum quod attinet, ſecutus ſum, vbi id licuit, ipſorum Authorum verba ad faciendam fidem, cum id videam paſſim à Neotericis ſcriproribus obſeruari.

15. Si cui chronologia, quam hic ſequimur, minùs probetur, memine-

Digitized by Google

minerit eam non eandem apud omnes Authores reperiri, & non paruũ inter eos eſſe diſcrimen de tempore tum obitûs tum rerum geſtarum. Nobis ſatis eſt quod probabile eſt ſequi.

16. Si cui, dies minus locupletati videantur, is ſciat ingenuè me fateri ſupereſſe plurima quæ in ſingulos dies referantur, ac potiſſimũ miracula, quæ quidem licuiſſet plura exhibere; verum conſulto abſtinui, eo quod licet maximi pendenda ſint, tamen quia frequentiſſima ſunt & paſſim occurrunt legenti, multis aſſiduitate (vt loquitur Auguſtin.) viluerunt. Is ſciat inſuper me tantum pręire voluiſſe in iſto ſcribendi genere, ſperans olim fore plures qui librum iſtum pro ſua aduerſus Deiparam obſeruantia, magnis acceſſionibus augeant. Mihi ſatis fuerit anſam alijs dediſſe, Deiparam

param eiusq; cultores celebrandi. Solabatur me illud columellæ de re ruſtica. In magna ſilua boni venatoris eſt feras indagare, quam plurimas capere, neque cuiquam culpæ fuit, non omnes cœpiſſe. Quod facilè eſt in rem præſentem accommodare.

17. Offendet etiam lector nõnulla inſerta, licet certus quo contigere dies inexploratus ſit, idq́ue ob rerum ſimilitudinem.

18. Præterea ſubinde (quod vtinam ſæpius à me factum eſſet) nõ modò quæ ad venerationem Deiparę pertinent, ſed & eminentiores aliquas eiuſdem cultorum virtutes, in medium attulimus, eo potiſſimũ conſilio vt ſpiritualium colloquiorum vberiorem materiam ſuggereremus ijs qui ad optimum hunc vsũ Ephemeridem iſtam adhibituri sũt, procliue eſt enim à cultu Virginis

ad alias

Digitized by Google

ad alias eius ſtudioſorum virtutes, gradum facere. Denique intelligat lector me nonnunquam minus probatæ vitę, quin & aliquando fidei, Marianos cultores recenſere, quales ſunt Zeno, Iuſtinianus, Federicus, Ludouicus Bauarus Imperatores, in quibus id tantum attendi quod Deiparę obſeruantes fuiſſent, reliqua eorum vita neglecta, & eo dumtaxat nomine, laude & imitatione digni. Quod idem in alijs, quorum vita & fides probata, pręſtiti. Neque enim eorum geſta vniuersè explicare volui, neque miracula aut reuelationes afferre, ſed id vnicum ſpectaui quod Dei genitricis ſtudioſi extitiſſent, quod quidẽ non eſt geſta eorum conſcribere, cum id pauxillum, ne centeſima quidem ſit eorum pars.

Ij porro, quorum vita & fides probata, duplicis ſunt generis. Alij enim

Digitized by Google

piè & in Domino obijſſe creduntur. Alij inſuper ſanctitatis fama vel opinione celebres è vita migrauerũt. Ac priorum quidem geſta nulla lex vetat in lucem edi. De poſterioribus vero (ſi quidem ſint recentioris memoriæ) lex eſt eccleſiaſtica quæ de cætero inhibet imprimi libros, eorum geſta, miracula vel reuelationes continentes, niſi ſeruata quadam cautela, idq; ad impediendum abuſus qui in cultu eorumdem irrepere poſſent. At opus hoc noſtrum non poteſt vocari liber vnius alicuius ex iſtis geſta continẽs, cum vt dictum eſt non contineat vel cẽteſimam eorum partem, & habeat ſuam inſcriptionem Kalendarij Mariani, cui obiter inſeritur geſtum aliquod alicuius è ſupradictis, qui cum fama ſanctitatis obiere. Neque verendum ſit vt ex vnica eius actione (Deiparę cultu) ſequatur abuſus in

cultu

Digitized by Google

cultu eius. Neque enim ea ſufficit (cum & ab impijs exire poſſit) vt aliquis colatur vt ſanctus. Vt interim omittam poſterioris huius generis viros pauciſſimos Kalendario iſto contineri neque hic collocari vt tales, verum ſimpliciter tanquam Deiparę ſeruos, quidquid demum ſit de reliqua eorum vita.

19. Porro de iſtius Diarij vſu nihil attinet dicere. Videt quilibet ſi vel leuiter animum aduertat, Mariophilis fore inſtar paradiſi, quò ſe ſubinde, recreandi animi cauſa, relaxandiq́ue recipiant. Ijſdem fore promptuarium vnde ſuæ Matris laudes, quas in conuictu familiari in medium proponant, depromere liceat. Habebunt hic concionatores, habebunt pręceptores, quotidianas narrationes de Dei genitrice quas auditoribus exhibeant. Atque ita illos æmulabuntur qui nunquam ad

popu-

populum verba faciebant, quin ſimul aliquid ad eam ſpectans pro concione dicerent. Quo verò id fructu ab ijs præſtitum, dabit hoc diarium plus ſemel. Habebunt tandem omnes ac in primis deuoti B. MARIÆ V. clientuli, tanquam ſpeculum quoddam cultorum eius in quod intueantur, & ad quod imitatione ſeſe aptent & conforment.

20. Vbi verò occurrunt admiranda magis quàm imitanda, qualia ferè ſunt miracula ac beneficia, Deiparę interuentu, à filio procurata, quæ quidem ęmulari non eſt in nobis, circa ea hi potiſſimùm exerceātur affectus. Gaudium ac mentis iubilus de tanta qua pollet ipſa, poteſtate flectendi natum ad quæcumq; poſtulat, ita vt nihil ei negare poſſit: tanta ſunt efficacitate præditæ preces eius. Incenſum deſiderium vt vniuerſo innoteſcant mirabilia iſta,

& vt ob ea nomen eius vbique gentium celebretur: iteratâ identidem ritu orationis eiaculatoriæ, precatiuncula iſta: Confiteantur Domine, miſericordiæ eius & mirabilia eius filijs hominum. Quod quidem hanc habet ſententiam deprędicentur Dei parentis beneficia ad eius honorem ab ijs qui ea experti ſunt, & mirabilia eius opera, narrentur ab ijs, filijs hominum.

Pſ.106.

Confiteātur ſumitur paſſiuè

Denique gratiarum actio Deo exhibita, quod per eam tot ac tanta mirabilia efficere ſit dignatus, vel quod ei tam ſui amantes filios, tamque ſuo deuotos obſequio ſeruulos, indulſerit.

21. Atque vt de colloquijs quæ de Deipara habentur aliquid obiter dicatur: quemadmodum Deo bonorum omnium largitori gratiſſimæ ſemper exiſtunt ſuæ laudes (eò factū vt ſacræ litteræ, mortales ad eas celebran-

lebrandas nuſquam non inuitent) ita & Deiparæ, ſecundum Deum bonorum omnium fonti ſua perplacēt præconia. Et ſicut exercitium eſt planè angelicum Dei, ita & eius genitricis laudes prædicare.

22. Neque vero dubitandum eſt adeſſe SS. V. M. in medio eorum qui in nomine eius congregati de ea ſermonem miſcent. Quidni adeſſet ijs à quibus ſe amari ſentit? At ab amore laus eius proficiſcitur. Vbi eſt theſaurus tuus, vbi eſt amor tuus; ibi & cor tuum, ibi & lingua tua.

23. Enimuero fœlix lingua quę NARIAM loquitur, quę in MARIÆ laudes ſoluitur. Fœlix ille cuius ſub lingua ſunt lac & mel (ſuauiſſima nempe MARIÆ opera, encomia, ſermones, geſta, lacte omni & melle dulciora.) De eo id ſanè licebit dicere: Vitta coccinea labia tua, &

eloquium tuum dulce. Vbi per coccum ardens ſignificatur charitas, quia quæ anima ſancta profert, ea ex dilectione tum Dei tum Deiparæ promanant. Et quemadmodum vitta capillos conſtringit ne effluant, ita vir probus nihil temerè effudit, neque velox eſt ad loquendum, at vniuerſa ex iudicij præſcripto loquitur.

24. Denique fœlix ille quin & multo fœliciſſimus qui obſequio iſto de B. V. M. geſtis colloquendi, ſibi eius gratiam & ſtudium demeretur, ſibiq́; eius pietatem deuincit, ac ſtolidum quendam, qui pleroſq; tenet, à ſe pudorem excutit, qui eos quo minus de rebus ſpiritualibus, & præcipuè de Dei parente liberè loquantur, cohibet.

25. Cur quæſo pudeat eius cultores de ea ſermonem inſtituere, cũ non pudeat rerum nouarùm amatores,

Digitized by Google

tores, earum narratiunculis (plurimùm mendacibus & ex cuiusq́ue animi ſenſu confictis) temerè & extra rem iniectis, auditores tenere & decipere, & grauiora ſanioraq́ue colloquia interrumpere.

26. Det Deus Opt. Max. Det precibus ſuis Deipara, vt ephemeris iſta eum habeat vſum, eumq́ue ſortiatur effectum quem ei Auctor exoptat, maiorem vtriuſque gloriam vt vtriuſque in hoc exilij loco pro virili procurato honore, ad eorum in cœleſti regno gloriam tranſeamus.

Digitized by Google

De Sabbato DEIPARÆ *CVLTVI TRIBVTO.*

Cum Sabbatum nullum ſtatum habeat menſis diem, & ſit à maioribus noſtris Dei genitricis venerationi aſſignatum, non erit abs re pauca quędam de eo pręmittere.

1\. QVANDONAM *præciſè cœperit cultus iſte difficilè eſt dicere. Affirmat Pelbartus Sabbatinum Virginis offi-*

cium

cium à S. Ildefonſo qui circa annum Domini 660. floruit, vſurpatum fuiſſe, quin & illud ipſum compoſuiſſe cum nouem lectionibus, quod & ab Angelis ipſo audiente decantatum eſt die quodã Sabbati.

2. *Sub ann. 770. Alcuinus* L.4. c.1.
Miſſam de B. Virgine Sabbato attribuit, cuius inſtitutionis hanc cauſam refert Durandus in rationali diuinorum officiorum, olim in quadam Eccleſia Conſtantinopoli viſebatur imago Deiparæ, coram qua dependebat velum, quo tota tegebatur imago. Sed hoc velum feria 6. poſt veſperas recedebat ab imagine nullo remouente, ſed Dei miraculo, quaſi deferretur in cœlũ vt plenius poſſet imago à populo videri. Celebratis vero veſperis

Sabbati,iterum deſcendebat velũ ante ipſam imaginem,& ibi manebat vſque ad 6. feriam ſequentis hebdomadæ. Quo viſo miraculo ſtatutum eſt vt ſemper illa feria de B. Virgine ſacrum caneretur.

3. *Poſtea ſub annum* 1094. *concilium Claromontanum ſub Vrbano 2. preces horarias Virginis Sabbato recitari, miſſamq́ de Deipara celebrari mãdauit. Hũc Virginis cultum die Sabbati etiã Angeli æmulati ſunt, nam teſte Nauarro, ſapidam illam orandi formulã, Salue Regina,&c. Fama eſt olim in Ronca noſtra valle, Sabbatis ſolitam ab Angelis cantari, apud quendam fontem qui inde fons Angelorum dictus eſt. Ad hæc, circa annũ Domini* 890. *Sabbati diebus inclinãte iam ſeſe*

In Manuali de oratione c. 19.

die

die ſuper antrum quoddam Mõtiſſerrat, in quo repoſita erat imago Dei matris, viſa deſcendere de cœlo lumina, concentusq; Angelici exauditi.

4. Eſſe autem Deiparæ cordi, eiq; placere imprimis, cultum iſtius diei in eius honorem, teſtantur varia miracula eo potiſſimùm die à filio impetrata & dona conceſſa.

Narrat Vincentius de quodam equite inſigni milite, ſed impudicis amoribus addicto, quod cum quandam puellam violare pararet, illaq; triſtis eſſet & obluctaretur, quid ſibi, inquit miles, vult iſte fletus & reſiſtentia; Pater tuus te mihi tradidit pretio ei perſoluto. Ad quem illa: Nox iſta, nox eſt Sabbati Deiparæ Mariæ cultui con-

L. 8. hiſtor. cap. 102. & 103.

conſecrata; & mihi quoque nomen eſt Maria. Inſuper voui Deo ad matris eius honorem, caſtitatem, & iam ſanctimonialis eſſem niſi id patris mei egeſtas prohibuiſſet; quibus omnibus fit vt non poſſim in hanc mei violationem conſentire. His Deo inſpirante commotus eques, mutatus repente eſt in virum alterum: Ne inquit deinceps timeas. Quandoquidem nox iſta Sabbatina eſt, & vocaris Maria, ſtella maris, & ob ſancta iſtius noctis ſacra myſteria, quam ſibi dicatam voluit Beatiſſima Dei Mater, ego te ab omni contagione liberam dimitto; ſuper hac te in ſanctimonialium ſacro cœtu collocabo, & quæ ad ingreſſum tuum neceſſaria ſunt abundè ſuggeram. His dictis iter

ſuum

ſuum proſequitur ad quoddam torneamentum quo multi conuenerant equites, ibiq; perimitur. Poſt cuius mortem apparet Deipara puellæ iſti factæ ſanctimoniali, aitq; equitem illum ſaluum eſſe eo quod in honorem Sabbati ab ea violanda abſtinuiſſet. Addit mandatum vt Abbatiſſe ſuæ denuntiet, vt corpus eius ad Eccleſiã Monaſterij transferat, vt ibi iuuetur ſuffragijs Eccleſiæ. Ne autem hæc vana inquit exiſtimes, inuenies recentem roſam ſupra eius ſepulchrum cuius radix ex ore aſſurgit.

5. Huc ſpectat quod Ioanni 22. Deipara apparuit, ei præcipiens vt euulgaret fratribus Carmelitis (qui à ſancta Maria de monte Carmelo nomen habent) & om-

Cartagena de antiquitate Carmelitar.

& omnibus cum ſcapulari ordinis, ſepulturæ traditis, ac in purgatorio detentis, ſingulari Virginis beneficio, primo Sabbati die ab ipſorum obitu, purgatorij pœnarum integram relaxationem dandam.

6. *Atque hinc (ſcilicet quod ſibi cultum iſtum ſabbati gratum eſſe, Deipara varijs argumentis teſtata ſit) factum eſt vt plurimi diem illum peculiari quodam erga eam obſequio colerent. Alij ieiunio, alij precibus, alij eleemoſynâ, alijsq; virtutum exercitijs. Henricus 2. Angliæ Rex quouis Sabbato ab hora 9. in diem lunæ proximum, & ſingulis Deiparæ profeſtis iuſtitium Anglis imperabat.*

Rogerius in hiſt. Anglic.

Ludouicus 11. Gallorum Rex (cui nonnulli tribuunt pulſum me-

ridie

ridie ad ſalutandam Deiparam) ſummopere cupiebat non alio quàm ſabbati die emori, ægrotanſque ſæpe iterabat ſperare ſe non niſi ipſa Sabbati feria ſacræ Virgini dicata, vita iſta abiturum. Quod & conſecutus eſt anno 1483. Auguſti penultima in die Sabbati.

Beata Beneuenuta dominicana huius diem peculiariter obſeruabat & colebat. Quare equauis nocte Sabbatum præcedente audiebat dulciſſimam muſicam varijs conſtantem tum vocibus tum muſicis inſtrumentis, quæ mira ſuauitate eam afficiebant.

S. Nicolaus Tolentinus Sabbatis ſolo pane & aqua contentus viuebat. Idem factitatum à S. Elizabeta Luſitaniæ regina (hoc an-

no

Digitized by Google

no 1625. ab Vrbano 8. in diuos relata) à S. Didaco ordinis S. Franciſci, & ab aliis multis qui paſſim occurrent in hac Ephemeride. Faxit Deus vt eorum imitatione ſacrum iſtum diem peculiari aliquo in Deiparam obſequio veneremur, neque lucem eius honori dicatam, ſine aliquo noſtri aduerſus eam ſtudij monumento aut priuato aut publico, labi ſinamus.

Appro-

Digitized by Google

Approbatio.

Cum Kalendarium SS.mæ Virginis Mariæ è probatis authoribus collectum, Authore *P. Antonio de Balinghem* eiuſdem Virginis Matris glorię promouendæ non parum conducat vtiliter excudi poteſt. Inſulis 22. Octobris. 1628.

Ioannes Parent Librorum Cenſor.

Digitized by Google

Summa Priuilegij.

EGo infraſcriptus Societatis IESV *in Gallo-belgia Prouincialis iuxta priuilegium à Sereniſſimis Principibus noſtris eidem Societati conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne Libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos abſque Superiorum permiſſione imprimant, facultatem do* BALTAZARI BELLERO *Typographo Duacenſi, vt Kalendarium SS. V. M. à P.* ANTONIO BALINGHEM *eiuſdem Societatis compoſitum ad ſex annos proximos imprimere, & liberè diſtrahere poſſit. In cuius rei fidem has manu propriâ ſubſcriptas & Officij noſtri Sigillo munitas dedimus Inſulis 22. Auguſti. 1628.*

FRANCISCVS DE LA CROIX.

Digitized by Google

KALENDARIVM SANCTISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ.

IANVARIVS.

Ianuarij 1.

1. NONNVLLI opinantur hodie SS. Deiparam animo virili & generoſo filium ſuum circumcidiſſe. Id ſaltem certum eſt eam circumciſioni interfuiſſe, ſpectaſſeque acerbiſſimo cum animi dolore, ſanguinem ex Chriſti filij ſui tenerrimo corpore manantem, cuius vel vnica guttula ſufficiens, imo ſuperabundans erat pretium vniuerſo orbi redimendo. Alij id Ioſepho tribuunt. Id porrò conſtat ſatis, nullum fuiſſe determinatum miniſtrum Circumciſionis, ſed vel patrem ſolitum id facere, vel matrem, vel quemuis alium. Geneſis 17. 23. Abraham circumcidit filium ſuum & omnes vernaculos. Exodi 4. 25. Sephora vxor Moyſi circumcidit filium ſuum. Vide 1. Machab. 1. 62. & 2. Machab. 2. 10.

P. Suarez ait id vel ab ea vel à Ioſepho factum.

2. Hodie Chriſto Domino nomen à patre æterno impoſitum, ab Archangelo Gabriele annuntiatum, ſanctiſſima Deipara aperit, vocatque nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero conciperetur.

3. Octaua partus virginei Sanctiſſimæ Virginis Mariæ.

4. Hodiernum feſtum non tantum Chriſto, at B. V. M. etiam eſt dicatum, & olim duæ miſſæ hodie celebrabãtur, vna de Virgine, altera de myſterio, & bona officij pars eſt de Beata. Ideo idem Durandus illam vocat octauam ſuppletionis. Nam quia in Natiuitate Chriſti (ait) multum actum eſt de partu, & parum de parturiente, ideo in octaua pleniùs ipſa celebratur.

Duran. lib.6. ration. offic. c.15. l.7. c.1. n. 47.

5. Dum in matutinis precibus hac nocte S. Iordanus Dominicanus, nonam pro more legeret lectionem, vidit quidam ſuper ſuggeſtum matronam, corona capite ornatam, in ipſum venerandum patrem intuentem, lectaque lectione de manu eius librum accipientem. Quo accepto, cæpit ante ipſum per gradus mature incedere, hinc inde aſſiſtentibus cæleſtis curiæ ciuibus. Inter quos S. Petrus ſcipionem tenens ante ipſam venerandam matronam (ea erat SS. Deipara) incedens velut viam inter multitudinem ei præparabat.

6. Anno 1612. Sacerdos à cognatis voto Diuæ Virginis Weijerenſi facto, mortis periculo eximitur, & ab acuta febri conualeſcit. Hic iam ſe ad mortem compararat Sacramentorum perceptione, nam acutiſſima, è qua de mille vix vnus euadit, febri, inſuper Cephalalgia Epidemica labo-

Hiſtor. VVeijerẽſ.

laborabat, & erat de vita eius à Medicis conclamatum, cum ecce tibi cognati eius vir & mulier, eum iam morti vicinum, ipſo circumciſionis die percepta ſacra ſynaxi, Dei genitricis patrocinio commendāt, ac ad eam cū votiuo dono peregrinationem pollicentur. Mira res, Eadem die quo æger deceſſurus putabatur, deſinit Cephalalgiæ dolor, Epidemiæ criſis diſparet, remittit ſeſe febris, reualeſcit æger & ſeptuagenario vicinus (inquit D. Fornerus) etiamnum ſoſpes in viuis degit.

7. Natale S. Fulgentij Epiſcopi Ruſpenſis in Africa.

Hic luculentus eſt Mariæ Virginis laudator. *Serm. de laudib. Mariæ.* Facta eſt inquit Maria feneſtra cæli, quia per ipſam Deus verum fudit ſæculis lumen. Facta eſt Maria ſcala cæleſtis quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cælos &c. Ex eodem citat *l. 5. Deipara c. 30* Vincentius & poſt eum Caniſius hanc ſententiam. Tali ergo tantæque perſonæ nihil tandem ad honoris cumulum accedere maius poſſet, quam vt Dei filium Virgo conciperet & Virgo mater ederet. Hac nempe dignitate facta eſt venerabilis ipſis etiam Angelorum ordinibus ſacris.

8. Cœſareæ in Cappadocia depoſitio S. Baſilij Epiſcopi. De huius erga Deiparam ſtudio Vide infra 14. Iunij, tunc enim eius celebritas, qua die ordinatus fuit Epiſcopus, potiſſimum recolitur.

9. Anno 1492. Virginis interuentu Ferdinandus Rex cognomento Catholicus potitus eſt *Marineus l. 20.* Granata, regni Granatenſis ciuitate principe,

pulſis inde Mauris, quorum rex Boaldus ſeſe regi dedidit & Kalendis Ianuarijs, qui dies eſt hodiernus, Granatæ portis recluſis magnum Chriſtianorum militum numerum in vrbem admiſit, regiæque domus turres, vrbis portas & omnia munitiora loca Chriſtianorum præſidijs aſſignauit. Poſtero vero die (quod ad 2. Ianuarij hinc referendum eſt) captiuos Chriſtianos complures compedibus vinculiſque ſolutos ad Catholicum regem miſit in caſtra, qui audiens eos canētes in gratiarum actionem Deo & Deiparę Canticum, Benedictus Dominus Deus Iſrael, videnſque item eos flentes, & toto corporis habitu ac vultus effigie deformatos, pene nudos ac barba capilloque promiſſo, inter quos erant etiam nōnulli Sacerdotes, eorum ſortem miſeratus, eos omnes indutos ac rebus neceſſarijs adiutos ad ſuas domos redire iuſſit. Quæ vniuerſa Deiparæ tribuenda nemo non videt. Vt & erectio crucis Granatæ ab eius vrbis Archiepiſcopo deſignato, qui crucis vexillum in altiore turre erexit, quam Rex, proceres, vniuerſuſque exercitus Deo Deiparæque gratias agentes adorarunt.

Anchangel. Ianius.

10. Anno 1452. Florentiæ, Virginis Annuntiatæ aram ſumma cū celebritate conſecrat Guillielmus Duſtonteuillanus Cardinalis. Hic enim anno abſolutum eſt marmoreum eiuſdem Virginis ſacellum, in quo miraculoſa Deiparæ imago maxima populorum deuotione colitur.

11. Quas ſtrenas hodie offerret B. Henricus Suſo B. V. M. Vide 25. huius.

Ianua-

Januarij 2.

1. CAptiui Chriſtiani liberantur, Granata à Rege Catholico Ferdinando ope D. Virginis Mauris erepta. Vide 1. Ianuarij numero 9. quibus hæc adde ex Cartagena.

De hac victoria ita Ioannes Cartagena Minorita: nouit vniuerſa noſtra Hiſpania quod cum Sereniſſimus Rex Catholicus Ferdinandus per multos annos elaboraſſet pro capienda inclita & inexpugnabili vrbe Granatenſi, tandem ad puriſſimæ Virginis adiutorium confugiens, vouit cum sereniſſima conſorte ſua Iſabella, ſi eis de prædicta vrbe victoriam præſtaret, primũ illius ciuitatis templum in honorem ſuæ immaculatæ conceptionis conſecrandum, quo emiſſo voto, glorioſam de hoſtibus victoriam reportarunt. Hæc ille.

l. 1. de ſacris arcanis Deipara hom. 19. §. 4.

2. Anno 1530. Natale B. Stephanæ Soncinatis ex familia S. Dominici. Huic, poſtquam Deo virginitatẽ vouiſſet, apparuit Chriſtus Deipara comitatus, qui eam ſibi dato annulo ſponſauit, cuius tanta erat ſpecies, vt nihil neque ditius, neque ſpecioſius cerni poſſet.

Ex viris illuſt. ordinis.

Eadem cum ad ſacratiſſimam Dei matris ædẽ, quæ Laureti viſitur, ſeſe contuliſſet, in ea plurima ei diuinitus oſtenſa ſunt. A morte plurimis claruit miraculis. In cæteris, roſario Deiparę, eius ſacro corpori admoto, puerulus æger repentè conualuit.

Ianuarij 3.

1. OCtaua D. Ioannis Euangeliſtæ, filij adoptiui Deiparæ, quem ipſa in filium

ſuſcepit & ipſe viciſſim illam in matrem. Ioannis 19. 26. 27. quam & ſecum Epheſum duxit ab aſcenſione Chriſti, cum facta eſt Apoſtolorum diuiſio, vt teſtantur patres Concilij Epheſini. Quam & inde Hieroſolymam paulo poſt reduxit, neque enim diu Epheſi in Aſia commoratus eſt. Idem ab ea multa didicit vt & cæteri Euangeliſtæ de Chriſti myſterijs & actibus. Imo plus cæteris didicit. Vnde non mirum ait Ambroſius l. de Inſtitut. Virg. c. 7. Præ cæteris locutum myſteria diuina, cui præſto erat aula cœleſtium ſacramentorum. Idem frequenter cum illa mortalibus apparuit. Vide Iunij 5. n. 2.

In epiſt. ſynodica ad clerũ Conſtantinopolitanum.

2. Anno 1334. coronatur Auenione Pontifex Benedictus 12. Hic primus indulgentias largitus eſt viſitantibus ædem Deiparæ Lauretanam. Vide fuſiùs 25. Aprilis.

3. Sanguine ſudat ſtatua Deiparæ.

Hiſt. Sichimenſis per Phil. Numan. & Lipſium.

Venerant Sichemium anno 1603. è pagis adiacentibus Scabini quinque negotij publici cauſa, quo peracto in reditu ad ſacrum ſacellum diuertunt. Inter orandum vnus de ijs guttam ſanguinis in labro Virginis videt. Accedit, manu tangit & digitis abſtergit. Attonitus oſtendit ſocijs non ſine eorum item admiratione. Sed ecce ſecunda ſe ibidem gutta prodit, & ab alio detergitur. Fit idem tertiò. Fit quartò. Quartam autem hanc ſtillam ſanguinis quidam de ijs (Walterus Vnkelerus) candido linteo exceptũ omnibus exhibuit veri ſanguinis colore, manſitque in poſterum diem, inſtar denarij nummi diffuſa, ſed minus rubeus. Circumſpexere illi ſacelli tectum, ne quis forte humor delapſus fefelliſſet, nihil inuentum. Sed ne ipſa quidem imago colore

lore

lore nouo tincta iampridem. Sed quidquid & quaqua cauſa hoc fuit, vi cælesti ex arido ligno ſtillauit. Addam quid de hoc ſanguineo ſudore ſuggerit Lipſius eximius Dei genitricis cultor. *Vide de eo 23. Martij.*

Quid ſigni tamen hoc fuiſſe dicam?
An ſudas, dea, ſanguinem hoc in æuo
Quo ſanguis malè funditur; dolorem
Et ſic exprimis? an magis cruenta
Siſtes bella, tuiſque gutta labris
Vt deterſa fuit, ſic & madenti
Huic fiet patriæ? ô benigna fiat
Et iuua precibus, Deumque placa.

4. Natale S. Bertiliæ Virginis.

Hæc ex nobiliſſima regũ ſtirpe oriunda mortuo marito (cum quo Virgo permanſit) patrimonium ſuum locis pijs dedit, ac Marcolum prope Atrebatum, Cathedrali Eccleſiæ S. Mariæ Atrebatenſis tribuit, quod eſt Epiſcopi Atrebatenſis, tenuem habens Abbatiam canonicorum S. Auguſtini in Eccleſia SS. Amandi & Bertiliæ. *Molanus*

Januarij 4.

1. OCtaua SS. Innocentium.

Quemadmodum hi Sancti Martyres ad Deiparam referantur. Vide 28. Decembris.

2. Natale Beatæ Angelæ à Fulignio anno 1309.

Huic reuelauit Deus, id illi Deiparæ precibus conceſſum, vt nũquam in viſis & reuelationibus, quibus quidem frequenter illuſtrabatur, falleretur, qualeſcumque demum illæ eſſent.

Digitized by Google

Ianuarij 5.

Hiſt. Angl. & vita eius. 1. ANno 1066. in cælum migrat S. Eduardus Angliæ Rex. Hic pueritiæ annos nondum egreſſus, & propter Danorum in Angliam ſæuientem procellam, in Neuſtriam ductus, Deiparam in patronam ſibi ſumpſit. Grandior effectus cum coniuge, D. Virginis imitatione illibatum pudicitiæ florem aſſeruauit.

2. Anno 1606. Dalhemij in ditione Ciſmoſana publicis conſignata eſt tabulis miraculoſa claudi curatio.

Hic & in poſterum frequentiùs notatur dies quo miraculum publicis conſignatum eſt monumentis: qui quidem etiam dici poteſt dies quo id contigit. Idque phraſi ſacræ ſcripturæ, ſecundum quam res aliqua tunc dicitur fieri quando innoteſcit. Vide id fuſius elucidatum in præfatione. nu. 12. Sed ad rem.

Hiſt. Sichemienſis. Quinque annos hic lignea tibia vſus erat, cum naturalis ei eſſet ad omnem motum & ſtationē inutilis. Itaque ad Deiparæ Sichemienſis ædem tres vouet peregrinationes, nec fruſtra voto illo ſe exoluit, nam tandem abiecta lignea tibia, ibidemque in miraculi monumentum relicta, ſpedibus ſuis domum ſanus ac incolumis regreditur.

3. Anno 460. Natale S. Symeonis Stylitæ ſenioris.

Cedrenus. Hic ſanctiſſimus anachoreta probauit, & magno cum gaudio recepit decretum fidei ſynodi œcumenicæ Chalcedonenſis contra Eutychetem Dei genitricis inimicum, & tanquam verè orthodoxum probauit. Quod maximi fuit momenti

menti ad continendum in officio complures Palæſtinæ monachos alioſque ſeculares viros, ne ſeducerētur à Pſeudomonachis Eutychianus quod viderent SS. virum id concilium amplexatum eſſe.

4. Anno 1476. vitâ excedit in prælio Carolus audax Dux Burgundiæ & Flandriæ comes. Hic anno 1473. Aquiſgranum ſe contulit ſupplicaturus ad memoriam B. V. M. Vbi aliquamdiu hæſit, cum toto ſacello hoc eſt muſicorum choro quibus apprime capiebatur, vt & pater eius Philippus. Illi quotidie & ſacra faciebāt & laudes, hymnoſque varios Deo Deiparæque decantabant, celebri ac iucunda admodum ceremonia. *Meijerus.*

Ianuarij 6.

1. EXcipit Deipara tres reges qui ab oriente venerant Chriſti adorandi cauſa. Cum ijs, vt probabile eſt, varios miſcet ſermones de filio ſuo, de audito Angelico concentu, eo naſcente, de adoratione paſtorum, cæteriſque prodigijs quæ tum interuenerant, vt de fonte miraculosè orto in ſtabulo Bethleemitico. Ab ijſdem accipit totam itineris ſui ſeriem, edicunt quemadmodū ſtella in aëre viſa ſplendoris eximij, intellexerunt eam eſſe quæ veteri fama ex prophetia Balaam, maiorumque traditione, regis in Iudæa nati futura eſſet index. Exponunt eidem virgini turbationem Herodis, ſtellæ abſconſionem, atque iteratam apparitionem vbi primum Hieroſolyma pedem extulerant, & cætera quæ habentur Lucæ c.2.

Ab

Digitized by Google

Ab ijſdem regibus accipit munera, aurum, thus, & myrrham. Gaudet ſupra quam dici poſſit tam cito propagatam eſſe ad tam remota regna filij & Dei ſui notitiam, eumque vel ab ipſis cunis agnoſci, colique pro rege, Deo, atque homine.

P. à Caſtro ex priſcis DD.

2. Intereſt cum filio Deipara nuptijs in Cana Galileæ prouinciæ, quæ Cana, octo miliaribus à Nazareth Virginis domicilio erat diſſita, orientem verſus, Vbi cum inter nuptiales epulas vinum benigna mater deficere animaduertiſſet, commiſeratione mota ita ad filium. Vinum non habent, & conuerſa ad miniſtros, quodcumque, ait, dixerit vobis, facite. Tunc Chriſtus cum ſex hydrias quæ ibi tunc in conſpectu erant, aqua repleri iuſſiſſet, confeſtim in vinum eam conuertit; ſic opera Virginis primo hoc admirabili ſigno, gloriam ſuam Chriſtus manifeſtauit, atque inde maiorem de illo diſcipuli eius concepere opinionem.

3. Huius porro primi miraculi aquæ in vinũ verſæ, voluit etiam ſequentibus ſeculis memoriam extare, vt quam ſit Deipara erga filium ſuũ efficax admoneamur. Scribit S. Epiphanius hæreſi 51. circa vndecimam (inquit) diem menſis Tybi. (quæ apud nos eſt 6. Ianuarij) poſt annos 30. factum eſt primum ſignum in Cana, quando aqua factum eſt vinum. Quapropter etiam multis in locis vſque in hanc diem hoc fit, quod tunc factum eſt diuinum ſignum in teſtimonium incredulis, velut teſtantur multis in locis fontes ac fluuij in vinum verſi. Cybires quidem vrbis curiæ fons, qua hora hauſerunt miniſtri, & Chriſtus dixit, date Architriclino. Teſtatur id in Geraſa Arabiæ fons — ſimiliter. Nos bibi-

bimus de Cybires fonte; fratres vero noſtri de
) qui eſt in Geraſa in martyrum templo. Sed
: multi in Ægypto de Nilo hoc teſtantur.
Iæc & alia plura Epiphanius.

4. Sanctus Leo Papa eo nomine tertius an-
o Chriſti 804. cum magna ſolemnitate Cardi-
alium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, pre-
:nte ipſo Imperatore Carolo magno, plurimiſq;
roceribus conſecrat templum B. V. Mariæ
A quiſgrani ab eodē Imperatore magnis ſumpti-
bus ædificatum, multiſque cumulat indulgentijs.
n iſto templo ſeruatur pretioſiſſimum Lipſanum
ndufij Deiparæ, vt fuſius dicitur in noſtro In-
uentario ſacrarum reliquiarum eiuſdem Vir-
ginis. *In Epiſt. Ludgeri Epiſcopi in vita S. Guiberti apud Surium.*

5. Deipara Sacerdoti cuidam linguam ab-
ſciſſam ob Dei cauſam reſtituit, de quo ita Cæ-
ſarius.

Ante hos annos cum Catholici cōtra Albigen-
ſes hæreticos fuiſſent ſignati, & iam non modi-
cum ab eiſdem eſſent ijdem hæretici exacerbati,
duo honeſti clerici per terram illorum tranſeun-
tes, cum Eccleſiam vidiſſent in via deſolatam, ait
vnus alteri; ſabbathum eſt, intremus Eccleſiam
hanc, & dicamus miſſam in honore Dominæ
noſtræ. Portabant enim ſecum librum, calicem
& indumenta ſacerdotalia. Antequam eſſet miſ-
ſa completa, hæreticis proditi ſunt; qui armata
manu intrantes, & ſacerdotem de Eccleſia tra-
hentes, linguam eius radicitus abſciderūt. Quem
ſocius cum multò labore Cluniacum deducens,
monachis commendauit. Illi vero, ſicut viri Ca-
tholici & religioſi, ſacerdotem Catholicum &
notum, propter fidem Chriſti & genitricis eius *Lib. 7. c. 24.*

Mariæ

Mariæ honorem tam crudeliter mutilatum, deuote ſuſcipientes, omnem ei humanitatem exhibuerunt. In nocte vero Epiphaniæ cũ ſolemnes decantarentur vigiliæ, baculo parietem pulſans, miniſtros aduocauit: qui cum quærerent quid vellet, & ille ſe in oratorium deportari ſignaret, volentes ei parcere, non acquieuerunt. Tandem importunitate eius tædiati, in Eccleſiam eum ducentes ante altare quoddam depoſuerunt. Qui cum matrem miſericordiæ tota mentis deuotione inuocaſſet, illa ei apparens, & carnem linguæ formam habentem in manu tenens, reſpondit oranti; Quia propter fidem filij mei, & honorem mihi exhibitum lingua tua priuatus es, ecce nouam tibi reſtituo, aperi ergo os tuum, quod cum feciſſet, digitis ori eius immiſſis, radici linguæ præciſæ eandem carnem coniunxit & vniuit, ſicque diſparuit. Qui mox cum Angelo in vocem laudationis erumpens, clara voce clamauit; Aue Maria gratia plena, Dominus tecum &c. vſque ad finem. Quam ſalutationem cum crebrius repeteret, ſtupentes accurrêre miniſtri, accurrerunt & de choro monachi, de tam puro & tam iucundo miraculo Deum eiuſque genitricem glorificantes. Non immemor collati ſibi beneficij clericus, in eodem cœnobio factus eſt monachus. Erat autem lingua iſta à Deipara reſtituta, reliqua carne candidior, in loco præciſionis ſeruans cicatricem. Huius porro miraculi teſtis eſt vniuerſus Cluniacenſum cœtus vſque hodie.

Diaz l. 2. Hiſtor. Arag. ord. præd.

6. Huic non abſimile (licet hodie non contigerit) narrat Brouius Tomo 13. ad annum 1210. de quodam, qui cum peregrinaretur ad S. Mariã de Albeza in Hiſpania in Diœceſi Brigantina, incidit

idit in hoſtes ſuos qui ei radicitus linguam euul-
erunt, & manus præciderunt, perrexit tamen ad
ictam B. Mariam. Quod cum audiſſet mater
doleſcentis (quæ iter eius impedire conata erat,
ræſagiens quod accidit) mox ad eundem locũ
ucurrit, ibique ad altare SS. Virginis noctem
otam inſomnem ducens, ſibi ab eadem filium
uum reddi ſanum, multum lachrymans, poſtu-
abat. Nec fruſtra, nam ſtatim filius eius nouos
oculos accepit, & manus ſenſim creſcere cœpe-
runt. Oculi autem erant parui vt accipitris, licet
cum ijs perfectè videret. Tales autem oculos ei
dedit Deipara, vt eius miraculi ſemper extaret
monumentum. In manibus etiam erant ſigna in
partibus vbi prius fuerant abſciſſæ, idque ad ma-
iorem miraculi manifeſtationem. Erant manus
illæ teneræ, tamen ſanæ & validæ.

7. Natale S. Andreæ Carmelitæ & Epiſco-
pi Feſulani.

Cum huius parentes nobiles, primogenitum *Surius.*
ſuum Deiparę ſe daturos vouiſſent, non ita mul-
to poſt Andreas ijs natus eſt eiuſdem Virginis
interceſſione. Hic licet in adoleſcentia duxerit
vitam liberiorem, tamen ad bonam reuocatus
frugem in Carmelitarum templo BB. V. apud fi-
lium patrocinium multis lachrymis implorans, ad
eius aram, eorumdem patrum ætatis anno 15.
ſummo parẽtum gaudio inſtitutum eſt amplexus.
Illi primitias celebranti Beata V. cum Angelico
cœtu apparens, dixit: *Seruus meus es tu, quia ego
elegi te, & in te gloriabor.* Quæ cum diceret, ſen-
ſim ſe in auras ſuſtulit. Cum factus Epiſcopus
nocte Natalis Domini celebraret, obitus ſui
diem proximo Epiphaniæ feſto ei prædixit
SS. Dei-

SS. Deipara. Quod & contigit anno 1373. ætatis 71.

8. Anno 1560. coronatur Pontifex Pius 4. Hic Diocletiani Thermas 5. Auguſti anni ſequentis in honorem S. Mariæ Angelorum, ſolemnibus ceremonijs dedicauit. Vide 5. Auguſti. & de eodem 9. Decembris.

Platina auctarium.

9. Anno 1550. liberat Deipara quendam in mari periclitantem. Cum Ioannes Pignerius (id erat viro nomen) ex Sicilia in Hiſpaniam tenderet, tam vehemens orta eſt in mari tempeſtas, vt vectores omnes de ſalute deſperarent. Itaque ad Deiparam Montiſſerrati confugiunt, eamque obſecrant, opem vt ſibi ferat. Quod & preſtitit, ea enim duce paulo poſt ſalui & incolumes, optatum portum in Sardinia tenuere.

Hiſtor. Montiſſ.

10. Anno 1368. ſuperis iungitur Beata Paula Florentina ordinis Camaldulenſis. Hæc ab infantia ſe totam Deiparæ eiuſque filio ſacrauit, neque ab imagine Diuæ Ieſum lactantis oculos fere vnquam auertit, totos dies, nocteſque contemplationi intenta. Vnde Deipara cum puero Ieſu ei apparuit, & ab oſculo puerili, lactis rorem deguſtauit, à quo illa ebria facta cum in amorem cœleſtium exarſiſſet, audijt Virginem Deiparam iubentem, iret ad cœnobium proximum nominatum SS. Angelorum, ibique Silueſtrum Camaldulenſem, ei viam ſalutis æternæ oſtenſurum.

Auguſt. Feſulin. in eius vita.

11. Anno 1275. regni cœleſtis coronam accepit B. Raymundus Pennafortius Barcinonenſis ex Dominicana familia.

Hic adhuc ſæcularis & Canonicus Barcinonenſis Deiparam Virginem ſingulari pietatis affectu venerabatur, eiuſque cultum ſemper pro viribus

Ex bulla canoniz. à Clem. 8. anno 1601. 29. Aprilis,

Digitized by Google

iribus auxit. Nam cum feſtum Annuntiationis eius in ea Eccleſia minus celebre haberetur, ipſe ab Epiſcopo,& à Capitulo impetrauit vt ritu duplici perpetuò coleretur, & ex præpoſituræ ſuæ (erat enim etiam Præpoſitus) reditibus cenſum annuũ attribuit canonicis in diſtributiones erogandum, ijs qui eo die ſacris officijs intereſſent.

Idem anno 48. vitæ, S. Dominici inſtitutum amplexus, qua erat in Dei Matrem Mariam pietate (in cuius clientelam ſe antea contulerat) nullum firmius ad Dæmonis vires conterendas quã eiuſdem præſidium inueniri poſſe certum habẽs, eius patrocinium aſſidue inuocabat.

Eidem apparuit Deipara vt & Iacobo Aragoniæ Regi, idque ea nocte qua ſeſe eadẽ, oranti oſtenderat Petro Nolaſco, cuius confeſſiones audiebat S. Raymundus. Erat hic vir æque potens ac pius, qui Raymundi hortatu in captiuos è Barbarorum manibus eruendos opes ſuas conferebat. Apparuit illi itaque B. V. cogitanti qua ratione captiuis illis opem adferre poſſet, & acceptiſſimum fore filio ſuo dixit, ſi ſuum in honorem inſtitueretur ordo religioſorum, quibus cura incumberet captiuos è tyrannide Turcarum liberãdi. Porro idem, Deipara apparens B. Raymundo, & Regi Iacobo indicauit. Quare hi cõmuni conſilio ordinem B. M. de mercede redemptionis captiuorum fundarunt; cui B. Raymundus certas viuendi leges præſcripſit, quas poſtmodum Gregorius nonus approbauit. De hoc diuo fertur (quod quia rarum & illuſtre in ſeruo Deiparæ, non eſt reticendum) cum eum nulli nautæ in ſuas naues recipere vellent, eum in mare deſcendiſſe, & fiduciæ plenum extenſo ſuper

per aquas pallio, eiuſque ora inſtar veli reducta ad baculum, quo tanquam malo vteretur. Signo crucis munitum mari ſe commiſiſſe, ac centum ſexaginta miliaria ſex horis confeciſſe. Auctum miraculum, quia pallium ne quidem aqua tinctũ erat. Etiamnum hodie eius pallij contactu, varij ægri ſanantur. Vide etiam 31. Iulij.

12. Anno 1485. S. Leopoldus Marchio Auſtriæ in SS. album refertur ab Innocentio 8. De eo vide 15. Nouembris.

13. Anno 1492. Granatenſi bello contra Mauros Deiparæ ope à Ferdinando rege confecto, Mauri ſub Chriſtianum imperium ſuperis authoribus auſpicatò, in æternum ea in Hiſpaniæ parte conceſſerunt 8. Idus Ianuarij qui dies eſt hodiernus inquit Mariana, pijs omnibus vt magorum memoria ſacer veteri inſtituto celebriſq;, ita recenti victoria vniuerſæ Hiſpaniæ ſalutaris fauſtuſque illuxit, cum ſublata, euerſaque impietate, ſuperior gentis ignominia depulſa eſt. *l. 25. c. 18 in fine.*

Ianuarij 7.

1. DEipara cum Ioſepho refert in Iudæam puerum Ieſum ex Ægypto. Ita Adonis Martyrologium, & Venerabilis Bedæ Tomo 3, operum. *Martyr. Roman.*

2. Vita exit Ioannes Carrera Hiſpanus, Societatis Ieſu coadiutor temporalis, qui miſſus ad obeũtis ſolis Indos, ac multis in Florida & Mexicana regione laboribus, magno Societatis & Eccleſiæ illius commodo functus eſt. *Hiſt. Societ. T. 1. l. 11.*

Hic multus erat in adhibendis Deo precibus, multus in colendis cum pœnitentiæ tum pietatis officijs:

Digitized by Google

officijs: præcipuè verò erga SS. Dei Matrem tutelaremque Angelum ſuum, inflammato ſtudio rapiebatur. De quo id memoratur quod lectori ſpero non iniucundum. Angelo ſuo tam familiariter vtebatur, vt cum eo omnia ſua cōferret, à quo & reſponſum referebat. Denique in eam Sancti Angeli familiaritatem venerat vt ab eo quotidie horis antelucanis ad orationem excitaretur è ſomno. Quamquam hanc conſuetudinem, Angelus aliquando intermiſit per plurimos dies, quod Ioannes non è cubili protinus ſurrexiſſet. Tandem reddidit ſe priſtino officio Angelus, poſtquam Ioannes ad Deum placandum preces ac ieiunia adhibuiſſet.

3. Deipara vocata eximit quendam è manibus Turcarum eiuſque curat vulnera.

Cum anno 1550. Ioannes Piguerius in inſula Sardinia in poteſtatem Turcarum qui eum in inſidijs operiebantur, veniſſet, eum grauiſſimè vulnerarunt vſque ad mortem, nam collum illi ſagitta confixerunt, alijſque vulneribus periculoſiſſimè ſauciarunt. Quo in ſtatu Deiparæ patrocinium imploranti, ipſa præſto fuit. Nam integræ ſanitati intra pauculas horas eum reſtituit, & altero die poſtquā captus fuiſſet ſeſe eiuſdem ope è manibus Turcarum proripuit, ſeſeque in libertatem vindicauit. *Hiſt. Miſſ.*

4. Anno 1600. viuere deſijt Maria Razzia ex familia D. Dominici. *In vita.*

Hæc erat addictiſſima Deiparæ Virgini: Quotidie cum lachrymis roſarium recitabat. In cunctis rebus & aduerſis ad eam recurrebat, nec fruſtra, nam quidlibet ab ea impetrabat. Tamq; erant ei grata eius obſequia vt frequentius di-

gnata ſit eam viſitare & ſolari.

Ianuarij 8.

1. FEſtum ſanctæ Mariæ Nuncupatæ à principio, celebratur Neapoli occaſione ſacelli eidem Virgini erecti ab Helena Conſtantini matre, & à S. Siluestro conſecrati, & ſanctæ Mariæ à principio Nuncupati, in quo ipſe frequenter, præſente Conſtantino ſacrificium Miſſæ obtulit. In eo ſacello viſitur imago Deiparæ opere muſiuo præſtantiſſimo, ad quam ingens populi concurſus. Die autem feſto ſupradicto ab omni opere ſeruili, & à litibus forenſibus vacatur.

Petrus Stephanus de locis ſacris Neapolitan.

2. Obitus Cæleſtini Papæ 3. anno 1198. Hic cum eſſet Cardinalis ſubſcripſit diplomati Alexandri 3. quo monaſterio ſanctæ Mariæ In organo, ordinis Sancti Benedicti varias immunitates conceſſit. Idem pontifex factus, pro propenſiore ſtudio quo tenebatur erga cultum venerandæ & miraculis nobilis imaginis Dei matris quæ fuerat Gallæ Placidiæ, illam in Eccleſia S. Mariæ in porticu collocauit in antiquo foro Romano, ædificauitque iuxta illam hoſpitalem domum infirmorum, quam & reditibus locupletauit. De ipſa autem veneranda imagine vetus inſcriptio hactenus perſeuerat.

Baro. ad An. 1177.

Hæc eſt illa piæ genitricis imago Mariæ,
Quæ diſcumbenti Gallæ patuit metuenti.

Vide de ea imagine 14. Martij & 27. Maij.

Idem ordinem ſanctæ Mariæ Teutonicorum militum approbauit, eique S. Auguſtini regulam præſcripſit. Qui ex oriente pulſi, in Germaniá redeunt

Bergom. l.15. Supplementi.

Digitized by Google

redeunt,ac Pruſſiam armorum vi ſibi ſubijciunt, & ad Chriſti ſacra transferunt. Quumque domicilium ibi ſuum figere ſtatuiſſent, prope Veſtulam fluuium, oppidum in patronæ ſuæ Deiparæ honorem condiderunt, Mariæ-Burgum nominantes.

3. Anno 1198. creatur Romæ Pontifex Innocentius 3. De eo vide 16. Iunij.

4. Anno 1455. ex hac vita migrat B. Laurentius Iuſtinianus protopatriarcha Venetus.

Hic eximius fuit Deiparæ laudum præco. Inter cætera hæc habet ſermone de Natiuitate B. Mariæ. Nos igitur in honorem iſtius virginis præcinamus in confeſſione, Deoque noſtro pſallamus in cythara. Ipſum veneremur in Matre, & Matrem honoremus in filio. Vtrique vota noſtra fideliter exoluamus, quatenus filium, genitrice interpellante pro nobis vincamus, mundum, diabolum ſuperemus, atque in regnum introeamus æternum. Vniuerſa autem hæc vt facilius cōſequamur tu, ô beata Dei genitrix, Virgo fœcunda, cæli porta, delinquentium ſpes pro nobis interuenire digneris. Non te repellit qui naſci voluit ex te, honorauit te, requieuit in te, teque collocauit apud ſe qui fecit te Ieſus Chriſtus Dominus noſter. Vide eundem inferius in eodem ſermone.

Ianuary 9.

1. MArtirium Sancti Iuliani, cui vt & coniugi eius S. Baſiliſſæ apparuit Deipara ipſa nuptiarum nocte, poſtquam ſe voto ſeruandæ in matrimonio continentiæ obſtrinxiſſent. *Simeon Metaphraſtes.*

Apparitio vero talis fuit. Ex vna parte Chriſtus Rex ſedebat innumerabili ſtipatus albatorum multitudine. Ex altera innumerabilis Virginum cœtus, quarum primas tenebat glorioſa Dei Mater. Qui cum Chriſto erant, *Viciſti* (inquiebāt) *Iuliane, viciſti*. Quæ autem cum Deipara, *Beata es* (occinebant) *Baſiliſſa, quæ terrenas delitias ſpernens ad æternam gloriam te præparaſti*. Vide apud Surium cætera longè pulcherrima, tomo 1. pag. 201.

Ianuarij 10.

Meyerus l. 16. 1. ANno 1429. Brugis Flandror. Philippus dux Burgundiæ, comes Flandriæ inſtituit ordinem equitum aurei velleris ad honorem Dei, Deiparæ, & ſancti Andreæ.

Iudicum 6. *Serm. 13. de Natali Domini.* Rectè ſane vellus aureum cum Deipara coniunctum, cum in veteri lege, ea fuerit ſicco in arca vellere, & poſtea madefacto præſignata. Rectè inquit Ambroſius Maria velleri comparatur, de cuius fructu ſalutaria populis veſtiměta texūtur. Vellus planè Maria eſt, ſiquidem de molli ſinu, agnus eius egreſſus eſt, qui & ipſe matris lanicinium, hoc eſt carnem geſtans, molli vellere *Homilia 2. ſuper Miſſus.* cunctorum operit vulnera peccatorum. Quemadmodum in Gedeonis vellus (ita Bern.) res cœleſtis deſcendit, ita Virgini diſtillantibus cælis tota ſe infudit plenitudo diuinitatis.

Serrar. in Hiſt. Mogunt. 2. Anno 1604. viuere deſijt Ioannes Adamus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus.

Hic B.V.M. quam ſemper coluerat ſub mortem vt pro ſe oraret enixè orauit. Idem ad inchoationem, & quoddam veluti Catholicæ pietatis

tatis fomentum, liberalis fuit in catechiſmis, libellis pijs, Roſarijs B. V. M. & ſimilibus coëmendis, quæ à catechiſtis vtiliter pueris & aliis donarentur.

Ianuarij 11.

1. EDucitur à Ioſeph & Maria Chriſtus Dominus ex Ægypto, reditque in terram Iſrael. Ita Dominus Cornelius Schultingius in ſua Bibliotheca Eccleſiaſtica ex manuſcripto Miſſali Anglicano antiquiſſimo ordinis D. Benedicti, licet alij ad 7. Ianuarij id referant. Vide ſupra.

2. Natale S. Theodoſij cœnobiarchæ.

Hic multa pro defenſione Calcedonenſis cõcilij contra Eutychetem Deiparæ hoſtem paſſus eſt. Vide 26. Iunij. Fuitque maximi momenti ad continendos in officio tum Paleſtinæ Monachos, tum alios omnis ordinis viros, videre ſanctum virum tanquam orthodoxum, ſuſcipientem concilium ſupradictum. *Metaphraſtes. Lipomanus.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ianuarij 12.

1. ANno 1519. in Domino obijt Imperator Maximilian. Eo nomine primus, de cuius aduerſus Deiparam affectu & liberalitate hæc Lipſius. Dona Diuæ Hallenſi à Maximiliano ſunt. Calix cum patina inauratus. Eiuſdem eſt Diui Maximiliani ſtatua argentea bipedalis quæ mitram capite, crucem vna manu, altera gladium geſtat, & ab eo dependentes argenteas

Digitized by Google

duas claues. Fama tenet (& clauium argumento adſtruas) Bruxellenſes noſtros, antea aliarum partium, tunc in pacem, ditionemque acceptos mulctam dependiſſe. Eſt ab eodem arbor ſiue roſæ frutex è puro auro, cum pluſculis ramis, floribuſque item bipedalis: quam ſacratam à ſe pontifex, Maximiliano donum, ipſe vero D. Hallenſi miſit. Is ſæpè auxiliarem illam ſenſit: palam in Atrebatium vrbe à Francis auellenda, & in corpus ſuum reſtituenda. Tenebatur grandi præſidio. Ciuium optimi quod viribus non poterant, aſtu patrandum ſuſcipiunt ſed trepidi & anxij (vt inter plures) ne res emanaret, aut in euentu falleret, animos ad Deum & diuam vertunt. Vouent huic ſi adſpiraſſet, nudis pedibus Hallenſem eius ædem inuiſere, oblaturoſque è ferro & cera tabulas rei geſtæ monumentum. Amplius egenis pecuniæ certum modū eius honore elargituros, aqua denique ac pane vitam toleraturos donec votorum iſtorum vinculis ſe liberaſſent. Factum & hoc & illud eſt. Ciues & vrbs principi ſuo redditi, & vota noſtræ diuæ.

Vide Chronic. Locri. ad an. 1492. Ponthū Heuterū &c.

Idem ordinem S. Mariæ de monte Carmelo Antuerpiæ collocauit ſub annum 1485. templo & domo ad eorum vſum ædificatis.

Locrius.

2. Anno 1563. vitâ fungitur Antonius Madridius Societatis IESV.

Hiſt. Societ. l. 7.

Hic ſub mortē Chriſtum ita precatus: Agnus Dei qui tollis peccata mundi, & huius ſcelerati peccata tolle: ad B. V. M. ſermonem vertit vſitata illa hymni clauſula: Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, Tu nos ab hoſte protege, & horâ mortis ſuſcipe. Quæ cum magno animi in

vtrum-

Digitized by Google

vtrumque ſenſu pronuntiaſſet, in ſui procreatoris manus ſpiritum exhalauit. Huic ſingularis erat dicendi ad populum facultas, qua vbicumque cum populo egit, miras faciebat animorum cōmutationes, accedente maximè lachrymarum flumine, quo dicta ſua irrigabat, vniuerſamque concionem ad idem excitabat, vnde vniuerſa lachrymarum, gemituum ac ſingultuum confuſo ſtrepitu plena perſonabant.

Circiter Ianuarij 12.

1. ANno 474. obijt Leo Imperator. Dico circiter, quia chronologi diem hoc modo ſignant. Leo Auguſtus - - - - Idus Ianuarij mortuus eſt.

Inter ſacras ædes quas hic extruxit, principatum obtinuit, quæ ſub Dei genitricis nomine erecta eſt Ad fontē dicta. Huic ſplendore proximè acceſſit, quæ in honore eiuſdem excitata, vt in ea ſacras eius exuuias collocaret, veſtem nimirum tunc Hieroſolymis allatam, quam innumera miracula decorarunt. De mirificis autem ſignis, quæ in æde ſacra ad fontem erecta fiebant, Nicephorus librum ſe ſcripſiſſe teſtatur, qui & totam fontis iſtius hiſtoriam fusè perſequetur. Quæ quia Deiparam tāgit ſummariè eam complectemur. Leo iſte cum adhuc priuatus degeret nundum ad Imperium euectus, (circa locum vbi poſtea factus Imperator Dei matri Eccleſiā ædificauit) in hominem cœcum tota errantem via incidit, eiuſque miſeratus manu eum duxit. Cumque iam itinere aliquanto confecto ſiti plurimum cruciabatur cœcus, Leo ſiluam omnem

perluſtrat vt aquam inueniat. At fruſtra, redit itaque ad cæcum re infecta, valde dolens quod ei tantillum ſolatij exhibere non poſſet. Et ecce tibi repente vocem quæ ex alto ita eum affatur. Non ita anxium te eſſe oportet Leo, ecce aqua prope eſt (erat autem vox Deiparæ) Quare de nouo aquam quærere inſtituit; ſed & ipſe cœcus omnino fuit, nam circum eum verſabatur, minimè tamen eam videbat, quod & ſiluæ denſæ opacitas ei obſtaret, & cœnum profundius inde illum remoueret. Nihilominus iterum eam diligentius inueſtigat, atque iterum eandem audit vocem, ſuaue quiddam cælitus ſonantem. Nam & de nomine eum compellauit, & Imperatorem futurum certo prænunciauit, ita inquiens: Leo Imperator denſum hūc lucum ingreſſus, aquam turbidam hauri, ſitim cæci refice & limo cœnoſo eius oculos inungas. Quæ vero ſim dudum hunc obtinēs locum eoq; me oblectans, mox ſcies. Tu fac vt mihi hic ædē ſacram conſtruas in qua identidem verſer, & ſuauiter deambulē, in qua hic precantibus optata præſtem omnia. Nihil enim eſt quod non poteſtati meæ cedat. Leo autem voci parens, oculos cæci luto linit, eique Deiparæ meritis viſum reddit. Porrò de ſplendore admirabili templi iſtius Virginei ad fontem dicti, vide Niceph. l. 15. c. 25.

Ianuarij 13.

1. OCtaua Epiphania. Hinc refer ex parte quæ 6. huius.

2. Romę anno 1566. creatus Pontifex Pius 5. Hic

Hic Carmelitanum ordinem Beatæ Mariæ de monte Carmelo (quem S. Tereſia de Ieſu ad antiquam diſciplinam miro modo reuocauit) authoritate ſua confirmauit. Eius reformationis primum monaſterium ipſa Auilæ in Hiſpania in honorem B. Mariæ & Ioſeph ſponſi exædificauit, tum tempore procedente ipſa eadem 60. alia monaſteria in Hiſpanijs excitauit, teſte Thoma Bozio.

Idem officium B. V. M. reformauit anno 1571. ac voluit illud recitari à recipientibus penſiones aut fructus ex beneficijs Eccleſiaſticis.

Ianuarij 14.

1. VArijs locis celebratur feſtum glorioſiſſimi nominis IESV filij SS. Deiparæ etiam cum indulgentia plenaria, licet nonnulli id transferant ad Dominicam primam poſt octauam Epiphaniæ.

2. Anno 1514. ad ædem Deiparæ ſacram Montiſſerrati peruenit adoleſcens quidam mutus, qui poſtmodum ab ea curatus eſt. Hic vt omnibus conſtaret de ſuo infortunio, publicum ſecum in via ad ſacram ædem deferebat eius teſtimonium in membrana deſcriptum. Quò cum perueniſſet, & poſtquam ibi noctē illam totam inſomnem in precibus duxiſſet: ſequenti mane ad finem ſacri de Beata, multis aſtantibus in has voces prorupit. *In Hiſt.*

Immortales tibi ô Virgo agantur gratiæ pro tanto in me benefacto. Et conuerſus ad ſibi vicinos qui eum antea elinguem viderant, Beata inquit Virgo vobis ſalutem impertitur; amabo, ſinguli

guli in gratiarum actionem Deiparam ſalutate ſalutatione Angelica. Hic idem aliquot ab hinc annis ab eadem Virgine à quatuor prædonum violentia liberatus fuerat, à quibus miſerè exceptus minitantibus ei mortem, & tantum non inferentibus, pugione nimirum ad guttur admoto.

3. Huc, refero ob ſimilitudinem alia duo non minus miranda Deiparę prodigia, quibus ſimiliter muti ab ea vocales ſunt redditi.

Cæſar Franciot. in Hiſto. Lucana. Apud Lucenſes in Etruria viſitur imago Deiparæ cui à roſa nomen eſt, de qua iſta feruntur. ſed id tempus (circa annum 1269. aut illo ipſo anno) Eccleſiæ eius in qua extat imago, locus, extra mœnia ciuitatis fuerat. Imago autem ea Deiparæ, puerum Ieſum in vlnis geſtantis 3. roſas vérnantes in manu habens in pariete vrbico depicta viſebatur. Mirum id accidit, puer 16. annos natus pecora paterna circum muros ciuitatis & frequenter circa eum locum per herbuſta paſcebat. E regione aûtem imaginis, ceſpes vnus multa herba virebat, quam oues contingere negligebant. Aduertit hoc puer, & ſemel ac ſæpius ad locum illum ita virentem pecora minatus eſt, cui tamen oues non appropinquarent, imò velut œſtro percitæ ab eo loco licet copioſo gramine virente refugerent. Ipſe tamen curioſius acceſſit, & inter teſqua, roſam vnicam purpuream inuenit, collegit, patri pro re inſolenti (nam menſis erat Ianuarij & omnia ferè à pruina rigebant): dumque porrigeret (illud mirandum) ex muto huc vſque vocalis factus, linguæ vſu accepto, hanc roſam pulcherrimam ſe eò loci dixit inueniſſe. Rem pater ſtupore plenus ad

Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopum detulit, qui in cauſas huius prodigij inquirens; reperit ceſpitem in conſpectu imaginis natum, roſam non niſi miraculo ab aſpectu Diuæ V. M. produxiſſe, ad aperiendam linguam infantis. Nimirum vt ſe eandem eſſe probaret, quæ olim os mutum Zachariæ aperuit, & Ioannem in vtero matris in laudem creatoris excitauit. Ibi poſtea ſacellum Lucenſes, ad extremum Eccleſiam magnifico ſumptu extruxere, atque imaginem eandem in eam intulere plurimis ac maximis miraculis ad hæc vſque tempora illuſtrem.

4. In extremis Venetorum æſtuarijs. Pagus eſt, Plebs ſecti dictus, in eo duo fratres, mortui patris hereditatem amicè diuiſerant, de vnica Deiparæ imagine conuenire non poterant. Ventum ad verba, deinde ad arma, & alter alterum vita priuare nitebatur, dum infans vnicus vix dū aniculus ab vberibus maternis dependens diſertè locutus eſt, & eos furores & arma ponere nomine Sanctiſſimæ Dei Parentis imperauit, illamque imaginem in proximam Eccleſiolam deferre, vt omnium venerationi expoſita eſſet. Hinc miracula, & ibidem templum ædificatum Auguſtius. *Sub anno 1486. ex fœlice Aſtolfo l. 10. miracul. Deip.*

Ianuarij 15.

1. MIgrat ex hac vita S. Bonitus Aruernorū antiſtes qui à SS. Deipara veſtem accepit, quę & hodie viſitur candoris eximij, & miræ tum lenitatis tum leuitatis. *Surius ad finem vitæ.*

Res autem ita habet, ſolus noctu orabat SS. Præſul in templo Diui Michaelis, oranti autem talis

gnata ſit eam viſitare & ſolari.

Ianuarij 8.

1. FEſtum ſanctæ Mariæ Nuncupatæ à principio, celebratur Neapoli occaſione ſacelli eidem Virgini erecti ab Helena Conſtantini matre, & à S. Silueſtro conſecrati, & ſanctæ Mariæ à principio Nuncupati, in quo ipſe frequenter, præſente Conſtantino ſacrificium Miſſæ obtulit. In eo ſacello viſitur imago Deiparæ opere muſiuo præſtantiſſimo, ad quam ingens populi concurſus. Die autem feſto ſupradicto ab omni opere ſeruili, & à litibus forenſibus vacatur.

Petrus Stephanus de locis ſacris Neapolitan.

2. Obitus Cæleſtini Papæ 3. anno 1198. Hic cum eſſet Cardinalis ſubſcripſit diplomati Alexandri 3. quo monaſterio ſanctæ Mariæ In organo, ordinis Sancti Benedicti varias immunitates conceſſit. Idem pontifex factus, pro propenſiore ſtudio quo tenebatur erga cultum venerandæ & miraculis nobilis imaginis Dei matris quæ fuerat Gallæ Placidiæ, illam in Eccleſia S. Mariæ in porticu collocauit in antiquo foro Romano, ædificauitque iuxta illam hoſpitalem domum infirmorum, quam & reditibus locupletauit. De ipſa autem veneranda imagine vetus inſcriptio hactenus perſeuerat.

Baro. ad an. 1177.

Hæc eſt illa piæ genitricis imago Mariæ,
Quæ diſcumbenti Gallæ patuit metuenti.

Vide de ea imagine 14. Martij & 27. Maij.

Idem ordinem ſanctæ Mariæ Teutonicorum militum approbauit, eique S. Auguſtini regulam præſcripſit. Qui ex oriente pulſi, in Germaniã redeunt

Bergom. l. 15. Supplementi.

Digitized by Google

redeunt,ac Pruſſiam armorum vi ſibi ſubijciunt, & ad Chriſti ſacra transferunt. Quumque domicilium ibi ſuum figere ſtatuiſſent, prope Veſtulam fluuium, oppidum in patronæ ſuæ Deiparæ honorem condiderunt, Mariæ-Burgum nominantes.

3. Anno 1198. creatur Romæ Pontifex Innocentius 3. De eo vide 16. Iunij.

4. Anno 1455. ex hac vita migrat B. Laurentius Iuſtinianus protopatriarcha Venetus.

Hic eximius fuit Deiparæ laudum præco. Inter cætera hæc habet ſermone de Natiuitate B. Mariæ. Nos igitur in honorem iſtius virginis præcinamus in confeſſione, Deoque noſtro pſallamus in cythara. Ipſum veneremur in Matre, & Matrem honoremus in filio. Vtrique vota noſtra fideliter exoluamus, quatenus filium, genitrice interpellante pro nobis vincamus, mundum, diabolum ſuperemus, atque in regnum introeamus æternum. Vniuerſa autem hæc vt facilius cōſequamur tu, ô beata Dei genitrix, Virgo fecunda, cæli porta, delinquentium ſpes pro nobis interuenire digneris. Non te repellit qui naſci voluit ex te, honorauit te, requieuit in te, teque collocauit apud ſe qui fecit te Ieſus Chriſtus Dominus noſter. Vide eundem inferius in eodem ſermone.

Ianuarij 9.

MArtirium Sancti Iuliani, cui vt & coniugi eius S. Baſiliſſæ apparuit Deipara nuptiarum nocte, poſtquam ſe voto ſeruandi in matrimonio continentiæ obſtrinxiſſent. *Simeon Metaphraſtes.*

Digitized by Google

Apparitio vero talis fuit. Ex vna parte Chriſtus Rex ſedebat innumerabili ſtipatus albatorum multitudine. Ex altera innumerabilis Virginum cœtus, quarum primas tenebat glorioſa Dei Mater. Qui cum Chriſto erant, *Viciſti* (inquiebāt) *Iuliane, viciſti*. Quæ autem cum Deipara, *Beata es* (occinebant) *Baſiliſſa, quæ terrenas delitias ſpernens ad æternam gloriam te præparaſti.* Vide apud Surium cætera longè pulcherrima, tomo 1. pag. 201.

Ianuarij 10.

Meyerus l. 16.

1. ANno 1429. Brugis Flandror. Philippus dux Burgundiæ, comes Flandriæ inſtituit ordinem equitum aurei velleris ad honorem Dei, Deiparæ, & ſancti Andreæ.

Iudicum 6.

Serm. 13. de Natali Domini.

Rectè ſane vellus aureum cum Deipara coniunctum, cum in veteri lege, ea fuerit ſicco in area vellere, & poſtea madefacto prę ſignata. Rectè inquit Ambroſius Maria velleri comparatur, de cuius fructu ſalutaria populis veſtiméta texūtur. Vellus planè Maria eſt, ſiquidem de molli ſinu, agnus eius egreſſus eſt, qui & ipſe matris lanicinium, hoc eſt carnem geſtans, molli vellere cunctorum operit vulnera peccatorum. Quemadmodum in Gedeonis vellus (ita Bern.) res cœleſtis deſcendit, ita Virgini diſtillantibus cælis tota ſe infudit plenitudo diuinitatis.

Homilia 2. ſuper Miſſus.

Serrar. in Hiſt. Mogunt.

2. Anno 1604. viuere deſijt Ioannes Adamus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus.

Hic B. V. M. quam ſemper coluerat ſub mortem vt pro ſe oraret enixè orauit. Idem ad inchoationem, & quoddam veluti Catholicæ pietatis

tatis fomentum, liberalis fuit in catechiſmis, libellis pijs, Roſarijs B. V. M. & ſimilibus coëmendis, quæ à catechiſtis vtiliter pueris & aliis donarentur.

Ianuarij 11.

1. EDucitur à Ioſeph & Maria Chriſtus Dominus ex Ægypto, reditque in terram Iſrael. Ita Dominus Cornelius Schultingius in ſua Bibliotheca Eccleſiaſtica ex manuſcripto Miſſali Anglicano antiquiſſimo ordinis D. Benedicti, licet alij ad 7. Ianuarij id referant. Vide ſupra.

2. Natale S. Theodoſij cœnobiarchæ.

Hic multa pro defenſione Calcedonenſis cōcilij contra Eutychetem Deiparæ hoſtem paſſus eſt. Vide 26. Iunij. Fuitque maximi momenti ad continendos in officio tum Paleſtinæ Monachos, tum alios omnis ordinis viros, videre ſanctum virum tanquam orthodoxum, ſuſcipientem concilium ſupradictum. *Metaphraſtes. Lipomanus.*

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

Ianuarij 12.

ANno 1519. in Domino obijt Imperator Maximilian. Eo nomine primus, de ..ius aduerſus Deiparam affectu & liberalitate ..ec Lipſius. Dona Diuæ Hallenſi à Maximilia.. ſunt. Calix cum patina inauratus. Eiuſdem Diui Maximiliani ſtatua argentea bipedalis ..æ mitram capite, crucem vna manu, altera gla..um geſtat, & ab eo dependentes argenteas

duas claues. Fama tenet (& clauium argumento adſtruas) Bruxellenſes noſtros, antea aliarum partium, tunc in pacem, ditionemque acceptos mulctam dependiſſe. Eſt ab eodem arbor ſiue roſæ frutex è puro auro, cum pluſculis ramis, floribuſque item bipedalis: quam ſacratam à ſe pontifex, Maximiliano donum, ipſe vero D. Hallenſi miſit. Is ſæpè auxiliarem illam ſenſit: palam in Atrebatium vrbe à Francis auellenda, & in corpus ſuum reſtituenda. Tenebatur grandi præſidio. Ciuium optimi quod viribus non poterant, aſtu patrandum ſuſcipiunt ſed trepidi & anxij (vt inter plures) ne res emanaret, aut in euentu falleret, animos ad Deum & diuam vertunt. Vouent huic ſi adſpiraſſet, nudis pedibus Hallenſem eius ædem inuiſere, oblaturoſque è ferro & cera tabulas rei geſtæ monumentum. Amplius egenis pecuniæ certum modũ eius honore elargituros, aqua denique ac pane vitam toleraturos donec votorum iſtorum vinculis ſe liberaſſent. Factum & hoc & illud eſt. Ciues & vrbs principi ſuo redditi, & vota noſtræ diuæ.

Vide Chronic. Locri. ad an. 1492. Ponthũ Heuterũ &c.

Idem ordinem S. Mariæ de monte Carmelo Antuerpiæ collocauit ſub annum 1485. templo & domo ad eorum vſum ædificatis.

Locrius.

2. Anno 1563. vitâ fungitur Antonius Madridius Societatis IESV.

Hiſt. Societ. l. 7.

Hic ſub mortẽ Chriſtum ita precatus: Agnus Dei qui tollis peccata mundi, & huius ſcelerati peccata tolle: ad B. V. M. ſermonem vertit vſitata illa hymni clauſula: Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe. Quæ cum magno animi in

vtrum-

Digitized by Google

vtrumque ſenſu pronuntiaſſet, in ſui procreatoris manus ſpiritum exhalauit. Huic ſingularis erat dicendi ad populum facultas, qua vbicumque cum populo egit, miras faciebat animorum cōmutationes, accedente maximè lachrymarum flumine, quo dicta ſua irrigabat, vniuerſamque concionem ad idem excitabat, vnde vniuerſa lachrymarum, gemituum ac ſingultuum confuſo ſtrepitu plena perſonabant.

Circicer Ianuarij 12.

1. ANno 474. obijt Leo Imperator. Dico circiter, quia chronologi diem hoc modo ſignant. Leo Auguſtus - - - - Idus Ianuarij mortuus eſt.

Inter ſacras ædes quas hic extruxit, principatum obtinuit, quæ ſub Dei genitricis nomine erecta eſt Ad fontē dicta. Huic ſplendore proximè acceſſit, quæ in honore eiuſdem excitata, vt in ea ſacras eius exuuias collocaret, veſtem nimirum tunc Hieroſolymis allatam, quam innumera miracula decorarunt. De mirificis autem ſignis, quæ in æde ſacra ad fontem erecta fiebant, Nicephorus librum ſe ſcripſiſſe teſtatur, qui & totam fontis iſtius hiſtoriam fusè perſequetur. Quæ quia Deiparam tāgit ſummariè eam complectemur. Leo iſte cum adhuc priuatus degeret nundum ad Imperium euectus, (circa locum vbi poſtea factus Imperator Dei matri Eccleſiā ædificauit) in hominem cœcum tota errantem via incidit, eiuſque miſeratus manu eum duxit. Cumque iam itinere aliquanto confecto ſiti plurimum cruciabatur cœcus, Leo ſiluam omnem

perluſtrat vt aquam inueniat. At fruſtra,redit itaque ad cæcum re infecta, valde dolens quod ei tantillum ſolatij exhibere non poſſet. Et ecce tibi repente vocem quæ ex alto ita eum affatur. Non ita anxium te eſſe oportet Leo, ecce aqua prope eſt (erat autem vox Deiparæ) Quare de nouo aquam quærere inſtituit; ſed & ipſe cœcus omnino fuit, nam circum eum verſabatur, minimè tamen eam videbat, quod & ſiluæ denſæ opacitas ei obſtaret, & cœnum profundius inde illum remoueret. Nihilominus iterum eam diligentius inueſtigat, atque iterum eandem audit vocem, ſuaue quiddam cælitus ſonantem. Nam & de nomine eum compellauit,& Imperatorem futurum certo prænuntiauit, ita inquiens: Leo Imperator denſum hũc lucum ingreſſus, aquam turbidam hauri, ſitim cæci refice & limo cœnoſo eius oculos inungas. Quæ vero ſim dudum hunc obtinẽs locum eoq; me oblectans, mox ſcies. Tu fac vt mihi hic ædẽ ſacram conſtruas in qua identidem verſer, & ſuauiter deambulẽ, in qua hic precantibus optata præſtem omnia. Nihil enim eſt quod non poteſtati meæ cedat. Leo autem voci parens,oculos cæci luto linit, eique Deiparæ meritis viſum reddit. Porrò de ſplendore admirabili templi iſtius Virginei ad fontem dicti, vide Niceph. l. 15. c. 25.

Ianuarij 13.

1. OCtaua Epiphania. Hinc refer ex parte quæ 6. huius.

2. Romę anno 1566. creatus Pontifex Pius 5. Hic

Hic Carmelitanum ordinem Beatæ Mariæ de monte Carmelo (quem S. Tereſia de Ieſu ad antiquam diſciplinam miro modo reuocauit) authoritate ſua confirmauit. Eius reformationis primum monaſterium ipſa Auilæ in Hiſpania in honorem B. Mariæ & Ioſeph ſponſi exædificauit, tum tempore procedente ipſa eadem 60. alia monaſteria in Hiſpanijs excitauit, teſte Thoma Bozio.

Idem officium B. V. M. reformauit anno 1571. ac voluit illud recitari à recipientibus penſiones aut fructus ex beneficijs Eccleſiaſticis.

Ianuarij 14.

1. VArijs locis celebratur feſtum glorioſiſſimi nominis IESV filij SS. Deiparæ etiam cum indulgentia plenaria, licet nonnulli id transferant ad Dominicam primam poſt octauam Epiphaniæ.

2. Anno 1514. ad ædem Deiparæ ſacram Montiſſerrati peruenit adoleſcens quidam mutus, qui poſtmodum ab ea curatus eſt. Hic vt omnibus conſtaret de ſuo infortunio, publicum ſecum in via ad ſacram ædem deferebat eius teſtimonium in membrana deſcriptum. Quò cum perueniſſet, & poſtquam ibi noctē illam totam inſomnem in precibus duxiſſet: ſequenti mane ad finem ſacri de Beata, multis aſtantibus in has voces prorupit. *In Hiſt.*

Immortales tibi ô Virgo agantur gratiæ pro tanto in me benefacto. Et conuerſus ad ſibi vicinos qui eum antea elinguem viderant, Beata inquit Virgo vobis ſalutem impertitur; amabo, ſinguli

guli in gratiarum actionem Deiparam ſalutate ſalutatione Angelica. Hic idem aliquot ab hinc annis ab eadem Virgine à quatuor prædonum violentia liberatus fuerat, à quibus miſerè exceptus minitantibus ei mortem, & tantum non inferentibus, pugione nimirum ad guttur admoto.

3. Huc, refero ob ſimilitudinem alia duo non minus miranda Deiparę prodigia, quibus ſimiliter muti ab ea vocales ſunt redditi.

Cæſar Franciot. in Hiſto. Lucana.

Apud Lucenſes in Etruria viſitur imago Deiparæ cui à roſa nomen eſt, de qua iſta feruntur. ſed id tempus (circa annum 1269. aut illo ipſo anno) Eccleſiæ eius in qua extat imago, locus, extra mœnia ciuitatis fuerat. Imago autem ea Deiparæ, puerum Ieſum in vlnis geſtantis 3. roſas vernantes in manu habens in pariete vrbico depicta viſebatur. Mirum id accidit, puer 16. annos natus pecora paterna circum muros ciuitatis & frequenter circa eum locum per herbuſta paſcebat. E regione autem imaginis, ceſpes vnus multa herba virebat, quam oues contingere negligebant. Aduertit hoc puer, & ſemel ac ſæpius ad locum illum ita virentem pecora minatus eſt, cui tamen oues non appropinquarent, imò velut œſtro percitæ ab eo loco licet copioſo gramine virente refugerent. Ipſe tamen curioſius acceſſit, & inter teſqua, roſam vnicam purpuream inuenit, collegit, patri pro re inſolenti (nam menſis erat Ianuarij & omnia ferè à pruina rigebant): dumque porrigeret (illud mirandum) ex muto huc vſque vocalis factus, linguæ vſu accepto, hanc roſam pulcherrimam ſe eò loci dixit inueniſſe. Rem pater ſtupore plenus ad

Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopum detulit, qui in cauſas huius prodigij inquirens; reperit ceſpitem in conſpectu imaginis natum, roſam non niſi miraculo ab aſpectu Diuæ V. M. produxiſſe, ad aperiendam linguam infantis. Nimirum vt ſe eandem eſſe probaret, quæ olim os mutum Zachariæ aperuit, & Ioannem in vtero matris in laudem creatoris excitauit. Ibi poſtea ſacellum Lucenſes, ad extremum Eccleſiam magnifico ſumptu extruxere, atque imaginem eandem in eam intulere plurimis ac maximis miraculis ad hæc vſque tempora illuſtrem.

4. In extremis Venetorum æſtuarijs. Pagus eſt, Plebs ſecti dictus, in eo duo fratres, mortui patris hereditatem amicè diuiſerant, de vnica Deiparæ imagine conuenire non poterant. Ventum ad verba, deinde ad arma, & alter alterum vita priuare nitebatur, dum infans vnicus vix dū aniculus ab vberibus maternis dependens diſertè locutus eſt, & eos furores & arma ponere nomine Sanctiſſimæ Dei Parentis imperauit, illamque imaginem in proximam Eccleſiolam deferre, vt omnium venerationi expoſita eſſet. Hinc miracula, & ibidem templum ædificatum Auguſtius.

Sub anno 1486. ex fœlice Aſtolfo l. 10. miracul. Deip.

Ianuarij 15.

1. MIgrat ex hac vita S. Bonitus Aruernorū antiſtes qui à SS. Deipara veſtem accepit, quę & hodie viſitur candoris eximij, & miræ tum lenitatis tum leuitatis.

Surius ad finem vitæ.

Res autem ita habet, ſolus noctu orabat SS. Præſul in templo Diui Michaelis, oranti autem talis

talis viſio eſt oblata. Repentè è cælo audita vox ſuauiſſima, & micantibus luminaribus præuijs videt in templum ingredi SS. Deiparam cum candidiſſimo ſanctorum, & Angelorum cœtu. Cantabant omnes Dei eiuſque matris laudes, adeoque mater ipſa filij præconia pſallebat, procedebant autem per medium templi chorum, cumque ad altare ventum eſſet, quæſitum eſt à nonnullis quiſnam Miſſam celebraret, tum Virgo, en inquit adeſt Bonitus præſul verè bonus, & dignus cui hoc muneris demandetur. Quod ipſe audiens timuit, ita vt ſe ſubducere conaretur, cui ſanè lapis ceſſit, in quo hodieque eius rei apparent veſtigia. Tandem quæſitus & inuentus, ad beatiſſimum illum cœtum perductus eſt, ſanctiſque ei miniſtrantibus, veſtibus ſacris indutus eſt & diuinæ aræ applicatus. Quo ſancto ſacrificij opere conſummato, Deipara valefaciens dilecto ſuo, pro munere cæleſtem illi veſtem largita eſt. Porro quomodo qui ei ſucceſſit in Epiſcopatu, ſe par beneficium conſequi præſumeret ſpe ſua falſus fuerit, atque punitus. Vide Surium.

Ex monumẽtis illius loci.

2. Anno 1317. apud Inſubres. Nouo comi Natale S. Fauſtinæ Virginis.

Hæc vna cum S. Liberata ſorore prope portam ciuitatis, oratorium Deiparæ extruxit, vbi in aſſiduis orationibus, ieiunijs, vigilijs vixit. Occaſio conuerſionis earum ad amplectendum Chriſti Sponſum fuit, quod audiſſent mulierem viri ſui obitum inſolabiliter plangentem. Porro Liberata 18. huius ad cæleſtes tranſijt epulas.

Ianua-

Digitized by Google

Ianuarij 16.

1. ANno 1584. quidam captiui iureiurando aſſerunt coram legitimis teſtibus ſe Deiparæ meritis libertati redditos. *Hiſt.Monteſſ.*

In ijs vnus apud Turcam 33. annos duriſſimam ſeruitutem ſeruierat, alter annos 27. qui ſimul cum alijs quinque Chriſtianis etiam captiuis noctu naui ſe committunt, ac cum totam noctem validè remigando laboraſſent, tempeſtate acti ſunt ad littus, vbi in maximo vitæ diſcrimine conſtituti, ſupplices Virgini ſe commendant. Auditæ preces. Nam illico ſe iterum in mari poſitos viderunt. At ecce tibi nouum ijs creatur periculũ, offendunt enim ingentem nauim quæ eos velis remiſque citiſſimè inſequitur, ac propè aſſequitur, ita vt omnino ſe dedere ſtatuerent. At iterũ memores quantum poſſit Deiparæ patrocinium, vouent ſe ad eam peregrinaturos in Monteſerrato, ſi ſe iſto periculo eximat. Iterum auditæ à matre miſericordiæ ſuorum clientulorum ſupplicationes, nam ſtatim deſijt nauis illa eos inſequi, ac aliud tenuit iter. Inde porrò nouum ijs creatur periculum, nam tranſeundum erat per mediũ duorum propugnaculorum quę propè Conſtantinopolim mari imperant. Accedebat lunæ lucentis incommodum, qua patebant conſpectui hoſtium. Sed tertio Deiparæ auxilium implorant, cuius precibus ſubito opaca nubes ſe inter illos ac lunam interpoſuit, ita vt ab hoſte videri non poſſent. Quia tamen remigando ſtrepitum excitabant, eo exciti cuſtodes propugnaculorum in eos maiora tormenta ſepties exonerarunt. At

fruſtra

fruſtra neque hic tamen periculorum finis. Iſto enim perfuncti, mox grauiſſima orta tempeſtate, in rupem proiecti ſunt, vnde ſe proripere cum nullo modo poſſent, iterum ad ſacram anchoram, Deiparæ interceſſionem confugiunt. Quæ eos tandem poſt tot diſcrimina ad portum Chriſtianorum ſaluos & incolumes perduxit.

2. Anno 1342. obit Robertus Siciliæ rex.

Colenutius in Hiſtor. Neapol.

Hic Neapoli templum S. Mariæ Crucis condidit. Hieroſolymis autem id quod in monte Sion S. Mariæ dicatum eſt; fuit hic vnus ex ſapientiſſimis principibus, iuſtus, benignus, religioſus, liberalis, doctorum amator, virtutis autem longè amantiſſimus. Tales facit Deipara principes qui ſe colunt.

Ianuarij 17.

Hiſtor. Laureta.

1. ANno 1566. Romæ coronatur Pontifex Pius 5. Hic à Deipara Lauretana, nepoti ſuo Cardinali morti proximo vitam exorauit. Idem pro bello Turcico inſtituit continētes preces in æde Lauretana, quarum fructus fuit inſignis illa de immaniſſimo hoſte victoria. Vide 13. Ianu. 3. & 7. Octo. 17. Iulij. 17. Septembris.

2. Anno 1168. Obit Theodoricus Elſatius Flandriæ comes.

Breſinius T. 1. Chronicon. Marchant.

Hic monaſterio Deiparæ de Dunis in Flandria multas poſſeſſiones reliquit. Idem anno 1140. cum Sybilla vxore in hæreditate propria iuxta oppidum S. Audomari inter paludes & nemora monaſterium ædificauit ordinis Ciſtercienſis in honorem Deiparæ, quod Claromariſcum vocauit, Eidem quidam tribuunt Abbatiæ Lauden-

Laudenſis prope Inſulas fundationem. In Archiuis cœnobium iſtud proprie laus Virginis vocatur.

Vulgò Lo Chronicon Ciſtercienſe.

3. Anno 1536. liberat Dei genitrix quendam è vinculis. Tenebatur captiuus Io. de Bordes in triremi Gallica in portu Maſſilienſi, ob neſcio quæ dicta nobili cuidam viro. In ijs anguſtijs recurrit ad Virginem ſupplex orans vt ſi cōtra fas iuſque detineretur, eum à vinculis iſtis iniquis eximeret. Et ecce tibi dum euigilat, noctu venit illi in mentem experiri num ſe compedibus exuere poſſet. Itaque leui tractione compedes diſſoluit: Vbi porrò aduertit tam præſentem Dei genitricis opem, inde audacior factus ac cōpedibus in humeros abiectis tranſit per mediam triremem non obſtantibus 4. cuſtodibus, alijſque plurimis qui vigilabant, quorum nemo auſus fuit contra eum ne quidem mutire. In quorum etiã conſpectu ſoluit ſcapham, triremi catena ferrea annexam, in quam conſcendit & ſaluus ad littus proximum contradicente nemine euaſit.

Hiſtor. Montiſſ.

4. Anno 1492. in cælum migrat Beatus Petrus Minorita.

Marcus Vlyſſ. in Hiſtor. Franc.

Hic cum ab obedientia compulſus eſſet conſanguineã ſuam annoſam conuenire, cum vix in cōſpectum eius veniſſet, nihil aliud ei dixit, quã: Regina Virginum non me patitur amplius tecum eſſe, & ſtatim ſe ab eius oculis proripuit. In quadam ſupplicatione pro peſte auertēda, ipſe Deiparæ Imaginem prætulit & quibus prædixit vel non ægrotaturos, vel non morituros, verum prædixit.

Ianua-

Digitized by Google

Ianuarij 18.

1. CAthedra S. Petri qua primum Romæ ſedit, De eius erga Virginem ſtudio, vide 29. Iunij.

2. Natale S. Liberatæ Virginis, De ea, vide 15. huius.

Hiſt. Sichim. 2. Anno 1605. Liræ in Brabantia publicis conſignata eſt monumẽtis, miraculoſa ab hernia ope Deiparæ curatio.

Ea torquebatur puer quidam, ita vt non interdiu non noctu quieſceret, quam poſt varia adhibita remedia pronuntiauit chyrurgus eſſe incurabilem. Eius itaque mater ad ſuperorum auxilium implorandum animum vertit, vouetque ſe nouem dies Deiparæ Sichimenſis imaginem (ex eodem ligno ac quercu in qua prima quondam imago inuenta eſt) fabrefactari quæ Liræ colitur, viſitaturam. Vix nouendialem viſitationem ac preces abſoluerat, cum ecce tibi puerum repentè curatum, abſque vllo dolorum aut herniæ veſtigio.

Ianuarij 19.

Hiſt. Sichim. 1. LIræ (quæ ciuitas eſt Brabãtiæ) anno 1615. publicè profitetur quædam ſe à Deipara repentè curatam à gutturis aliarumque partium morbis.

Magdalenæ cuidam, ibidem ita facies intumuerat, vt vix videre poſſet, eoque tumore planè alter oculorum occluſus erat. Inſuper & guttur, à foramine in eo innato, ita male habebat vt nihil

Digitized by Google

cibi, nihil potionis, deglutire poſſet. Cum humana ope ſe nunquam ſanandam pru- er apud ſe ſtatueret, ad Deiparam confugit, epto voto viſitandi triduo imaginem eius ibi varijs prodigijs claret. Quod cum biduo et, cæpit melius habere. At cum ob certas pationes oblita eſſet die tertio idem præſta- grauefcente morbo, vultus ſolito amplius nuit, vnde memor voti, diem quem omiſe- ompenſauit, atque die altero inſuper addito ılauit. Cuius aduerſus Deiparam pietatis us fuit, perfecta curatio.

Anno 1565. vitâ exit R. P. Iacobus iez ſecundus Societatis IESV præpoſitus ralis.

ic à Pontifice ad Concilium Tridentinum; *In vita* ıuam eius Theologus miſſus, cum in eo de *eius.* aculata conceptione Deiparæ ageretur, ro- ; ſententiam, primum ſeſe excuſauit quod tana laboranti non liceret pro rei dignitate i, tamen pro ſuo in eam ſtudio tres ipſas ho- ıxit pro ea aſſerenda, tot allatis Patrum te- onijs, tot tamque validis rationibus, ea ſen- ırum vbertate & pondere vt ſtuperent om- Itaque ſacri concilij Patres, agentes de pec- originali, diſertè proteſtati ſunt non eſſe ſuæ tionis eo decreto Beatam & immaculatam genitricem complecti, at ſeruandas Sixti ı conſtitutiones.

Anno 1479. vitæ finem imponit Ioannes dus Aragoniæ Rex.

c Virgini Matri impensè deditus erat, om- *Mari-* ıe eius feſta ſumma cum diligentia colebat. *neus Si-* ın immaculatæ conceptionis celebrari ſum- *culus.*

ma cum veneratione præcepit, & ne quis eam in peccato originis conceptam neque publicè, neque priuatim aſſereret, cauit.

Idem diplomate ſuo anni 1459. 26. Octobris ſub ſuum patrocinium ſuſcipit res omnes Eccleſiæ S. Mariæ dictæ De pilari ſeu à colũna, quod ſuper eam Beato Iacobo Apoſtolo ipſa apparuerit. Idem inhibuit ne diebus Deiparæ ſacris ius diceretur. Quibus & addidit feſtum S. Annæ tanquam matris Dei genitricis.

Brenius. 4. Anno 1605. Neapolitani decreto publico D. Thomam Aquinatem inter tutelares vrbis ſuæ aſciſcunt. Hoc eodem die celebrant tanquam feſtum de præcepto & duplici officio tam in ciuitate quam in Diœceſi tranſlationem brachij D. Thomæ ex templo S. Dominici ad Metropolitanam.

De huius aduerſus Deiparam affectu vide 7. Martij.

Januarij 20.

Hiſt. Sichim. 1. ANno 1603. publicis tabulis conſignata eſt ſanitas reddita à Deipara à morbo quodam longè moleſtiſſimo.

Id accidit cuidam religioſæ Louanij in conuentu Annuntiatarum, quæ cum in choro caneret cum quibuſdam, quibus fortis & tubalis erat vox, vt ipſas aſſequeretur ſono vocis, vim ſibi magnam intulit, ſenſitque illico tantum capitis dolorem vt ei findi videretur in partes. Inſuper in auribus ſuperuenit ei tinnitus, ac ſonus ſimilis horologij quod ſoluitur ad pulſandum horam. Quare maxima ex parte cogebatur abeſſe ab

officio

Digitized by Google

icio diuino, cum neque cantum neque ſtrepi-
n vllum ferret. Accedebant perpetua fere in-
mnia. Tenuerat autem eam morbus hic am-
is 18. annos, in vanum adhibitis ad eum pel-
dum varijs remedijs. Cum ecce tandem per-
a ad eam fama miraculorum Deiparæ in mõ-
cuto, eam magna animi pietate aduocat vt
propitia ſit, ac ante quandam eius imaginem
e Sichimenſem referebat triduum feruenter
t, ſuſcepto voto eam in ipſo colle acuto ho-
randi, ſi id ei à præſide ſua permitteretur. Ex-
to triduo ſenſit orationis ſuæ fructum, nã no-
ſequente placidè quieuit, & conſequenti lu-
ab omni præterita moleſtia, dolore capitis ac
leſto illo tinnitu perfectè liberata eſt, ac cum
eris matutinis precibus interfuit, neque vnquã
ts poſtea vel minimum horum malorum ve-
gium ſenſit.

2. Anno 1485. in cœlum fertur Beata Eu-
chium ordinis Clariſſarum conuentualium.
Hæc ſupra cæteros Sanctos Reginam Sancto-
n ſibi delegit ad imitationem & veneratio-
n. *Marcus Vliſſ. 3. p. Hiſt. Seraphica.*
adem ad ſtrictius viuendum monaſterium in
o Sanctæ Claræ regula ſeruaretur extruxit,
n venia ſummi Pontificis: vnde multas per-
tiones eſt paſſa, tum à Clariſſis quas deſere-
, tum à Minoribus obſeruantibus qui eius no-
nonaſterij curam ſuſcipere detrectabant. Sed
is perſecutionibus à Sanctiſſima Virgine vi-
ta eſt quæ & eam de varijs arcanis edocuit.
c inter cætera præter quotidianam flagella-
ne cilicio ex pelle ſuilla ſpinis acutis infarcta,
pus domabat, miraculis in vita & à morte cla-

Digitized by Google

ruit. Poſt 25. ab obitu diem totum corpus ſudorem odoratiſſimum, maximè diebus feſtis & veneris multo tempore ſudauit, ſanandis morbis ſalutarem.

Ianuarij 21.

Hiſt. Sichim. 1. ANno 1605. Liræ quæ ciuitas eſt Brabantiæ, publicum conficitur inſtrumentum de miraculoſa ac ſubita à Deipara curatione doloris cuiuſdam intolerabilis & extremi.

Eo ſenebatur Ioannes Clericus in renibus & coxis, ita vt nec ſtare poſſet nec incedere: tantique erant cruciatus vt nihil niſi mortem expectaret, aut vitam ſaltem amaram, cum fere omniũ membrorum inſuper vſu careret, nec ſe ipſe induere valeret, neque vero ab alio indui abſque ingenti dolore poſſet. Itaque humanis remedijs valere iuſſis, ad Deiparam vota ſua & ſpem vertit, vouetque ſe triduo ſupplicem aditurum ad eius imaginem, quæ Liræ magno concurſu colitur, de qua ſuperùs 18. huius. Nec incaſſum, exacto enim die tertio poſtquam ſe voto liberauit, planè integræ valetudini redditus eſt.

2. Anno 1128. Romæ moritur Paſchalis 2. Pontifex Maximus.

Hic Romæ ſanctam Mariam Ad monticulum vulgo in Monticelli anno circiter 1120. conſecrauit, cuius feſtum die Natiuitatis Virginis ſolemniter celebratur.

3. Anno circiter 1001. vitâ exit Otho 3, Imperator.

Hic caſtellum S. Mariæ ducatus Cameracenſis in opidum erexit.

4. Na-

:. Natale S. Agnetis.
Hanc D. Maximus vocat Mariæ pediſſequã. *In ſermone de ea.*
Idem frequenter Deiparam comitata eſt in va- apparitionibus, vide Aprilis 22. num. 1. No- nbris 29.

Ianuarij 22.

FEſtum deſponſationis S. Mariæ Virginis & Ioſephi (quod nonnullæ Eccleſiæ vt ebatenſis celebrant 23. huius) Id feſtum po- ante Petro Aurato videtur permiſiſſe cele- ri in Gallia Paulus Papa 3. anno 1546. cui & s ſolemnitatis officium Auratus obtulit appro- ıdum. De ea habet item officium nouem le- onum, & Miſſam Cornelius Schultingius in Bibliotheca Eccleſiaſtica tomo 3. parte 3. In- itus ſumitur ex Matthæo c. --- Relinquet no patrem & matrem & adhærebit vxori :, & erunt duo in carne vna. Epiſtola ex Iſaiæ , Videbunt gentes iuſtum tuum. Euangelium, m eſſet deſponſata, vt in vigilia Natiuitatis mini. Officij porro iſtius authores ſunt (vt Miſſæ) nonnulli Doctores Louanienſes à bus ea accepit Reuerẽdiſſimus Nuntius Apo- icus Octauius, Tricaricenſis Epiſcopus, qui nceps ea communicauit cum ſupradicto Cor- io: nihilque illis deeſt ad perfectionem niſi robatio Romani Pontificis aut alicuius cele- ; Epiſcopi, vt in Eccleſia publicè legi poſsint.
:. Annulum autem quem S. Ioſeph tradidit aac deſponſatione Virgini coniugi futuræ, xima cum veneratione ſeruant Peruſini in ſella aurea ſub vndecim clauium firma cuſto-

dia, quæ à totidem ſeu viris ſeu communitatibus aſſeruantur. Plurimis claruit & claret modò miraculis. Non eſt ex vllo metallo, ſed ex onyche lapide qui in Paleſtina ſatis vilis eſt. De eo plura in noſtro Inuentario reliquiarum Deiparæ Virginis in Appendice.

3. Occaſione iſtius deſponſationis exterioris Mariæ & Ioſephi, occurrunt deſponſationes internæ ac ſpirituales eiuſdem Virginis cum varijs ſanctis, quos ſe Virgo Mater etiam ſenſili ſigno, licet ſpiritualiter in ſponſos aſſumere prædicauit. Narrat Surius in vita S. Roberti Ciſtertienſis Abbatis, grauidæ Roberti matri Deiparam in ſomno apparuiſſe aureum indutam annulum, quam his verbis eſt affata: volo eum quem vtero geſtas filium, hoc mihi annulo deſponderi, hiſque dictis abſceſsit. Eandemq; viſionem Deipara iterauit, eademque prorſus repetiuit.

In quodlibeto de roſario.

4. Michael Inſulanus affirmat, Alano ordinis D. Dominici religioſo, apparuiſſe Deiparam, detractumque ex digito annulum ex proprijs crinibus contextum, in eius digitum inſeruiſſe, in ſignum ſpiritualis cum ipſa deſponſationis. Vide infra 7. Aprilis de Hermanno.

Vide Carthagenã. t.4.p.689

5. Huc refero eos qui ipſam Virginem annulo ei dato ſibi deſponderunt; inter quos eminet S. Edmundus Cantuarienſis poſtea Archipræſul, qui adoleſcens Dei genitrici ſe commendans coram eius imagine caſtitatis votum nuncupauit, eamque ſibi in ſponſam delegit, atque annulum in quo inſcripta erat ſalutatio Angelica, digito eius inſeruit, quo ex tempore in ſuis neceſsitatibus præſtantiſsimam eius expertus eſt opem.

Vide 23. Iulij.

6. Nar-

6. Narrat Vincentius Belluacenſis quemdam dolefcentem qui ab amaſia annulo donatus erat, um cuiuſdam imaginis Deiparæ in templo pulhritudinem admiratus eſſet: verè inquit quæ me arnaliter diligit, non eſt tibi comparanda, quãuam multis naturæ donis excellat, quare eius mori nuntium remitto, teque in poſterum ama: , tibique ſeruire ſtatuo. Quibus dictis annulo digitum eius quem extentum habebat, nduit. Quod dum faceret, imago, quaſi approante Deipara quod fecerat ille, eius digitum ringit. Ille timore correptus exclamat, ilicoq; ccurrunt qui in templo erant, quibus ſigillatim narrat quæ acciderant, & de voto nuncupato Diuæ Virgini. Qui ei ſuadent vt ſæculum deſeat, neque nuptias contrahat. Quod cum aliquãiu ſeruaſſet, tandem victus vxorem duxit voti Deiparæ facti infractor. At non id tulit impunè. Nam prima nuptiarum nocte apparet ei Beata Virgo, annulum quo ab eo donata erat, tanquã oti pignus in digito gerens, eumque perfidiæ ccuſat. Ille è ſomno excitus putat eſſe phantaſma ac viſum contemnit. Itaque ſecundo apparet i Deipara grauibuſque verbis aſpera minatur ormenta ob votum infractum. Quare ille ſtam è lecto exilit, & eadem prima nocte nuptiaum confert ſe ſecretò ad heremum, vitam monaſticam profitetur, totoque reliquo vitæ tempoe totum ſe Deiparæ obſequio impendit. *In ſpeculo Hiſt. l. 8. c. 87.*

7. Anno 1516. piè obit Ferdinandus 5. Rex Catholicus. *Marinæus l. 19.*

Hic cum Iſabella coniuge Granatæ, Virginis Deiparæ templum maius, domumque pontificalem magnis erexit ſumptibus, & 24. ſacerdo-

 tibus

tibus qui quotidie rem diuinam facerent, cellas fieri iuſſit. Idem diplomate ſuo anno 1504. 12. Aprilis ſub ſua ſuſcipit protectione Eccleſiam Dominæ noſtræ dictæ de Pilari ſeu à Columna. Vide 19. Ianuarij vbi de Rege Ioanne.

Idem poſtquam Malagam in regno Granatenſi à Mauris ereptam ſuæ ditioni adieciſſet, ſacellum extruxit in honorem Dei, eiuſque SS. parentis quod à victoria denominari voluit.

Vide 1. Ianuarij & 13. Auguſti.

Idem anno 1492. Granatæ regnum imperio ſuo adiecit profligatis inde, adeoque tota Hiſpania Mauris Deiparæ Virgini implacabilibus hoſtibus, qui eam per annos 778. poſſederant. Eodē illo anno, Hebræos vniuerſos (qui ſuperioribus in hoſtili animo aduerſus Deiparam non cædūt) quorum infinitus propè numerus erat, Hiſpaniæ finibus excedere iuſſit, Et vt hereticos (quibus inueteratum in eandem SS. Dei genitricem odium) Mauros & Hebræorum reliquias è ſuo regno penitus euelleret, ſanctum Inquiſitionis officium inſtituit.

Porrò quia de Mauris vt & Turcis frequentius in progreſſu erit mentio, hęc de Mauris Prateolus. B.M.V. cultum non ferunt, eumq; omnē abrogarunt. De vtriſque autem ita ſummus Pontifex Pius 2.

Ad ann. 1463. cō. 17.

Ab ijs imagines deletæ aut luto fœdatæ. Nulla Saluatoris Chriſti aut eius glorioſiſſimæ matris ſtatua ſiue ſingulari probro dimiſſa.

Cœterum de Hebræis ſileo quorum irreconciliabile tum in filium Dom. noſt. Ieſ. Chriſt. tum in SS. eius genitricem odium, omnibus eſt exploratum.

Ianua-

Ianuarij 23.

EXimius Deiparæ cultor, & ab ea multum dilectus S.Hildephonſus Epiſcopus Tole-
is, ad cælitum gaudia euocatur. De eius vir-
tate contra 3. hæreticos ſcripſit librum, ab
em veſtem miri candoris & ſubtilitatis acci-
Vide diem ſequentem.

Iulianus Pomerius Epiſ. Toletanus.

Ianuarij 24.

TOleti in Hiſpania celebre feſtum quod vocant deſcenſionis B. Mariæ, vel feſtū
æ Virginis de pace, inſtitutum ad recolen-
eius apparitionem factam S. Ildephonſo
iepiſcopo Toletano, quando ſe ei magno
tam tum Angelorum tum Virginum choro
ipſo templo ſe præbuit videndam, eique ca-
dedit. Eo in templo viſitur imago eiuſdē
inis cum puero Ieſu, quam ipſa recedens
complexa eſt, quæ hodie præcipuo habe-
honore, eo quod tantæ Virginis contactu
ctificata, ac miraculis illuſtris. Venerationē
non paruam ei conciliat, quod cum tem-
Maurorum fuerit in puteo quodam ſub ara
na abſconſa, poſtmodum exactis Mauris,
is lucis iudicio fuerit detecta.

Mariana l.8. Hiſt. c.17. & alij multi.

Anno 1508. Natale S.Euſtochij in ordi-
Dominici Sanctimonialis.

m ex graui & diuturno morbo decumbe-
chemens eam cæpit deſiderium videndi
m Ieſum recens natum. Itaque poſtquam
riduo feruentibus precibus, vbertimque
fuſis

Hiſt. ord.

fuſis lachrymis id poſtulaſſet, in extaſim rapta in caſulam quandam deducta eſt, vbi vidit B. V. M. natum ſuum qui in fœno iacebat, adorantem. Nec beneficio iſto contenta, ipſam virginum virginem amplexa eſt brachijſq; Chriſtum tamdiu complexa eſt dū ſacris eius genis mille amoris baſia imprimeret. Tanta autem aiebat ſe tum dulcedinis ſuauitate perfuſam fuiſſe, vt niſi à tā dulci ſomno excitata fuiſſet, procul dubio vitâ functa eſſet, tanta erat cæleſtium gaudiorum copia, vt animus corpori nexus, eam tolerare non potuiſſet. Cumque ex ea ſciſcitarentur nonnulli qualis eſſet & qua ſpecie oriſque habitu SS. Deipara. Tam erat, inquit, ſpecioſa vt nemo id verbis exprimere valeat. Apparebat autem circiter 14. annorum.

Ianuarij 25.

Spinelli. 1. CONuerſio S. Pauli Apoſtoli.

Huius Romæ hoſpitium ac habitatio, quæ Actor. 28. vocatur Conductum, tot eximijs ibi geſtis clariſſimum, vbi catena circumdatus propter Chriſti confeſſionem manſit toto biennio cum cuſtodiente ſe milite, omnibus ad ſe aduentantibus prædicans regnum Dei. Vbi plures ſcripſit epiſtolas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ſecundam ad Timotheum, ad Philemonem, ad Hebræos. Vbi Dei viſitatione roboratus eſt, vide 2. ad Timo. c. 4. Hoc inquam hoſpitiū in templum cui nomen à S. Maria in via lata cōuerſum eſt, quod eſt inter præcipuas Cardinaliū diaconias. In eius ſummo altari imago Deiparæ quæ annulum geſtat in digito à Diuo Luca depicta,

a, religioſè aſſeruatur. Vide 30. Iunij.

. Anno 1597. Natale B. Ceciliæ ex ordi- Chron. ord.
.Dominici.

Hæc paucis ante obitũ diebus in cælum rapta param vidit, alioſque ſanctos magno nume- uos quotidie inuocabat: ita vt cum ad ſeſe jiſſet. Vbi inquit ſponſus meus Ieſus Chriſtus? bi eius genitrix SS. Deipara? A morte ma- eius odorem quendam roſarum inſtar emit- nt, quod ijs perpetuo roſarium Deiparæ tra- let.

. Anno 1365. B. Henricus Suſo diem clau- In vitæ
xtremum.

Hic Deiparæ feruentiſſimus amator. In gal- io potiſſimum eam conſalutabat & laudes ei gebat. Ideo meruit vt ei frequenter Angeli aruerint ſuauiter concinentes.

Stella Maria maris hodie proceſſit ad ortum.

Cum his ille aliquando concinebat, ab eis lu- e cœleſti perfuſus & de arcanis ſecretioribus ructus. Kalendis Maij & præcipuè Ianuarij bus ſolent dediti ſęculo tum xenijs tum can- nis, tum feſto apparatu genio indulgere: ille centus ſuaues IESV & MARIÆ perſo- at, & ab vtroque chariſmata potiora flagita- . Idem tantopere inedia, ſiti, perpetuis vigilijs pus macerabat vt neq; cibũ neq; potum cape- liquando potuerit, niſi B. V. M. cœleſti liquo- llum recreaſſet. Inter afflictiones animi (quas dem grauiſsimas perpeſſus eſt) non ſemel à ipara viſibiliter apparente cõfortatus eſt. Dæ- nem ſibi inſidias tendentem, & ſagittam acu- n ad eum occidendum intorquere in eum antem, ſolo nomine B. V. M. fugauit.

Ianuarij

Ianuarij 26.

Arnol. VVion. l. 4. ligni vitæ.

1. NAtale S. Bathildis Reginæ.

Hæc Kalenſe monaſterium ad Virginis honorem in agro Pariſiaco ad matronam fluuium conſtruxit. In eo poſtea Chilpericus 2. & 3. (cui cognomen Fatuus) Galliæ Reges attonſi Monachos egerunt.

2. Natale S. Polycarpi Smirnenſis Epiſcopi à S. Ioanne ordinati.

Hic Ebionē & Cherinthū cōtra Mariā debacchantes eiq; præcipuū Deiparæ titulū adimentes, acerrimè oppugnauit, quibus etiā perimendis idem S. Ioannes Euangelium ſuum conſcripſit.

3. Natale S. Paulæ viduæ.

Martyrolog.

Hæc cum eſſet è nobiliſſimo Romanorū ſenatorum genere, renuntiās ſæculo, & facultates ſuas pauperibus diſtribuens, ad præſepe in quo Deipara filium ſuum poſuit, ſe recepit, eius vitam admirandam S. Hieronymus ſcripſit.

4. Anno 1582. Domina Ludouica à Lotharingia Frāciæ Regina Carnutum appulit, quo Pariſijs pedes ſumma religione ſe contulerat. Ibi inter cætera nō exigui pretij donaria Diuæ Matri corporale, & pallam proprijs digitis, opere phrygio contexta dedicauit. Eodem in theſauro, Canō Miſſę acu pictus opera Dominę Ludouicæ Borboniæ Frontiſ-vallis Abbatiſſæ aſſeruatur.

Magnarum erat principum perantiqua exercitatio vt ornandis templis, digitorum induſtriam impenderent. Galliarum hiſtoriographi præcipuum in hoc exercitio Dominæ Bertæ Carolomanni matri decus attribuunt.

5. Anno 457. vita pię fungitur Marcianus Imperator.

Hic

Hic ſimul ac creatus eſt Auguſtus nihil anti-
us habuit quã hæreticos recẽs obortos vexare.
are ipſis Kalẽdis Auguſti aduerſus Eutychia-
Deiparæ hoſtes ſanctionem edidit qua illos l.vlt.c.de
nis omnibus ſubiecit quæ ſuperiorum Impe- Apoſta.
orum legibus aduerſus alios hæreticos conſti-
e fuiſſent.

dem Conciliũ generale contra Eutychetem
ſq, hæreticos à S. Leone Pontifice expetijt,
d Chalcedone habitum eſt vide 26. Iunij.

Ianuarij 27.

ANno 1613. Paulus 5. ſolemniter collo-
cari curat in ſacello à ſe permagnificè
ucto, imaginem Deiparæ. Quod vide fuſiùs
criptum 28. huius.

. Tranſlatio corporis S. Ioan. Chryſoſt. Cõ-
nis Cõſtantinopolim ſub Theodoſio iuniori.
Hic Arianos, Chriſti eiuſq; matris (quã nega-
Dei matrẽ, vt & filium eius Deũ, Deoq; Patri
ubſtãtialẽ) acerrimè perſecutus eſt, eoſq; Cõ-
inopoli fauẽte Imperatore expulit. Cũq; feſtis
bus cantilenas quaſdam fidei conſubſtantialis
trarias canerent, ipſe alios hymnos pro fide
em longè excellentiores compoſuit, quos &
antari ab orthodoxis præcepit.

Ianuarij 28.

CReatur Pontifex anno 817. Paſchalis 1.
Hic Eccleſiã S. Mariæ in Dominica in Anaſta-
nte Cælio, ſiue in Nauicella, iam ruinæ proxi- ſius.
n, à fundamentis renouauit. Abſidem -- eius
ſuo opere mirificè decorauit, eique multa do-
btulit.

. Anno Domini 814. quieuit in pace Carolus
nomine magnus Imperator Romanorum.

Hic

Tritemius. Hic Hungaris octennali bello exciſis, tria Deiparæ templa, cuius perſtudioſus erat, ædificauit & ornauit. Primum Sicambriæ. 2. Campidunæ quod eſt oppidum Rhetorum. 3. Aquiſgrani longè anguſtiſſimum, quippe qui ad eius ſtructuram magni pretij prægrandes columnas ex remotis regionibus aduehi curauit, ac reliquiarum ſacrarum ingentem theſaurum (in ijs induſium Deiparæ) ex Paleſtina conquiſitarum in id intulerat, valuas templi æneas fecit, tectum plumbeum. Cætera huius templi decora vide in Aquiſgrano recèns edito Petri Beeck Canonici Aquiſgranenſis.

Molanus In eo templo quod à maioribus monaſterium S. Mariæ vocabatur, conſtituit 20. Clericos qui ſub obedientia intra clauſtrum regulariter viuerent. Sed poſtea Clerici iſti conuerſi ſunt in 28. Canonicos ſeculares.

Crãtzius in Metropoli. Idem Carolus monaſterium in Weſtphalia à fundamentis in B. V. M. gloriam edificauit, & ad inſignem amplitudinem euexit, quod poſtea miraculis adeò reſplenduit, vt ad illud plurimi confluentes vrbem celeberrimam in loco Mimingrode dicto condiderint, ac monaſterium à monaſterio Carolino deinceps illam appellarint.

Baſſemetherius in VVeſtphã. 3. Natalis S. Cyrilli Alexandrini Epiſcopi.

Menologium. Hic honoris Deiparæ & tituli θεοτόκου defenſor fuit acerrimus. Eum ſummus Pontifex Cœleſtinus idoneum iudicauit cui ſuas vices in concilio Epheſino contra Neſtorium eiuſdem tituli impugnatorem delegaret. *Nicephorus. l. 14. c. 18.* Cum eſſet per errorem S. Cyrillus nonnunquam Chryſoſtomo iniquior & neſcio quam cum illo ſimultatem exerceret, apparuit ei Deipara, & tantum admo-

Digitized by Google

ione materna profecit vt non modo errorem
m correxerit, at etiam cum eo in gratiam re-
rit, valdéque, quod imprudens in eum irrita-
fuiſſet, pœnituerit ac in ſacrum Catalogum
iſcoporum reponendum curarit.

4. Anno 1621. fæliciter in Domino obit
ulus 5. eximius Deiparæ cultor.

Hic turrim Campanariam Sanctæ Mariȩ Ma-
is fulmine concuſſam inſtaurauit, ſtabiliuit,
mbo operuit: Campanam ingentis ponderis
iatam, aucto pondere in honorem Dei geni-
cis reficiendam curauit. Sacrum eius templi
tiarium atque odæum ampliſſimum, ornatiſ-
iumque ædificauit. In eo ſacellum Burgheſia-
m B. Virgini, ſiue amplitudine ædificij, ſiue
gantia operis, ſiue venuſtate atque opulentia
miraculum pulcherrimum, conſtruxit à fun-
mentis. Extrinſecus Tyburtino lapide, intrin-
us numidico, chio, phrygio, alabaſtrite mellei
oris, maculoſo, vbi viliſſimè Carrarienſi: in
od vetuſtiſſimam B. Lucæ manu Deiparæ de-
tam effigiem transferret: Inſuper aram maxi-
im cum loculamento pro ea effigie quatuor
umnis altiſſimis ex Iaſpide circumdato, To-
zio, Granata, Rubino, Smaragdo, Chryſoli-
Onyce, Amethyſto, cæruleo Perſico, & alijs
omparabilibus gemmis ornatam, Reginæ An-
lorum in cælos aſſumptæ, (cuius imaginem
ro, monilibus, torquibus aureis, gēmis variega-
vnionibus & lapidibus pretioſiſſimis operuit)
nſecrauit. Addidit prætcrea ſacello ſupellecti-
n auream & argenteam, ſcilicet crucem pretij
50. aureorum, duodecim Apoſtolorum ſtatuas
etio 6000. aureorum. Candelabra ſex, aureo-
rum

rum 3000. atque alia plurima quæ videre licet in tomo 17. Annalium Brouij ad calcem. Non ſilebo tamen monilia aliquot pretioſiſſima, & torques aureos gemmis variegatos pro ornatu imaginis SS. Virginis, laminæ argentea facie tenus conтectæ, quam ad diem 27. Ianuarij anni 1613. ſolemni ritu in ſacellum inferendam curauit ſacro Cardinalium collegio, & vniuerſo clero Romano ante imaginem longo ordine procedentibus, donec intra ædiculam laminis inauratis circumcluſam inferretur, collata in eam rem indulgentia plenaria his qui poſt confeſſionem & cõmunionem proceſſioni interfuiſſent. Super hæc aliam quoque ſupellectilem innumerabilem & pretio ineſtimabilem ad altarium, ſacerdotum ac miniſtrorum altaris vſum & ornatum eidem ſacello Deiparæ contulit. Organum artificioſiſſimum addidit, collegium ſacerdotum qui ibi quotidie rem diuinam in perpetuum facerent, conſtituit. Cantores qui quolibet Sabbato litanias concinerent, conduxit, miniſtros reliquos aſſignauit & prouentus annuos locupletes ſingulis in perpetuum, cum neceſſarijs omnibus ad vſum ſacelli addixit, edito etiam de ea re diplomate.

Neque his contentus, columnam miræ altitudinis in templi pacis ruinis inuentam ante Eccleſiam Sanctæ Mariæ Maioris collocari iuſſit, ſupra quam impoſuit æneam inauratam Deiparæ V. imaginem, additis indulgentijs in eorum gratiam qui coram imagine genuflexi oraſſent. Præterea in Pontificis palatio eidem V. M. ampliſſimum ſacellum longitudine 180. latitudine 60. palmorum nullis æquandum laudibus, aula regia

adiuncta

adiuncta amplificauit, inaurauit & lapidibus pretioſis, picturis, ſculpturis, opere plaſtico, columnis inæſtimabilibus, aulæis ornauit. Qui vitam huius pontificis compendio ſcriptam legere volet, conſulat ſupranominatum Brouium, qui addit iam iam moriturum, cum vnus ſacerdotum recitaret collectam de Deipara, defende quæſumus Domine B. M. ſemper Virgine &c. ad finem clara voce reſpondiſſe. Amen.

5. Natale S. Margaretæ filiæ Regis Hungariæ ex ordine S. Dominici. *Garin in compendio vitæ.*

Hæc vix 4. ætatis annum attigerat cum Deiparæ officium recitaret, quod ex ſolo religioſarũ cantu in choro didicerat. Ergo ab ipſo ferè lacte eam coluit. Nullam eius imaginem præteribat ante quam non ſe proſterneret & ſalutatione Angelica illam compellaret. Nomen Ieſu & Mariæ in eius ore æternabat. Quod ſi ſolemnes Virginis feriæ celebrarentur illa eandem ſalutationem, proximis octo diebus millies recitabat, ac in ipſa recitatione ſimul ſe humi proſternebat. Ei Rex parens monaſterium in quadam inſula Danubij ædificauit, quod nuncupauit monaſterium B. V. M. Profeſtis Deiparæ, ſolo pane & aqua cõtenta ab omni alio cibo potuque ſeſe continebat. Lubentiſſimis auribus excipiebat voces concionatorum, potiſſimum vbi de Dei genitrice ſermonem habebant, quam in aduocatam ſingularem ſibi delegerat, eamque non niſi altero nominum horum appellabat, ſcilicet matris Dei & ſpei ſuæ Beatiſſimæ. Audito inſuper eius nomine, aut ab ipſamet prolato, profundè corpus demittebat honoris ergo. Tanto eius erga Deiparam affectui, reſpondit etiam ipſa viciſſim eam

D hono-

honorando. Nam viſa ſub mortis tempus ad eam venire ſtipata magno cœtu SS. & Angelorum eiuſque capiti coronam imponere. Viſa etiam ſcala à terra ad cælum vſque pertingens, per quam Deiparam in cælum reuertentem, ſancta Margareta ſequebatur ſereno & læto vultu, quod ſe diademate gloriæ cinctam videret.

De ea narratur quod cùm antequam ſolemni ſeſe caſtitatis voto obligaret, in vxorem expetita eſſet à Regibus Boëmiæ, Poloniæ & Siciliæ, reſponderit prius ſe naſo detruncare, & luminibus priuare totoq; vultu deformare malle, quam Chriſto deſponſam virginitatem violare.

Sanderus & alij. 6. Anno 1546. vita fungitur Henricus 8. Angliæ Rex.

Hic anno 1544 abbatiam Beatiſsimæ Mariæ Virginis iuxta Boloniam in Gallia ordinis Canonicorum regularium D. Auguſtini diruit. Vt & abbatiam ſancti Vualmari eiuſdem ordinis ibidem. Idem plus quam mille cœnobia ſpoliauit ac euertit, vt & decem millia templa: in ijs non deerant Deiparæ ſacra.

Januarij 29.

1. OBIT Dagobertus Rex Galliæ anno 645.

Hiſtorici Galli Robert Gaguin &c. Hic ædem ſacram Diui Dioniſij (ad id enim ſe voto obligarat quod ſe patri reconciliaſſet, vt apparitione ei facta pollicitus erat) maximo ſumptu ædificauit, ſolidoque argento texit,

texit, atque aureo feretro ſacrum eius corpus incluſit.

Hoc porro templum cum Pontifices conſecrare pararent, antequam id facerent, leproſus impetrauit ab edituis in eo pernoctare. Vbi dum in oratione vigil perſeuerat, videt perſpicuè Chriſtum Dominum cum matre ſua. Apoſtolis item Petro & Paulo, ac Sancto Dioniſio cum ſocijs per feneſtram in baſilicam aduentare. Qui candida veſte amictus dedicationis ſacrum munus abſoluit. Indeque ad leproſum conuerſus Chriſtus. Tu inquit ô homo dic pontificibus dum cras ad hanc ædem ſe conferent, eam à me iam conſecratam. Cuius rei fidem fecit infirmi ſanitas. Nam contacta eius facie, lepram omnem Chriſtus auferens, eam proximo lapidi glutinauit, quæ ad hunc vſque diem per ſummam admirationem viſitur.

Ianuarij 30.

1. ANno 1596. creatur Pontifex Clemens 8. Hic graſſatoribus de medio ſublatis obſeſſas ad Lauretanam ædem vias aperuit. Eandem inſigni Indulgentiarum beneficio cumulauit. Vide 10. Decembris, & 3. Martij.

2. Anno 1217. Honorius 3. confirmat religionem Carmelitarum Eremitarum, hactenus ſparſim, ſub regula Beati Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani viuentem. Diutius diſtulerat poſtulationes Fratrum eius ordinis audire, quare ſacratiſsima Dei Mater noctu æthereo cum lumine ei apparens. Non eſt

Palecnydorus Antiq. Carmel l. 3.

inquit in his aduerſandum dum iubeo, nec diſſimulandum dum promoueo: Inſinuauitque eidem Pontifici duos ex aulicis ſuis huius religionis æmulos Deo vltore plexos, diſpari exitu ſed diſceſſu pari.

Curopalates. 3. Anno 842. Theophilus Imperator obit. Hic Iconomachus impietate in SS. Deiparæ abolendis imaginibus certauit cum patre Michaele Balbo, eas pingi vetuit, earumque loco picturas auium reponi iuſſit. Sub finem vitæ os eius adeo deductum eſt vt viſcera conſpicerentur. Erroris tamen pœnituit, ac ſacram imaginem adorauit, ac poſt mortem in iudiciũ raptus, precibus vxoris Theodoræ pientiſſimæ, ac SS. Methodij, aliorumque piorum miſericordiam à Deo obtinuit, teſte Gennadio, patriarcha Conſtantinopolitano in expoſitione Concilij Florentini ſeſſione 5.

Hucbaldus Elnonenſis in eius vita. 4. Natali S. Aldegundis Virginis. Hæc abſoluto Malbodienſi monaſterio, ac virginum cœtu congregato, templum quoque Beatiſſimæ Dei matris nomine extruxit, ad Dei Deiparæque laudes quotidie concinendum.

Ianuarij 31.

Eutych. apud Surium. 1. THeophilus poſt 43. dierum preces fuſas in templo Deiparæ, poſt ieiunia, aliaque mortificationis exercitia, ab ea recipit chirographum, quod tradiderat dæmoni, quo Chriſtum negarat. Illud autem eo dormiente collocauit ſupra eius pectus, quod & euigilans inuenit. Vide 4. Februarij.

2. Tranſla-

Digitized by Google

2. Tranſlatio S. Marci Euangeliſtæ cum ſacrum eius corpus ex Alexandria Ægypti vrbe à barbaris tunc occupata Venetias allatum, ibidem in maiori Eccleſia eius nomine ſacrata honorificentiſſimè conditum fuit.

De huius erga Deiparã ſtudio vide 25. Aprilis.

2. Liberatur quidam anno 1598. à præſenti mortis diſcrimine.

Hic Marcus, de Mas nomine, à quodam prædone grauiter vulneratus erat ictu ſclopeti tribus glandibus onuſti, vnde & egreſſu ſuo tres corporis ſui partes ſauciarunt. Hoc ictu proſtratus in terram totum ſe quo potuit maximo animi conatu Deiparæ Montiſſerratenſi commendauit. Interim illac pertranſiens eques quidam ei amicus, eum in iumentum ſuum impoſuit Barcinonemque duxit. vbi à chyrurgis curaretur. At non fuit opera eorum neceſſaria, nam ſubito Deiparæ auxilio curatus eſt.

3. Naſcitur Henricus 1. Luſitaniæ Rex idemque S. R. E. Cardinalis, eodemq; die poſt octo & ſexaginta annos, anno ſcilicet 1580. piè vita exuitur. *Vaſconcellus.*

Hic maioribus ſolemnijs, Natiuitatis, Paſchæ, Pentecoſtes, ac Virginis aſſumptæ, in viduas vrbis Eborenſis (cuius erat Archiepiſcopus) largas effundebat pecunias. Idem in Eborenſi, academia à ſe erecta, ac Societatis Ieſu Patribus tradita, nobile collegium exædificauit Purificatæ Virgini (cuius propè diem feſtum natus fuerat) ritè dedicatum, vt in ea quinquaginta Theologi alerentur.

4. Anno 1614. finem viuendi fecit P. Claudius Aquauiua.

Digitized by Google

Libro qui inſcribitur Societas Ieſu & Maria.

De eo ſcribit P. Ioan. Burgheſius, ipſum non ſine Deiparæ auſpicijs creatum quintum Societatis Ieſu Præpoſitum in generalem. Cum enim P. Claudius Matthæus prouinciæ Franciæ prouincialis, ea quæ electionem præcedit orationis hora intentius oraret, vidit Dei genitricem cum S. Bernardo ad ipſum Claudium de cælo delabentem, à quibus & medius aſſumptus eſt, & ad cæleſtem Chriſti thronum deductus, illique cum prece & gratia oblatus vt Societati IESV præeſſet. Ijs porrò Chriſtus annuit, ac Claudio ſuam impertijt benedictionem. Eadem Virgo apparuit Pariſijs P. Thomæ Albigero oranti pro fælici electione Generalis, ac ſpiritu in patrum electorum conclaue deduxit, ac P. Claudium in medium produxit manu prehenſum (qui & vnus erat electorum) & cæteris electoribus viſa indicare vt illum in Præpoſitum generalem eligerent Solitus erat P. Claudius in rebus aduerſis Societati, quæ quidem grauiſſimæ eius tempore quorumdam potentium ſtudio acciderunt, ad Deiparam confugere vniuerſæque Societati quotidianas eius litanias recitandas indicere, quod ei ex voto ſucceſsit.

Anno 1586. in Epiſtola quam ad vniuerſos ſcripſit de perfectionis ſtudio & charitate fraterna, commendat ijs potiſsimum Deiparæ cultum, qua, ſi minima inquit Societas noſtra nitatur, confido fore vt quæ Dei beneficentia eſt, etiam atque etiam in dies eſfloreſcat. Pergit fusè tum ex S. Damaſceno tum Bernardo, quàm ſit potens eius præſidium & quam ipſa in omnes ſui cultores prona & prompta ſit repreſentare.

Anno

Digitized by Google

Anno 1584. P. Claudij rogatu Gregorius 13. Romæ primariam congregationem in Eccleſia Collegij Romani Societatis Ieſu, externorum ſcholarium & aliorum Chriſti fidelium ſub titulo Annuntiationis B. V. M. authoritate Apoſtolica erigit, ampliſſimaſque ei dat indulgentias vultque eam congregationem per præpoſitum generalem dirigi, eidemque Claudio & ſucceſſoribus generalibus facultatem dat quaſuis alias congregationes in noſtris extra Romam collegijs erectas, huic primariæ Romanæ aggregandi. Quo factum inquit Locrius vt omnes pene orbis academias, aliaſque vrbes, ſodalitas hæc Deiparę ingenti cum animorum fructu peruaſerit. Nam Sixtus 5. anno 1586. eandem aggregandi poteſtatem, indulgentiaſque communicandi ad alias quoq; extendit congregationes quæ non conſtarent ſtudioſis, & quæ in alijs domibus Societatis erigerentur, idque ſiue à Virgine Annuntiata, ſiue ab alio titulo nomen ſortirentur.

Digitized by Google

FEBRVARIVS.

I. *Dominica quadrageſimæ. Ea hîc ponitur, quia frequenter incidit in Februarium.*

Curopalates.

I. ANno 842. tempore Michaelis tertij Imperatoris in Oriente, edictum promulgatum eſt de ſacrarum imaginum Chriſti eiuſque matris ac diuorum reſtitutione. Fideles ab exilio & carceribus ſunt reuocati, qui verò hæreſim Iconoclaſtarum abiurare noluerũt in exilium pulſi. Hæc autem reſtitutio, Conſtãtinopoli ſolemni facta eſt pompa, conueniente Imperatore cum matre Auguſta in magnam Eccleſiam vnà cum ſenatu & ſacro clero, atq; monachis & populo vniuerſo. Statutumque fuit, vt in perpetuum I. Dominica quadrageſimæ (qua eiuſmodi celebritatem celebrari contigit) iugi memoria tanti à Deo accepti beneficij coleretur. Sic hæreſis illa, quæ Conſtantinopoli ante 120. annos è portis inferi magno faſtu, authore Imperatore, potens ac furens in Eccleſiæ damnum eruperat, & repreſſa ſæpius, rurſum audaciùs fuerat debacchata, hoc tandem anno ad Chriſti Deiparæque potiſſimum honorem, penitus exciſa eſt, totoque Orientali imperio deſolatæ Eccleſiæ in priſti-

priſtinum decorem & cultum reſtitutæ ſunt.

February 1.

1. VIgilia Pariſijs in honorem Purificationis B.V.M. Ferreolus Locrius.

2. Eques quidam nomine Walterus de Birbach Virginis ſtudioſiſsimus, hac vigilia purificationis, vt & omnibus peruigilijs feſtorum Deiparæ ieiunare ſolitus erat ac pane tantùm & aqua ſe reficere. *Cæſarius l.7.c.39.*

3. Idem factitabat S. Didacus Franciſcanus, addens etiam ſabbata peruigilijs B.V.M. *Chron. D.Franc. p.3. l.5.c. 3.*

4. Noſtro tempore à S. Carolo Borromeo idem vſurpatum. Huius generis varia in progreſſu occurrent.

Porrò, quo fructu ſpirituali ea ieiunia tum hoc feſto, tū in alijs Deiparæ peruigilijs ſuſcepta fuerint, quia non datur commodior locus, hic vno & altero exemplo confirmandum.

Secundo tertiove anno poſt bellum Hungaric. anno 1415. cum plerique in eum campum deſcendiſſent, vbi patrata fuit ſtrages, editiſſimumque cadauerum aceruum ſpectarent, emiſſam inter oſſa ſubinde vocem exaudiuere, fauſtiſſima Ieſu Chriſti & Diuæ Mariæ Virginis nomina reſonantem. Admiratio ſimul & pauor hos inceſſit. Quum autem ad verba iſta ſubticuiſſent, eadem paulò poſt quaſi difficulter expreſſa, accepêre. Dum vocis locum inter oſſa diſquirerent, loquax inter cadauera caput inueniunt, quod vbi homines ſibi adeſſe nouit. Quid tam, inquit, ſtupidi hic ſtatis viri? Chriſtianus ego ſum, & magnæ matri Diuæ Mariæ ſemper addictus, *Bonfin. rerū Hūgar. dec. 3.l.3.*

inex-

inexpiatus hic occubui. Magna Maria in cuius tutela vitam egi, me æterni ſupplicij reum eſſe non patitur. Sic me adhuc linguæ compotem ſeruauit, vt delicta fateri poſſim. Proinde ſacerdotem accerſite quæſo. Rogatus ecquid tantum beneficij à Deipara promeruiſſet, reſpondit ſe ſeptena quotannis eius feſta reuerentiſſimè celebraſſe, ac ieiunijs in pane & aqua coluiſſe, ſacris fuiſſe quam ſtudioſiſſimè tunc operatum, eique poſt Deum, vires omnes animi dicaſſe. Itaque confeſſus eſt & repente conticuit, perpetuoque quieuit.

Huic non abſimile quod frater Pater Hyacinthus Choquetius edidit in vita B. Henrici à Caſtris. Aliquando à Deo miſſus hic ad quendã nobilem ægrotum hortatus eſt eum ad confeſſionẽ. At ille, iuuenis, inquit, ſum, nondum moriar. Immo reſpondet B. Henricus, intra triduum morieris. Quid agam, ait nobilis: ego me tradidi dæmoni & eius ſum. Cui B. Henricus, neſcis quia Chriſtus eſt miſericors, & pro te mortuus eſt, nec te vult perdere. Statim ille flens validè, contritus eſt & deuotè confeſſus quod à decennio non fecerat, rogauit etiam Beatum virum vt ei morienti adeſſet. Non inquit Henr. at Dei mater tibi aderit. Quæ etiam cum multis virginibus adfuit, & ille tranſijt ſine purgatorio ob eius validiſſimam contritionem. Ipſe enim in honorem BB. V. M. in pane & aqua ieiunare ſolitus erat.

Cæterum quod ſequitur non parum congruit cum ſupradictis, ideo & maximè quia nuperrimè accidit, hic collocabitur.

Neapo-

Digitized by Google

Neapoli proſtituta mulier ad balnea Anagnienſia ſanitatis causâ tendebat hoc anno 1627. Vbi verò ſaxeam illam cauernam olim à Romanis conſtructam tranſijſſet, adeò morbus cæpit ingraueſcere vt ibi ſit mortua. Inde ad templum illi cauernæ proximum delatum eſt cadauer, quod ſepulturæ ſacrę tradere noluit parochus ea veſpera, dicens eam, cum meretrix eſſet, abſque ſacramentis obijſſe. In templo interim nocte illa depoſita. Sub mediam noctem cæpit confeſſariũ inclamare. Vocatus parochus templũ adit, & viuam reperit. Quæ de mortis ſuæ certitudine eum docet, animamque corpori reſtitutã ad confitendum, ac poſt confeſſionem ſe iterũ aſſerebat breui moriturã. Addebat ſibi id meritis SS. V. M. conceſſum, quã dum viueret ſingulari ſtudio proſecuta erat. Quare & peccata expiauit, & ſacra Euchar. refecta eſt. Quibus peractis, quia ſpectantes nõ credebant denuò ſtatim morituram, ad hoſpitale deduci curarunt, quibus illa obnitens ſe morituram aſſerebat; quod ita euenit, nam vix ad aliquot paſſus delata, animam ſuo Creatori reddidit.

Diua Brigitta refert animam cuiuſdam militis qui vigilijs B. Virginis ieiunabat, & officium eius recitabat, à tribus grauiſſimis pænis, quibus in purgatorio addicta erat, Deiparæ precibus liberatam, Chriſto Domino id matri dante ijs verbis. Benedicta ſis tu mater chariſſima, tibi nihil negari poteſt, fiat voluntas tua, vt petiſti ſic fiat. *L. 6. reuelat.*

5. Natale S. Ignatij Martyris & pontificis. Adhunc beatiſſima Virgo ſcripſiſſe fertur breuiſsimam Epiſtolam qui ad eam ſcripſerat vt

rat vt eam viſere poſſet. Vtramq; hîc ſubijcio ex Sixto Senenſi in 2. lib. ſuæ bibliothecæ, Verbo Maria.

Chriſtiferæ Mariæ ſuus Ignatius.

Me Neophytum, Ioanniſq; tui diſcipulum cõfortare & conſolari debueras. De Ieſu enim tuo percepi innumera dictu, & ſtupefactus ſum ex auditu. A tę autem, quæ ſemper ei fuiſti familiaris & coniuncta & ſecretorum eius conſcia, deſidero animo fieri certior de auditis. Scripſi tibi etiam alias & rogaui. Valeas & Neophyti, qui mecum ſunt, ex te & per te & in te confortentur. Amen.

Cui Epiſtolæ Dei mater hac reſponſione ſatisfecit.

Ignatio dilecto diſcipulo humilis ancilla Chriſti Ieſu.

De Ieſu, quæ à Ioanne audiſti ac didiciſti vera ſunt. Illa credas, illis inhæreas, & Chriſtianitatis votum firmiter teneas, & mores & vitam voto conformes. Veniam autem vnà cum Ioanne, te & qui tecum ſunt videre. Sta, & in fide viriliter age, nec te commoueat perſecutionis auſteritas, ſed valeat & exultet ſpiritus in Deo ſalutari tuo. Amen.

6. Vigilia purificationis B. V. M. cum ieiunio quondam in Hiſpania teſte Bernardino Gomeſio celebrabatur.

l. 1. de vita Iacobi primi Aragon. Regis.

7. Natalis S. Ephrem Diaconi.

Hic celeberrimus extitit laudum B. M. V. præco, cuius ſcripta licet tantùm Diaconi, tantæ erant auctoritatis, vt ea in quibuſdam Eccleſijs publicę

publicè poſt ſacras litteras legerentur. Vixque vllus eſt, qui ita ſe in eius laudes effundit. Eius ſcripta Gerardus Voſsius ſumma cum diligentia conquiſita, & ex præcipuis Italiæ bibliothecis collecta Latinitati donauit.

Februarij 2.

1. FEſtum Purificationis Deiparæ Virginis inſtitutum ab Imperatore Iuſtiniano anno ſalutis 544. occaſione peſtis, quæ plurimos quotidie abſumebat Conſtantinopoli. Nam cum plaga inualeſceret, nec vllum remedium poſſet reperiri, reuelatum eſt cuidam ſancto viro vt 4. nonas Februarij (qui hodiernus dies eſt) Purificatio B. V. M. celebraretur, & ſic lues omnis ceſſaret. Quod & reipſa contigit. *Baronius ad ann. 544. ex Nicephoro & alijs.*

2. Solemne eſt in honorem feſti huius, regibus Catholicis hodie in regio ſacello, de manu ſacros cereos benedicentis (qui plurimum eſt Cardinalis, aut Nuntius Apoſtolicus) genubus flexis coram altari accipere cereum benedictum, idque (humilitatis & reuerentiæ aduerſus Eccleſiaſticos cauſa,) poſt omnes qui in ſacris conſtituti ſunt. Eum cereum defert rex manu propria in ſupplicatione. *Vide vitã Reginæ Hiſpan. Margaretæ c. 25*

3. Hodie apparet Fratri Conrado Deipara geſtans in ſinu Filium Ieſum, tanto circumfuſa lumine vt noctem verteret in diem.

De ea re fuſius Chronicon Fratrum Minorum. *To. 2. l. 6. c. 27.*

Hic Conradus orationis cauſa ſe in ſyluam abdiderat, vbi magno feruore Deiparæ ſupplicabat, vt à filio impetraret eiuſdem gaudij ſenſum

Digitized by Google

ım, quo perfuſus fuerat Simeon dum Ieſum Chriſtum vlnis ſuis complecteretur. Cumq; diu- us in ea oratione perſiſteret, apparuit ei Deipa- a vt modo dictum eſt. Quam vt vidit Conra- us, ad eam acceſsit propius, ab eaque filium in manibus receptum ſumma cũ reuerentia appreſ- ſit pectori atque diuinis eius labijs incredibili ani- mi voluptate oſcula impreſsit.

Ex lib. 4. Inſinuat. diu. pie- tatis c. 9.

4. Viſendam ſe præbet Deipara Diuę Ger- trudi dum in officio matutino caneretur verſus octaui reſponſorij, Ora pro nobis, videtque eam coram filio ſuo genua flectentem, ſeſe- que illi offerentem in mediatricem & aduo- catam monialium, proque ijs ſigillatim pre- ces fundentem. Adhæc filium videt magna cum reuerentia matrem ſuam è terra ſuble- uantem, eamque propè thronum gloriæ ſuæ collocantem cum poteſtate præcipiendi quid- quid vellet. Itaque choro ſpiritum beatorum, quos Poteſtates ſacræ litteræ vocant, mandat vt ilico monaſterium circumdent, quo protega- tur à varijs inſidijs quas ei parabat inimicus humani generis. Quod quidem ab ijs præſti- tum, qui mox ſcuta ſcutis coniungentes vni- uerſum monaſterium cinxerunt. Plura ad idem videre licebit loco citato, ac potiſsimum qui ſint illi qui Angelica cuſtodia protegan- tur.

Ibid. l. 2. c. 7.

5. Eodem die ſed non anno, cum iaceret ægra B. Gertrudis atque triſtis admodum quod ſe ſolitis animi ſolatijs carere videret, appa- ruit ei Sanctiſsima Deipara. Quemadmodum inquit non meminiſti te maiores vnquam in morbo vllo perpeſſam dolores quam ſint præ- ſentes,

Digitized by Google

ſentes, ita tibi perſuadeas velim nullo te vnquam tempore à filio meo tot cumulatam donis, quam te deinceps cumulabit: cum infirmitas iſta animum tuum præpararit atque confirmarit ad dignè ea ſuſcipienda.

6. Moritur ſanctiſsimè Theophilus pænitens, qui quatriduo ante, ſyngrapham qua Chriſto abrenuntiarat Dæmoni à ſe traditam, à Deipara recepit. Moritur autem in templo eiuſdem, vbi tot preces fuderat, in quo etiam, ei purpura induta apparuerat, vide 31. Ianuarij. *Eutych. apud Surium.*

7. Sanctus Iordanus Dominicanus, dum à Patribus matutinæ preces ab iſto Inuitatorio: Ecce venit dominator Dominus &c. inchoarentur, vidit Pariſijs SS. V.M. procedentem cum filiolo ad maiorem aram, ſupra quam paratus thronus erat, in quo reſedit cum filio, in fratres ad aram pro more conuerſos dulciter intuens. Cum vero ad Gloria patri &c. fratres inclinarent ſeſe, ipſa filij dextera apprehenſa, eos cum toto choro ſignabat.

8. Apparet Deipara cuidam Epiſcopo. Res ita ſe habet. *Ex Prato ſpirituali Hiſpanicè l. 4. c. 59.*

Cum quidam Epiſcopus ſub feſtum Purificationis ægrotaret, enixè rogauit Deiparam, cui imprimis erat addictus vt ei ſanitatem impetraret, ad hoc vt tam ſolemni feſto officium celebrare poſſet. Quod frequentius repetijt, at in vanum.

Tandem ſub tempus proceſsionis, choro Antiphonam illius diei canente quæ incipit. Adorna thalamũ tuũ Sion, viſa eſt ab Epiſcopo proceſsio plurimarum Virginum pulcherrimarũ in habitu candido. Inter eas eminebat vna pulchritudine,

quæ

quæ vlnis puellum complectebatur. Et cum perueniſſent omnes ad Epiſcopum, duæ ex illis ad eius caput accedentes, incæperunt Angelicis planè vocibus canere ſupradictam Antiphonam, cũ autem ad verba iſta perueniſſent: ſuſcipe Chriſtum regem, amplectere Mariam cæleſtem portam, ipſa acceſſit ad Epiſcopum & in eius dextero brachio filiolum ſuum regem regum collocat, dum ſiniſtro eiuſdem innititur his vſa verbis: ſuſcipe Chriſtum regem & amplectere Mariam: Quibus dictis præcipit ei vt ſurgat ſanus, officiũq; dici tum ad filij ſui, tum ad ſuam laudẽ expleat. Inſuper vt populo narret quæcumque ſibi acciderunt. Surgit itaque momento ſanus factus, & ſtupentibus vniuerſis officium peragit, & pro concione promulgat viſionem & cætera ex ordine quæ modo narrata ſunt. Et non multo poſt Deiparæ perſtudioſus ad Deum migrauit, in æternum fruiturus caſtis & iucundis Ieſu & Mariæ amplexibus.

9. Anno 1605. cælum petit Ioannes de S. Maria oblatus in ordine Minorum.

Chron. Hic à teneris annis erga Deiparam admodum propenſo fuit animo, eamque frequentius in ea ætate ſolitus erat ſalutare ſalutatione Angelica. Quoties ægrum aliquem viſitabat id erat ei ſolemne, vt ſuper eum orationem Dominicam & Aue Maria pronuntiaret, non ſine frequenti miraculoſa ægrorum curatione. Quidquid à Deo peteret id meritis Deiparæ obtinere nitebatur, eamque adhibebat apud eum mediatricem: coramque eius imagine ea animi teneritudine & affectu orabat, atque puerulus ab vbetibus matris pendens, qui matri adblandiens nihil non

Digitized by Google

hil non ab ea impetrat; quod ſi blanditijs nihil aſſequitur ad lachrimas ſe vertit, & ita voti fit compos. Claruit ſpiritu prophetiæ, in vita & in morte miraculis illuſtris.

10. Anno 1550. ipſo Purificationis die ſolemni, Argentinenſis — clerus in tribus templis Miſſam rurſus celebrat iam pluſquam vinginti annis intermiſſam. *Surius.*

11. Anno 1208. Baptiſmi ſacris vndis tingitur Iacobus primus Aragoniæ Rex, qui in omni vita ſua Deiparæ fuit addictiſſimus. Eum Regina mater dum vtero contineret, tum Chriſto tum Beatiſſimæ Virgini tota mente commendabat. De prodigijs quæ in impoſitione nominis Iacobi euenere. Vide Gomeſium: ex quo *Gomeſius l. 1. vitæ.*

12. Hæc pauca. Dubitāte Regina cuiuſnā ex Apoſtolis illi nomē imponēdū curaret, duodecim candelas cereas ęqualis pōderis & magnitudinis ex voto offerri Apoſtolis curauit, vnicuiq; eorum propriū nomen, cuiuſq; Apoſtoli aſcribēs, vt quibus ſimul ſuccenſis, cādela quæ diutius cęteris luceret, deſignatū huius Apoſtoli nomen puero imponeretur. Vnde cęteris extinctis & conſumptis, prælucente Iacobæa dicta, protinus in templ. remeatū eſt, atq; Iacobi nomē puero tanquā à Deo impoſitum. Vt ſcilicet Hiſpaniar. patroni nomine potiretur puer, qui Hiſpanienſe & Chriſti nomē & imperium tā longè lateque erat propagaturus.

13. Anno 1582. Henricus Rex huius nominis tertius, Aedi Deiparæ Virginis Carnuti auri ſolidi tabulā obtulit, in qua D. Matris imago ex electro cineritio toreutices artis poſita eſt. Inſuper crucem auro lapilliſq; grauem dicauit. Vas ſimul eiuſdē omnino materiæ, in cuius faſtigio admi- *Hiſtor. Carnot.*

Digitized by Google

rādæ artis emicat horologium. Quæ quidem manibus proprijs dona largitus eſt.

11. Anno 1627. pellitur Deiparæ interceſſione impurus dæmon. Res ita ſe habet ex litteris priuatis. Obſeſſa fuit ab immundo ſpiritu Oſtrogij ciuitate Poloniæ quædam perſona hæretica, nobilibus parentibus, ſed hæreticis Caluinianæ ſectæ nata. Iacuit ea apud ſuos in domo hæretica per duas circiter hebdomadas, varia fuit perturbatio inter hæreticos, varia exploratio ab ipſis an verè & non fictè fuerit obſeſſa, ſed ſigna dæmoniacam fuiſſe, ipſis etiam hæreticis palam atteſtantibus & confitentibus vera & indubitata apparuerunt. Nam ipſa alias ſimplex & vix legere ſciens occupata à dæmone linguis varijs loquebatur, & loquentes intelligebat Latinèque ad Latina interrogata & Germanicè ad Germanica, & Rhutenicè ad Rhutenica reſpondebat. Multa occulta ſe inuiſentibus pandebat. Cum autem ſic per aliquot dies à dæmone exagitaretur, fit varia conſultatio inter hæreticos quid ſit faciendum. Poſt multa tandem conſilia & deliberationes, mittunt hæretici ſponte ad Collegij Societatis Ieſu Rectorem, petunt vt noſtri ſuccurrere, & in præſenti afflictione opem ferre vellent. Adijt Collegij Rector domum & parentes hæreticos, quid vellent, quid expoſcerent à noſtris, requirit. Tum vnus illorum acerrimus in hiſce partibus hæreticus, conſanguineus huius poſſeſſæ, qui tam durus & obſtinatus in ſua hæreſi eſt, vt mallet ſe potius in canem vel ſuem, quam in Papiſtam conuerti, diceret. Hic ergo rogauit vt afflictæ vellemus ſuccurrere. Noſtri patres conſolari, & bene eos ſperare de-

poſita

Digitized by Google

poſita incredulitate iubent. Interim quærunt ex hæreticis primo an verè credant, & fateantur eſſe dæmoniacam, verè reſpondent. Secundo inſtant noſtri quomodo vos hæretici imploratis opem noſtram, cum cæremonias Catholicas irrideatis, & exorciſmos nugas aniles & ſuperſtitiones Papiſticas vocetis? reſpondent illi: ſi iſtam infirmam curaueritis, aliam perſuaſionem de veſtra religione & fide habebimus. Subiungunt noſtri, aduocate vos primò miniſtros veſtros, & in virtute Euangelij veſtri & puri verbi Dei, eijcite hunc dæmonem: aduocate (ſi non ſuccedet) & popas ſchiſmaticos, tandem vltimo noſtros Sacerdotes Catholicos. Reſpondent hæretici: miniſtros ſuos modò abeſſe nec habere praxim huius rei. Poſt hæc colloquia, rogant hæretici noſtros vt dæmoniacam in alio hypocauſto iacentem inuiſant, & explorent an ſit verè poſſeſſa. Conſentiunt Patres lubenter, aiuntque ſe velle explorare more Catholicorum per aquam luſtralem, reliquias, imagines ſanctorum. Suaſerunt etiam & hæreticis noſtri vt acciperent ipſi Euangelium vel librum hæreticum, accepturos ſe Catholicum, tum viſuros quem dæmon maiori odio proſequeretur. Intrat ergo Collegij Rector cum alio quodam patre præſentibus hæreticis, cubiculum obſeſſæ. Dæmon ſtatim conſpectum deteſtari & auerſari cœpit, facto ſigno Sanctæ Crucis, lectus obſeſſæ aqua benedicta aſpergitur, admouentur occultè reliquiæ Sancti Ignatij, ſtatim tremere & vlulare dæmon incipit, Os Ignatij calui me premit & torquet, inclamando. Audiunt hoc hæretici monitu noſtrorum; ponunt etiam librum ſuum ſupra pectus obſeſſæ;

tum ſpiritus nequam ridere & amplecti librum hæreticum cœpit. Iterum in eundem librum hæreticum imponitur occultè imago Sãcti Ignatij, porrigitur dæmoniacæ, vlulare ſtatim ac deteſtari incipit. Adiuratus quid times? timeo inquit imaginem S. Ignatij in librum impoſitam: vident hęc omnia & audiunt hæretici, & alij quidẽ ſtupendo ſilebant, alij blaſphemando dicebãt noſtris: habetis vos pactum Papiſtę cũ dæmone. Tũ vnus ex Patribus feruentior ad hanc blaſphemiam zelo correptus, linguã blaſphemam tali dictione cũ vehementia compeſcuit. Quandoquidẽ vos hæc ſigna nõ mouent, benè eſt, ſi noſtra mala eſt fides Catholica, rogabo Deum vt ipſe dęmon ad horam occupet corpus meum: ſin vero veſtra mala, vt ingrediatur idem dæmon veſtra corpora ad horam. Exhorruerunt & conticuerunt ad talem reſolutionem hæretici. Interim tamen dum abire vult Rector Collegij, petunt vt ſi quid poſſit adiuuet dæmoniacam filiam. Pater facit illis ſpem & bono animo eſſe iubet, dummodo per illorum incredulitatem effectus bonus non impediatur. Indicto itaque triduano ieiunio, adhibitiſque ad eam intentionem feruentibus multorum orationibus, mortificationibus, diſciplinis, eleemoſinis, miſſæ ſacrificijs, populo etiã idipſum pro concione feruenter commendatũ, vt perſeuerẽt in oratione, & ieiunio. Interim per hos dies non ceſſabant Catholici inuiſere dæmoniacã. Res mira, quoties noſtros aduenientes videbat ſpiritus nequam, horrebat ac deteſtabatur aſpectum noſtrum. Adiuratus tamen vocibus Patrum noſtrorum ſemper eam liberã relinquebat, quoties vero hæreticos ad ſe aduentare videbat, ridere &

amicos

amicos ſuos venire profitebatur. Multa tunc dæmon & varia & per ſe & adiuratus, audientibus multis dixit. Primo quod Ieſuitas Oſtrogienſes hoſtes ſuos cum odio appellaret, & illis inuidiam apud multos fructū eorū impediendo cōciliaret. Secundo quod voluerit incendere collegium, & iam flammam manſio domeſticæ familiæ conceperat niſi obuiam fuiſſet itum. Tertio quod voluerit eorum cubicula ingredi, ſed prohiberi ſe à Beata Virgine & B. P. Ignatio. Quidam Patri dixit quid & quo ordine res in cubilo ipſius eſſent diſpoſitæ. Cum in templo noſtro tempore ſacri pro infirma, eleuatio peragebatur, dæmon vlulabat, ecce inquit modo eleuatur Altiſſimus. Dies pro exorciſmis deſtinata Purificatio B. Mariæ Virginis. Volebant hæretici vt priuatim in domo hæretica exorciſaretur, ſed Collegij ſuperior nullo modo acquieſcere voluit vt hæ ſacræ ceremoniæ in loco profano expedirētur, ſed vt fierent palam in templo noſtro, in loco ſacro & præſentia diuina, in Eccleſiæ facie & luce omniū. Preterea ad ædificationem totius populi & S. Matris Eccleſiæ Catholicæ inter hæreticos & ſchiſmaticos teſtimonium perhibendum. Adducta ergo dæmoniaca ad templū noſtrum, adfuit ſacro & concioni, adiurata enim erat à ſacerdote vt liberā eā dæmon per id tempus faceret, quando ingreſſa eſt templum, Introitus ad gloria in excellis canebatur, tunc irrugijt malus dæmon, voce terrifica tanquam leo cum terrore vehementi populi. Ad hunc actum maximus concurſus factus eſt, ita vt nec templum, nec oratoria, nec ſacella, multitudinem hominum capere poſſent, finito itaque ſa-

cro, obſeſſa præſentata fuit ante Altare B. Virginis & S. Ignatij. Breuis ſermo adhortatorius à ſuperiore ad populum præmiſſus, accommodatus ad dolorem peccatorum, ad feruentem orationem, & ad actum fidei in hominibus eliciendum; Magnus tunc fletus, & gemitus populi, & lachrymoſæ voces auditæ, ita vt vix alicuius oculi non lachrymis ſuffuſi cernerentur. Inchoantur exorciſmi à quodam Patre, cui id ex obedientia ſuperioris impoſitum erat. Ligatur & tenetur obſeſſa à multis externis & à Sacerdotibus, muta tunc dæmō adiuratus faſſus eſt palam, nomē dæmonis quæritur, diu tergiuerſatur, tandē reſpondet ſe eſſe ſimplicem Ruthenum, dictū Hericho. Cauſa quæſita ingreſſus, fatetur ſe à vetula Ruthenæ fidei per veneficia adſtrictum ad ſerti filum, & per ſertum ex inuidia quorumdam immiſſum. Vrgebatur quis tandem eſſet, quem poſt Deum maximè timeret in Cælo: reſpondet Polonicè Recham, id eſt Beatiſſimam Virginem, ſecundò veſtrum Ignatium, tertiò dixit, illos duos veſtros Franc. Adactus à Sacerdote ne verba mutilaret, correxit & dixit duos veſtros Franciſcos Xauerium & Borgiam. Vltimò quæſitus cuius auxilio ab hoc corpore pellendus eſſet, reſpondit adiuratus contentiſſima voce Mariæ & Ignatij. Fatigatus exorciſta iam per duas fermè horas, tandem conuerſa ad populum oratione edicit, vt ſi quis eſſet de circumſtantibus conſcius peccati mortalis eliceret actum contritionis, & propoſitum confitendi, ne per occulta alicuius peccata egreſſus mali dæmonis impediretur. Hic populus iterum lachrymari, orare & conteri cœpit de peccatis. Tandem dum perſiſterent

ſterent omnes in feruore orationis, & exorciſta conſtanter in ſuis exorciſmis, proiecta dæmoniaca ad terram & ex manibus fortium tenentium erepta, per merita B. Virginis & S. Ignatij liberata eſt, & in terra iacens quaſi ſemimortua relicta, eleuata tandem manibus ſacerdotum, dum populus vehementer ploraret ipſamet ante Sanctiſſimum Sacramentum & imaginem Sanctiſſimæ Virginis & Sancti Patris Ignatij proteſtationem fidei Catholicæ publicam populo audiente fecit, ac tandem in fine, appoſitum illa die canticum Simeonis virginea voce cecinit. Nunc dimittis ſeruam tuam in pace. Mirabilis inde lætitia, acclamatio, ac gratiarum actio mixta lachrymis ſecuta fuit. Audiebantur iteratæ voces: magnus Dominus & laudabilis nimis. Magna mater eius ſanctiſſima Maria, & magnus Sanctus Ignatius. Vera ac vnica fides Catholica. Dum ſic læta admurmuratio populi fieret, facta eſt iterum exhortatio, iterum ad populum verbis ex præſenti feſto depromptis. Suſcepimus Domine miſericordiam tuam in medio templi tui. Succeſſit Cãticum laudis cum Hymno, Te Deum laudamus, & campanarum omnium pulſu: ſecuta eſt multorum ſchiſmaticorum compunctio, & Catholicorum immutatio. Hæc paulo fuſius narrata quia nuperrimè acciderunt, & ijs Catholica fides non parum confirmatur, vt & contraria infirmatur.

12. Anno 1286. Iacobus Siciliæ Rex Panormi ſolemni ceremonia regiũ diadema ſuſcipit. Ea celebritate 400. primarij Siculi militaribus inſignibus decorantur. *Iudiculus reg. Arag.*

13. Romæ celebre eſt templum Sanctæ Mariæ Purificationis in exquilijs vbi monaſterium eſt ſanctimonialium D. Franciſci anno 1600. fundatum. Olim teſte Onuphrio vna erat ex 20. Abbatijs vrbis, & dicebatur Sancta Maria in monaſterio iuxta Sanctum Petrum ad vincula.

14. Alterum eſt templum Romæ quod dicitur Sancta Maria Purificationis nationis Lotharingicæ, in ea ſitum vrbis parte quæ vulgo in Banchi dicitur.

15. Adde Sanctæ Mariæ Montiſſerrati nationis Aragonicæ à celeberrimo illo in Hiſpania in Monteſerrato templo ita dictum. Hoc Romanum templum ab Vrbano 6. Pontifice anno 1381. à fundamentis exſtructum Purificationi Deiparæ eſt dicatum. Quo in templo magno animorum fructu aliquando ſolitus erat Sãctus Ignatius Societatis Ieſu parens concionari teſte Petro Ribadeneyra. L. 2. c. 13.

16. Hoc eodem die anno 1564. in Monteſerrato duo præclara contigere miracula. Prius de infinita vi perſonarum, quæ caſu quorumdam graduum (vnde proſpectus erat in clauſtrum monaſterij per quod tranſibat Rex Philippus 2. occaſione ſupplicationis quæ hodie fit) nihil fuit offenſa. Alterum de equo qui ex muro plus 12. perticos alto in locum inferiorem deſilijt incolumis vna cum equite, qui in tanto diſcrimine ad Deiparæ auxilium petendum animum vertit ac preces. Vide Hiſt. Montiſſerr. miraculo 300. & 301.

Febr.

Digitized by Google

Februarij 3.

1. ANno 1554. publicis conſignata eſt monumentis miraculoſa à Deipara liberatio ab hoſtibus in mari.

Erāt hi Mauri, qui nauim Hiſpanicam aggreſſi Gadim petentem, in Simonem quendam qui ea vehebatur tum ſclopetum, tum maiorem bonbardam diſploſerunt, at ictu irrito, quod ſe tum Deiparæ Montiſſerrati cōmendaret; nam neque glans illi in femur impacta nocuit, neque globus æneî tormenti, qui quidē intra tibias volitans nihil omnino illum læſit. Atq; in miraculi monumentum globum ipſum ad ſanctam ædem quò ſe Deiparæ gratulaturus contulerat, detulit.

2. Græcis feſtum S. Simeonis qui è ſinu Deiparæ, vlnis Chriſtum excepit, vide Lucæ 2.

Februarij 4.

1. ANno Domini 1504. Fœliciſſimè obit B. Ioanna ſanctitate celebris.

Hæc ordinem Annuntiationis Beatæ Virginis ſeu decem beneplacitorum Virginis Mariæ anno 1501. inſtituit. Fuerat hæc illuſtriſſima Heroina, filia Ludouici Galliæ Regis, ſoror Caroli 8. & coniux Ludouici 12. quæ viro ſoluta, caſtè viuens ac diuinis rebus addicta cum ordinem fundauit. Biturigis ſepulta miraculis claret. Vide 25. Martij. *Nicolaus Gazeus.*

2. Anno 1599. vitam exuit Matthias Boſſemius Cancellarius Duacenſis.

Is adeo B.V.M. ſtudio pauperumque iuuandorum *Io. Buzelinus.*

dorum deſiderio tenebatur, vt moriens fortunas omnes in eos tranſcripſerit ea lege vt ſeminarium ijs alendis conderetur, cui nomen Mariano tabulis ſuis induebat.

Februarij 5.

Molanus 1. NAtalis dies Sanctæ Adelheidis quæ præfuit Coloniæ Abbatiæ S. Mariæ de capitulo. Eius monaſterij fundatrix extitit Plectrudis, Pipini Regis coniux, quod & amplis muneribus ita dotauit vt regale capitolium (inquit Caniſius) in ſanctimonialium templum piè conuerſum reliquerit.

L. 3. Marialis c. 29.

2. Anno 1331. vitam claudit Frater Reginaldus Aggellus laicus in familia D. Dominici.

Hic intra diem & noctem vnam, millies in genua procidebat, & orationem Dominicã, addita ſalutatione Angelica proferebat.

3. S. Vincentius agens annum 18. Sancti Dominici inſtitutum complectitur.

De eo vide fusè 5. Apri.

Februarij 6.

Ex litteris Coloniæ. 1. ANno 1606. cæpit hodie magna hominũ frequentia celebrari Beata Virgo Coloniæ in templo Fratrum Carmelitarum huiuſmodi ex cauſa. Cum media huius templi pars in ſeipſam collabeſcens columnas euertiſſet ac contriuiſſet, columna tamen illa cui appenſa erat ſtatua B. V. M. licet cum alijs euerſis eſſet eiuſdem rationis, ac non minus quam cæteræ, ruinæ expoſita, integra nihilominus illæſaque remanſit: videlicet

delicet ab integra atque illibata Virgine (vt piè ab omnibus creditur) ſuſtentata.

2. Naſcitur cælo anno 1317. B. Brinolphus Vaſtonius Epiſcopus Scarens in Suecia.

De eo ad S. Brigittam ad eius ſepulchrum orantem ex quo ſuauiſſimus manabat odor, ita Deipara. Scito, inquit, filia quod hic Epiſcopus dum viueret inſigniter me honorauit & honorē obſequijs firmauit. Cuius vita quam filio meo placuit vel ex hoc odore conijcere licet. Deinde filio ait: Hic ſeruus tuus, ô fili, tibi fuit fidelis, at corpus eius hic ſine honore iacet. Cui Chriſtus promittit olim honorandum & condigno loco collocandum, quod 80. poſt annis contigit. *C.30.l.2. reuelat. & c.108. extra.*

3. Natalis S. Vedaſti Atrebatenſis Epiſcopi. Hic reperta inter euerſæ vrbis rudera & vepres Beatiſſimæ Virginis arâ templum eius honori impenſe lætatus erigit. *Chron. Atrebatē.*

Februarij 7.

1. ANno 1555. Romæ Pontifex creatur Iulius 3. de eius in Deiparam pietate vide 23. Martij.

2. Anno 1626. Vita exceſſit Sereniſſimus Gulielmus Bauariæ Dux. *Chronographicū diei obitus DVX gVLIeLMVs.*

Hic ſui in Deiparam Lauretanā affectus monumenta, Lauretum partim miſit partim attulit dona ſane regia. Inter dona miſſa erant equus generoſiſſimus, laminaque argentea ebeno incluſa, vbi B. Mariæ Ieſum puerum gremio geſtantis, Ioſepho fugæ comite in Ægyptum effigies expreſſa cernitur. Candelabrum item argenteum penſile, non magis pondere quam opere egregiū. *An. 1585*

Pondus

Pondus eſt librarũ 80. Opus autem eiuſmodi vt quatuor & viginti velut rami ex eodem emineãt, trunco ſcitè omnes venuſteque diſpoſiti, adeo vt totidẽ cereos ſatis laxè ſuſtineãt. Ergo id candelabrũ perpetuo in ipſa Virginis cella ante eius effigiẽ pendet, Addito à duce ſtipendio vt quotannis per quadragenos dies feſtos ac ſolemnes, candelis vicenis & quaternis candidis, B. V. luceat. Inde dux ſua munera ſecutus, Lauretum ignotus venit, vbi tanta animi demiſſione ſupplicabat in turba vt vnum de populo crederes repudiato ſcabello ad genua ſubmittẽda. Ita porro aſſiduus erat in ſupplicando, vt in B. V. domo habitare videretur. Nec obſcuriora Laureti reliquit munificẽtiæ ſuæ, quã religionis veſtigia. Præcipuũ eius donũ fuit libellus ex auro ſolido qui trifariã diuiſus, 4. velut paginis gemmata ſigilla egregiaſq; imagines cõtinet. Integumentum ex auro, vnionibus gemmiſq; clariſſimis opere mirabili perfectũ, pendet ex tribus catellis aureis, quas ex aureo fluentes annulo ingens Sapphirus excepit. Fama eſt hoc donum 8. aureorum millibus æſtimatum. Eiuſdẽ donum Chriſtus aureus reſurgens fuit: cuius ſepulchrum adamantibus pyropiſque collucet.

Februarij 8.

1. OPe Deiparæ reſtituitur cuidam lingua & ſermo.

Hiſtor. Montiſſerr.

Cum anno 1562. adoleſcenti cuidã prædones linguã abſcidiſſent ne eos detegeret (ipſum enim pecuniola ſua ſpoliauerãt) ipſe ad B. V. M. Mõtiſſerrati ad implorandã Deiparę opẽ ſe contulit, quã & expertus eſt: Ad eũ enim acceſſit puellus quidã nudus & inſtar niuis candidus, capillatura aurea

aurea & criſpa, qui vnũ è digitulis ſuis in os eius immiſit,cumq; eũ conaretur cõplecti & detinere, vt intelligeret quiſnam eſſet, illico diſparuit, eoq; mométo ſenſit ſibi linguã redditã. Miraculũ hoc in Monteſerrato promulgatũ plurimos exciuit ê vicinis locis ad viſendũ adoleſcenté, cuius & linguã obſeruarũt, multo & candidiorẽ & pulchriorem cæteris oris partibus & palati. In hoc autem differebat à cæteris linguis, quod tota eſſet rotunda, neque deſineret in cuſpidem. Hoc viſo miraculo, ab Abbate loci & monachis præuio feſto, ſonitu campanarum omnium decantatus eſt in choro Hymnus, Te Deum.

Februarij 9.

1. OCtaua Purificationis apud Carmelitas, Cluniacenſes, Ciſtertienſes.

2. Anno 1514. extremum diem claudit Vriel Archiepiſcopus Moguntinus. *Serarius in Moguntia.*

Hic ſanxit vt in choro, B.V.M. ad niues anniuerſaria eſſet memoria.

3. Deiparæ precibus mortuus puer vitæ reſtituitur.

Anno 1597. Michaelis Bac filiolus triennis in puteum altũ decidit, in quo & hæſit ad mediam horã antequam inde educeretur. Eductus autem à parente viſus eſt ei, alijſque mortuus, ſine ſenſu, ſine motu. Inuentus eſt autẽ manibus adhuc cõplecti iconculam B.V.M. Montiſſerrati quam ad collum appenſam, in ipſo caſu manibus prehenderat. Itaq; parentes & qui ijs aderant ad preces verſi Deiparam impensè rogant vt puello iſti vitã reddat. Nec fruſtra miſſę preces, nam poſt tres horas & vitæ & incolumitati integrè reſtituitur.

Febr.

Digitized by Google

Februarij 10.

1. NAtalis S. Suræ ſeu Soteris virginis & martyris Dordraci in Hollandia.

Molanus Hæc maiorem Eccleſiam ſub nuncupatione B.V.M. erexit. De ea fertur, ſingulariter coluiſſe imaginem eius ad arborem ſuper riuum Dordrecht pendentem. Cum autem cuperet Eccleſiam iſtam ædificare, ab Angelo eius didicit magnitudinem, & tribus operarijs, totidem denarijs dictis Kopkeus prauæ quantitatis ſed magni valoris ſatisfecit. Vnde factum vt quia pecunioſa putabatur, à latronibus ſit occiſa, eo in loco vbi hodie amæniſſimus fons febricitantibus medicina emanat.

2. Natale S. Gulielmi ex Duce Aquitaniæ Eremitæ.

Surius. Hic cum Ieroſolymis in horrida ſpelunca pernoctaret, dæmones poſt varias tentationes ei illatas extra cellulæ ianuam ipſum trahentes verberibus grauiter cæſum, confractis membris vniuerſis, ſemiuiuum relinquunt, ſed adfuit ei Beatiſſima Deipara duabus comitata virginibus, quę Chriſti militem ſermone blandiſſimo ſolata eſt. Virgines vero illæ igne accenſo, corpus eius modicè calefactum, pretioſo quod ſecum attulerant vnguento, vnxerunt ac priſtinæ incolumitati repentè reddiderunt.

Meyerus *Buzelin.* 3. Anno 1279. vita exit Margareta Flandriæ comes.

Hæc in Deiparæ honorem plurima fundauit monaſteria in quibus Flinenſe reponitur propè Duacum, in quo & ſepulta eſt 16. die menſis huius. In-

ius. Inſulæ virginum ſub regula S. Dominici Deo ac BB. Virgini ſeruientium parthenonem, cui datum abbatiolæ cognomen eſt, condidit. Amburbalis pompam ſupplicationis ad D. Virginis honorem ibidem per ſenatum inſtitui iuſſit quotannis Dominica infra octauam corporis Chriſti, & quò vis ingens mortalium è vicinis vrbibus pagiſque confluentium eam celebraret, ab ſummo Pontifice peccatorum indulgentias impetrauit, fidemque ſecuritatis publicam omnibus intra nouem dies quibus hic ſupplicatur, oppidum ſubeuntibus, tabulis impertijt.

Eadem anno 1251. montibus Hannoniæ (erat enim etiam huius prouinciæ Comitiſſa) fundauit monaſterium ordinis Vallis-ſcholariũ qui ſub regula D. Auguſtini totum ſe Deiparæ obſequio nuncupauit. Quod quidem ex hiſce nomenclaturis patet, nam eius cœnobia ab eadẽ denominantur. Vt in Diœceſi Namurcenſi, noſtra Domina de Gerundiſacto. In Mechlinienſi N. D. de Banſuuicca &c. Quod & Montenſi cœnobio commune eſt, cuius fundus in quo erectum eſt olim, vocabatur pratum B. V. M. eratq; extra mœnia Montenſis ciuitatis.

Porro in eius cœnobij templo viſuntur Altaria quinque eidem Deiparæ ſub varijs eius titulis dicata. Viſitur item & magno populi affluxu colitur miraculoſa Deiparæ imago, quæ ab argenteis pedibus nomen ſortita eſt, quos ei curarunt certi nautæ, ab ea ad id beneficijs haud vulgaribus prouocati. Quæ etiamnum hodie miraculis claret.

Noſtre Dame aux pieds d'argent.

In eodem templo auctoritate Pauli 5. inſtituta eſt anno 1612. ſodalitas quæ nomen ſortita

eſt

eſt à Virgine Lauretana. Eam ſocietatem varijs ornauit idem Pontifex indulgentijs. Eadem Margareta Virginibus Ciſtercienſibus Athi (quod eſt Hannoniæ oppidum) cœnobium erexit, dotauitque, quod proprio nomine Refugium noſtræ Dominæ vocatur. De eo extat diploma ann. 1254. Ante, Virgines illæ Aldenardæ in Flandria cœnobium ædificare cæperant, at quia loco incommodo, ideo eas pijſſima Margareta Athum tranſtulit.

Iacob. Guiſius. M.S.

Anno 1566. Simonem Angelum cum ſeptẽ ſuis domeſticis tuetur inuocata Deipara, ne ijs domus ruina quæ noctu repentè concidit, quicquam eis noceret. Nempe ſinguli in eo periculo eius opem implorarant.

Ex Hiſtoria Montiſſerr.

Februarij 11.

1. ANno 1604. fide publica conſtitit Deiparæ interuentu curatam Herniam. Ea laborauerat annum vnum Ioannes Hagels faber lignarius in territorio Tiletano in Brabantia, 64. annos natus. Qui varijs fruſtra tentatis remedijs tandem ad Deiparæ auxilium confugit, eiuſque ſacello ãdito in colle acuto, fuſiſque precibus, melius habere cæpit, non tamen omnino abſceſſit morbus. Itaque poſtquam ſecundò ac tertiò ad eandem matrem miſericordiæ ſupplex adijſſet, perfectam ſanitatem conſecutus eſt. Quod vt omnibus conſtaret, faſciam qua Herniam ſtringere ſolitus erat, in ſacello teſtem miraculi reliquit.

Hiſt. Sichim.

Digitized by Google

February 12.

1. ANno 1344. Piè in Domino obit Dominus Vlpho Maritus S. Brigittæ.

Hic vxoris æmulatione Deiparę erat perſtudioſus, ac poſt mortem vxori apparuit, ab eaque certas preces, aliaque nonnulla petijt. Inter cætera vt anno integro curaret pro eius anima continenter celebrari Miſſas de SS. Maria. *Ex reuelationibus eius.*

2. Vitâ exit Andronicus ſenior: cum ſe moriturum ex eo morbo, quo Deiparæ ope modò dicemus conualuiſſe, exiſtimaret, multis precibus Annam Imperatricem magno domeſtico commendauit, comprehenſamque eius dexterã dexteræ Imperatricis implicuit, & ante iconem Deiparentis hæc dixit. Tibi hanc & Romanos omnes trado atque cõmendo, tibi ex hoc curę erunt. Idem à medicis planè deſperatus, ita vt cum nocte eum viuere deſiturum pronuntiaſſent, petijt aquam de fonte Diuæ Virginis extra portam Conſtantinopolitanam, quam cùm potaſſet & ea corpus eius perlitum fuiſſet, miraculosè conualuit. Cum eius nepos Andronicus iunior (de quo 15. Iunij) nocte per inſidias Conſtantinopolim occupaſſet, in magnos angores eum conijcit, hac regni affectatione & inſperata vrbis occupatione. Itaque cum noctu hoſtium aduentantium tumultum ſenſiſſet, ac ſe omni humano deſtitutum auxilio, de lecto proſilijt, & corã imagine Deiparæ (à Luca vt ferebatur depictæ) humi proſtratus eam cum lacrymis obteſtatur, ne ſe ſicariorum enſibus obijciat. Nec fruſtra; nam ingredientem nepotem expertus eſt valde *Cãtaruzen. Gregoras*

humanum. Nam licet recenti victoria elatus, tamẽ cum primum in palatium ingreſſus eſt, religione commotus, primum Dei genitricem ſalutauit in eius imagine quæ tunc in palatio erat, vt modo dictum. Eadem religione ductus Conſtantinus Deſpota Cæſar in gratiã recipere noluit Sirgiannem, niſi coram hac ipſa imagine iuſiurandum præſtaret ſe nihil aduerſus Imperatorem, eiuſq; mandata moliturum. Sed vt ad ſeniorem Andronicum redeamus, cum ei nuntiatum eſſet pincernam quendam, quem in Turcam ſe in Aſiã infundentem cum multo milite miſiſſet, rebellare & prope eſſe vt à militibus Imperator acclamaretur, vehementiſſimè conſternatus eſt, & ad numina conuerſus omnẽ ſpem in SS. Dei genitrice & ſeruatore Chriſto collocauit. Itaque è legionibus Imperatoris victus eſt pincerna, quarum prefectus tertia poſt captiuitatem die, viſum ei ademit. Denique idem Andronicus nocte intempeſta ſubito oppreſſus morbo, cum neminem haberet qui ei diuina myſteria impertiretur, omnibus circa palatium portis clauſis, ſurrexit & Deiparæ imaginem quam in ſinu geſtabat loco SS. Euchariſtiæ in os inſeruit & ita vita functus eſt.

Februarij 13.

Leander Albertus in vita.

1. NAtalis dies S. Iordanis Generalis ordinis S. Dominici.

Hic in itineribus præter cætera pietatis exercitia, Hymnos reginæ cæli concinebat tanto cum feruore ac deuotione vt à lachrymis ſe non contineret. Miro affectu Deiparam ſui ordinis patronam

tronam colebat, quam & expertus erat ſui curam ſuſcepiſſe. Ante eius aram frequenter ſic orabat. Quia in nomine Mariæ quinque continentur elementa, pro primo quod eſt M, recitabat (præmiſſo ante Aue maris ſtella) canticum Magnificat, pro ſecundo quod eſt A, Ad te leuaui oculos meos &c. Pro R, Retribue ſeruo tuo &c. Pro I, In conuertendo. Pro A. Ad te leuaui animam meam. Singulis autem ſubijciebat ſalutationem Angelicam. Cum puella quædam grauiſſimis ſe obſtrinxiſſet criminibus, atq; ad Deiparam veniæ cauſa confugeret, illa ei apparens iuſſit vt ſe totam Iordanis conſilijs committeret, quod & fecit Ciſtertienſem ordinem ingreſſa. Idem accidit alteri quæ ſcortationum ſuarum multitudine deterrita, araneam vt ſe interimeret deglutierat. Quæ tandem ſeſe in vitæ diſcrimine conſtitutam videns, ad matrem miſericordiæ cōfugit. Illa eam ad Iordan. breui adfuturū amandat, iubet vt apud eum peccata deponat, paret illa & ſanitati redditur.

Februarij 14.

1. ANno 1605. in publica refertur monumenta ſubita curatio doloris inſoliti.

Hoc dolore tenebatur Dominus Richardus van Graſen ſcabinus Lierenſis in Brabantia, eratque ſub mammilla ſiniſtra tam vehemens vt cum noctu eo correptus eſſet, negaret ſe manè futurum ſuperſtitem ſi is duraret. Interim occurrit cuidam ex domeſticis Deipara, cuius Sichimenſis imago erat in ea ciuitate, quam vt adire poſſit æger, enixè Deo ſupplicat vt tantum ſibi

 largia-

largiatur virium. Qua ſupplicatione peracta, experitur dolorem minui, ſeſeque ſatis validum vt laborem itineris ſuſtinere queat. Itaque poſtquã manè eò ſe contuliſſet, Deiparæque opem implorasſet, dolor omnis abſceſſit, ac circa meridiem eiuſdem diei, perfectę ſanitati redditus eſt.

Metaphraſtes. 2. Natale S. Auxentij Abbatis in Bithinia. Hunc Marcianus Imperator (audiens ſynodum Chalcedonenſem contra Eutichetem Deiparæ hoſtem acerrimũ, impeti calumnijs pſeudomonachorũ Eutichianorũ) gratia miraculorum inſignẽ, omnibuſq; fama cognitũ ex ſolitudine aduocauit, vt ſignis ac prodigijs corã populo, eũ adſtipulari faceret decretis Concilij, quod quidem optimè ei ſucceſſit.

Februarij 15.

1. ANno 1595. Romæ diem clauſit extremum Ioannes Leonardus Geruſius.

Spinelli. Hic templum S. Mariæ à charitate ad campum Martium cum adiunctâ domo, piorũ eleemoſynis exſtruxit. In qua ex qualibet natione cõquiſitos pueros errãtes & pauperes ſub B. Virginis patrocinio educauit, & iam adultos alicui opificio addiſcendo addixit. Eius imago Romæ ann. 1600. excuſa eſt, addito pulcherrimo in eius laudem elogio, quo ferè iam dicta continentur.

2. Anno 1554. publicis commendatur tabulis miraculoſa cuiuſdam à pluribus vulneribus curatio ope Deiparæ obtenta.

Hoc beneficio affectus eſt Dominus Antonius Piſanus Hiſpanus Valentinus. Cui iter facienti Caſtellam verſus (quæ ei eſt natale ſolum

ſolum) ſeptem ei obuiam facti ſunt hoſtes ſui. Quos à longe proſpiciens certus ſe eorum manus euadere non poſſe, ſeſe dat in genua. Deiparam obteſtans ne ſe nullis operatum ſacris neque peccatis expiatum mori ſineret, vix preces finierat cum ter interiorem ſibi audire vocem viſus eſt, quæ ſecurum illum redderet, occaſione iſta non moriturum: propiores autem facti hoſtes ſui, varijs eum vulneribus per ſummam crudelitatem ſauciant, quæ ſingula longum foret recenſere. In cæteris, quidam de ijs illi gladio caput in duas partes findit, alius, ictu gladij punctim impacto, ei ventrem aperuit, ita vt exta egrederentur; ſumma, à plãta pedis vſque ad verticem capitis nihil erat cernere niſi vulnera quæ plus centum numerabantur. Nihilominus ita cõfectus doloribus & pęnè exanimis ob multũ ſanguinem profuſum, nunquam intermiſit Deiparam inuocare, quæ procul dubio ei vitam miraculoſè conſeruabat. Dum ita iaceret proſtratus, ecce tibi ad eum ventitare equitem à quo perhumaniter ſalutatur, equo candido vectum, albaque ſtola veſtitum, qui ægrum in equum ſuũ imponit atque ad proximum oppidum deducit in ædes cuiuſdam conſanguinei ipſius ægri, qui conſanguineo illo ſuo ad ſe vocato mandat vt nobili illi æquiti nihil deeſſe patiatur, prolixeque eum habeat. Sed conquiſitus ille ſumma cum diligentia & domi & foris, etiam extra ciuitatem, nuſquam fuit inuentus. Quare omnium iudicio id habitum eſt pro miraculo. Iam verò vocati chirurgi, qui tot plagis conſideratis, ac pleriſque omnibus lethalibus, pronuntiarunt actum eſſe de ægri ſalute, ac

ſi ei mederi tentarent, eum inter manus ſuas expiraturum, quare æger ad mortem vocato parocho ſe comparat. Qui quibuſdam viduis honoratis ei pro cuſtodia datis eas rogat vt ægro noctu adſint, ſeſeque vocent vbi maius vitæ periculum imminere viderint. Quod dum faciunt, æger valde queritur de dolore ob vulnus brachij, cuius oſſa penè contrita erãt ictu gladij. Nec incaſſum miſſæ quærimoniæ, nam ſub mediam noctem viſa vigilibus grauis matrona ad eum venire, quæ apprehenſo brachio illud pretioſo vnxit vnguento, quod idem cæteris ab ea præſtitum vulneribus: cuius vnguenti tanta fuit efficacitas vt eadem hora tam integrè conualuerit vt nullum ei neque vulnerum neque morbi veſtigium reliquum fuerit.

Februarij 16.

Hiſt. Dominæ Foijenſis Grauelinghæ in Flãdria.

I. ANno 1623. iureiurando conſtitit quendam Deiparę precibus à præſentiſſimo vitæ diſcrimine liberatum.

Hic poſt violentum trium hebdomadarum morbum & tridui delirium à medicis depoſitus erat. Poſtquam autem cæpit rationis compos eſſe, vicini deprędicarunt ei Deiparæ beneficia quibus clientulos ſuos Grauelinghæ afficiebat, hortatique ſunt vt ad eam voueret peregrinationem & munera. Annuit æger non voce (qua vti nequibat) at ſigno. Vix votum conceperat, cum illico melius habet, nullius alterius ope aduocata quam Dei genitricis. Quæ non tantum ei valetudinem reſtituit, at toto inſequente triduo ei in clariſſimo lumine ad quatuor horas illuxit, miris inſuper

inſuper eum ſolatijs cæleſtibus recreans. Exacto triduo priſtinam expertus incolumitatem voto ſe liberauit.

2. Anno 1279. Flinis in monaſterio Virginum ordinis Ciſtercienſis à ſe fundato ſepulturæ mandatur Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa. Quid hæc obſequij præſtitit Deiparæ, Vide 10. huius.

Februarij 17.

1. ANno 1130. Creatur Pontifex Innocentius 2.

Hic cum eſſet Piſis ordinem canonicorum regularium S. Auguſtini in antiquiſſima Canonica Sanctæ Mariæ de Rheno prope Bononiam reformauit atque firmauit. Ex hoc Sanctæ Mariæ monaſterio Pontifices ſummi quatuor prodierũt Honorius 2. Innocentius 2. de quo agimus, Lucius 2. & Innocentius 3. Cardinales Archiepiſcopi, Epiſcopi quamplurimi. *Signi… l. 1. de ſtatu C… nonico…*

Idem Innocentius 2. monaſteriũ Vndenſtorfenſe in Bauaria ordinis D. Auguſtini canonicorum in honorem B. M. V. ædificatum, confirmauit, cuius etiam bulla extat. Idem ædem ſacrã & domicilium à Leopoldo Auſtriæ Marchione prope Viennam ædificatum in honorem Deiparæ, quod ſecularibus clericis 1. largo cenſu dotatum aſſignarat, permiſit vt ab ijs incurioſius rem ſuam agentibus, in regulares D. Auguſtini canonicos transferretur. Et vt id ratum perpetuo foret idem Pontifex diplomate ſanxit.

Februarij 18.

Hiſt. Sichim. 1. ANno 1604. publicum conficitur inſtrumentum de quodam claudo ope Deiparæ curato.

Fuit hic Henricus Capenberch Ciſmoſanus, qui iam totis octo annis gradiendi facultate (niſi fulcris nixus idque ægrè) caruerat, qui fama commotus frequentiſsimorum miraculorum montis Acuti, & ipſe quoquo modo poteſt eo ſe confert plenus bona ſpe, ac poſtquam preces ad Deiparam fudiſſet ipſo Viſitationis eius feſto, planè ſenſit ſe ſolito melius habere. Quare inde digreſſus vt in patriam rediret, tranſijt per Aquiſgranum, ibique de nouo ſalutata Virgine, in ſummo eius templo (vbi & varijs coruſcat miraculis) ita ab ea confirmatus eſt vt alterum ibi fulcrum reliquerit. Et cum altero quod adhuc ei ſupererat & quo carere non poterat, iterum confert ſe ad montem acutum, vt vbi initium fecerat Deipara curationis, eam ibidem fælici exitu concluderet. Poſtquam igitur preces ad eam fudiſſet, inuentus eſt perfectè ſanus, neque fulcro egere, quod & in teſtimonium miraculi in eius ſacello appendit.

2. Anno 1455. vitæ finem facit Frater Ioannes Freſolanus Dominicanus. Hic inter primos ſui ſęculi pictores habitus, pro more habebat vt nunquam crucifixi aut Deiparæ imaginem pingeret, quin in genua proſtratus Deum precaretur vt penicillum ſuum regeret, quo opus ſuum ad maiorem eius eſſet gloriam. Quod idem

in

Digitized by Google

ı cæteris propè omnibus picturis obſeruabat. Qua oratione id à Deo impetrauit vt omnes eius icturæ, ſenſum quendam pietatis ingeneraent in animis intuentium. Inter cæteras eius)eiparæ icones eminet vna quæ eius Annuntiaonis myſterium repreſentat, quam cum vidit uonaretta, ſuæ ætatis princeps pictor, aſſeruit us authori in ea pingenda oſtenſam faciem Di: Virginis, in eo ſplendore quo nunc radiat in ꞔlo. Tanta erat illius diuini vultus pulchrido.

3. Anno 1546. miſerè vita exit Martinus ıtherus. *Surius.*

Hic Dei genitricem mentitur puellam fuiſabiectam, inopem, vilem, nullius pretij t æſtimationis, quę in ſumma vilitate vixe& bonorum omnium egeſtate. Sed videat m id dici poſsit de illa quæ in ſuo ſtemma14. Reges, atque Duces & heroas Iſraëlis ıga ſerie computabat. Quę cum tribu Leui ı ſacerdotali (præter tribum Iuda) aliquid ım habebat affinitatis, atque ex hiſce noſsimis tribubus prognata erat. Iuſuper Beatã ginem Mariam omni merito ſpoliat, nihil: præclari eius virginitati concedit, quam t matrimonio parem. Ipſam Eua infælicioı facit. Ejus fidem tanquam dubiam caıniatur, peregrinationes quæ ad eius imaes & memoriam fiunt damnabat, negaque eam plus poſſe precibus ſuis quàm ımlibet vicinam ſuam. Aliaque vomit igna relatu quibus Deiparæ decus obſcu: conatur, & quibus infælicissimum morgenus ſibi accerſiuit. Nam cum pridie *Caniſius.*

poſt

poſt multam compotationem ſeſe lætus ſopori dediſſet ſequenti die repertus eſt mortuus in lecto. Cadauer autem eius tam tetrum efflabat odorem, vt licet aura eſſet perfrigida & loculo plumbeo incluſum, nemo apud illud poſſet conſiſtere.

Februarij 19.

Hiſtor. Montiſſ. 1. ANno 1598. à præſentiſſimo mortis periculo liberat quendam Deipara Virgo. Cum hic in edito & abrupto monte ligna ſcinderet, greſſu fallente, in ſubiectam vallem per rupes & ſaxa decidit. Idque ſine noxa. Scilicet in ipſo caſu Deiparæ opem implorauit, quæ eum miraculosè ab omni malo eripuit, naturaliter enim fieri non poterat vt per loca tam confragoſa, & abruptas rupes decidens, non aliqua ſui corporis parte vulneraretur ac contereretur.

2. Anno 1468. mortalitatem exuit Eliſabetha Piciuarda ordinis ſeruorum Beatæ Virginis Mariæ Mantuæ.

Chron. ordinis. Hæc Deiparæ ita addicta erat vt nihil ab ea non impetrarit. Tam in oratione extitit ei familiaris vt ſæpe ſæpius cum illa audita ſit miſcere ſermones. Mantuani omnes qui calamitate aliqua premebantur ad eam velut ad Aſylum confugiebant, ac Dei matris referendariam vocabant, quod ei petenti nihil negaret. Sub mortem Ieſu & Mariæ conſpectu recreata eſt.

Februarij 20.

1. ANno 1431. vita fungitur Martinus 5. Pontifex.

Hic

Hic varias ædem Deiparæ Lauretanam viſitantibus Indulgentias impertijt, ſolemnes item Recineti nundinas ad laudem & gloriam Lauretanæ Virginis inſtituit, ratus fore vt ob locorũ propinquitatem Recinetenſis emporij celebritas celebritatem augeret Lauretanę domus.

Idem Mediolani cathedralem Eccleſiam quæ eleganti forma, admirabili arte, immenſa magnitudine excellit, cum è Conſtantienſi Concilio rediret, Deiparæ conſecrauit.

Idem anno 1420. quo tempore Florentiæ hęſit, frequenter viſitauit iconem SS. Deiparæ Annuntiatæ in templo Seruitarum nobiliſſimo, miraculis florentiſſimam. Cum autem eam imaginem ſuis ornamentis argenteiſque votis exutã, ob extremam fratrum inopiam conſpexiſſet, ſericis aulæis auro intextis, & ſacra ſupellectile, tãto pontifice digna exornauit. Deinde frequenter ad eius altare ſacra fecit. In cuius rei memoriam, vnum illud altare cum nonnullas ob cauſas Florentiæ aliquando ſacris poſtea interdixiſſet, reſeruauit, ad quod tunc omnes Florentini tanquã ad vnicum animæ ſolatium recurrerent. Ibidem antequam Romam concederet, baſilicam S. Mariæ nouam metropolitanam à ſe effectam, nec nõ templum S. Mariæ nouelle conſecrauit. *Archangelus Gianus in Annalibus Seruitarum.* *Platina. Ciaconius*

2. Anno 1595. è viuis abijt ſereniſſimus Archidux Erneſtus Belgij moderator.

Hic antequam Vienna diſcederet in Belgium ad eius regimen ſuſcipiendum nomine Philippi Regis ſecundi, contulit ſe ad Beatam Virginem Cellenſem multis, inclitam miraculis, vt ei profectionem ſuam commendaret. Ibi poſt exomologeſim ſacramque menſam, coram Sacerdote, Societatis

cietatis IESV qui ei erat à confeſſionibus,ſanctè ſpopondit ſe in omni vita ſua fore humilem clientulum D. Virginis, neque vnquam omiſſurum quotidianam roſarij ad id teſtandum recitationem.

Vide noſtram Bellipotentem Virginem parte 2.cap. 11.

In vita eius. 3. Natale S. Eleutherij Tornacēſis Epiſcopi. Hic quinquennio ante mortem Concilium habuit Tornaci contra Acephalos hæreticos Deiparæ hoſtes, vnam tantum in Chriſti perſona naturam prædicantes. Hi porrò Concilium Chalcedonenſe improbabant, quod quomodo eius honoris titulos & matris Dei compellationem tueatur contra deliramenta Eutychetis vide 26. Iunij.

Idem eos quoad licuit ciuitate eiecit, A quibus in egreſſu templi B.V.M. grauiſſimè remunerationis loco in capite vulneratus eſt.

4. Anno 1611. vitâ exit P. Ioannes à Campis Societatis Ieſu.

Hic in omni vita addictiſſimus fuit Deiparæ Mariæ, cuius roſarium aſſiduè manibus terebat. Quolibet ſabbato ſolitus erat ſeſe ad nouitios(habitauit enim diu cum tironibus) conferre, eiſque hiſtoriam aliquam de eadem narrare.

Sub mortem dixit cuidam patri: ô! ſi noſſes mi pater quantum in morte afferat animo ſolatium Deiparam ſingulari ſtudio coluiſſe.

Februarij 21.

1. ANno 1573. creditur Deiparam aut per ſe aut aliam detuliſſe linteum funebre

nebre ad ſepeliendum Patrem Martinum Gutierez Societatis IESV, atque eum proprijs manibus ſepelijſſe. De eo fuſius vita P. Baltazaris Aluarez. Cap. 27.

In itinere Romano per Galliã captus fuit hic ſanctus Pater ab hæreticis, atque in cuſtodiam traditus, vbi poſtquam multa pro Chriſti nomine perpeſſus eſſet, obijt in Domino ſpecie quadam martirij quod ardenter expetere ſolitus erat. Cum autem deeſſent ſocijs eius neceſſaria ad ſepulturam, octo circiter horis ab eius tranſitu comparuit honeſta mulier Gallico habitu, quæ ſine obſtaculo tranſierat per medios milites hæreticos, petijtque à ſocio eius P. Suarez, num ibi non iaceret corpus alicuius exanime & num linteis funebribus eſſet inuolutum, quæ dum ait, exponit candidum linteamen quod ſub axilla geſtabat, illoque ſacrum corpus inuoluit, eique benedictionem ſuam impertitur. Socius Patris poſt ei actas gratias, pecuniam ei offert, quam recuſat, neque enim, inquit, ipſa ideò huc veni. Ab omnibus autem creditum eſt ſacram iſtam libitinam fuiſſe B. V. M. à qua reuelatione didicerat S. Pater paulò ante, ſe intra octiduum moriturum. Singulari affectu eam ſemper coluerat, à qua & inſignibus affectus erat beneficijs, & plurimis reuelationibus illuſtratus.

Inter cæteras grauiſsimi authores referunt viliſſe illum aliquando Deiparam ſub veſte ſua in magnam latitudinem expanſa Societatem Ieſu uniuerſam continentem, eamq; materno complectem affectu. Vide Platum de bono ſtatus religioſi, & P. Ludo. de Ponte in vita P. Baltazaris.

2. Anno

Loerius. 2. Anno 1513. vitâ exuitur Iulius 2. Pontifex.

Hic lampadem argenteam Virgini Hallenſi obtulit. Vide 26. Nouembr.

Februarij 22.

Supplemēt. Surij. 1. NAtalis dies B. Petri Damiani, Deiparæ ſtudioſiſsimi.

Hic Gregorio 7. Pontifice hortante per totam Italiam reſtituit preces horarias B.V.M. iuſsitq; Pontifex eas ab omnibus, qui ſacris eſſent initiati, piè & ſanctè quotidie recitandas.

Damianus l. 2. Epiſt. 14. Epiſtol. Ad ann. 1139. Multa item piè iuxta ac doctè de eius laudibus ſcripſit. Id etiam non omittendum quod de eo & ex eo Baronius agens de monaſterio Gamugenſi, cuius monachi cum Deiparæ officium recitandi conſuetudinem intermiſiſſent, tot calamitatibus & deprędationibus affligi cœperunt, vt coacti ſint autore P. Damiano ſolitum officiū reſumere, vno omnes animo polliciti ſe nunquā illud deinceps neglecturos. Nec multò poſt ope virginis liberati ſunt.

Huic frater erat laicus nomine Marinus qui ſe ſemel nudum, & collo corrigia qua cingebatur innexa, coram altari Deiparæ, eidem ſe velut mancipium tradidit, mox ſe quaſi ſeruum malū, fecit ſe coram eadem Domina verberibus affici, orans vt ſe in mancipium perpetuum acciperet, certamque pecuniam in altaris crepidine poſuit, promittens ſe ſingulis annis certum ei tributum in teſtimonium mancipatus oblaturum. Porro morituro apparuit Angelis ſtipata B. V. M. quæ illi

illi ſerenitatem vultus ſui oſtendit, ac benedictionem impertijt.

2. Anno 1198. Coronatur Romæ Pontifex Innocentius 3. De eo vide 16. Iunij.

3. Anno 1297. Cortonæ in Etruria cælum petijt B. Margareta cognomine pœnitens, ex 3. ordine S. Franciſci. Bronius t. 13.

Hæc aliquando petierat à Domino vt Deiparæ dolorum dum cruci aſtaret, fieret particeps. Auditæ ſunt eius preces; nam in templ. Minor. veniens Dei admonitu, ad horam 3. adeo ex myſterior. paſsionis conſideratione corde afflicta eſt, vt pene mortua putaretur, multis ad eam ſuſtentandam accurrentibus. Vbi vero hora 9. aduenit, qua Chriſtus caput inclinans, ſpiritum emiſit, & ipſa inclinato capite abſque motu & ſenſu vſque ad veſperarum horam remanſit. Huic aliàs ante crucifixi imaginem feruentius oranti, locutus eſt crucifixus. Quid vis inquiens, miſera, cui reſpondit, nihil præter te Domine, varijs etiam claruit miraculis.

Februarij 23.

1. VIta fungitur Eugenius 4. anno 1447. Hic congregationem canonicorum regularium ortam apud cœnobium S. Mariæ de Frigionaria in Diæceſi Lucenſi anno 1401. authoritate Apoſtolica approbauit. Vide etiam 5. Martij.

2. Anno 1601. Clemens 8. Agnetem Polinam beatarum in album refert de ea vide 20. Aprilis.

3. Anno 1011. diem claudit extremum Willi-

Willigiſus 17. Archiepiſcopus Moguntinus, primus electoratus dignitate donatus.

Hic Eccleſiæ S. Mariæ quæ Moguntiæ ad gradus dicitur à Moguntinis conſulibus & ciuibus ædificatæ valuas duas æreas quæ ad forum ducunt, dedit.

Februarij 24.

1. DIui Dioniſij templum in Gallia in oppido eiuſdẽ nominis ſacrat Chriſtus, Deipara cooperante, comitantibus SS. Petro, Paulo, Dioniſio, tota denique curia cæleſti. Vide Benedictinum martyrologium hoc die, & Dioniſiaca monumenta apud Arnold. Wyon l. 3. ligni vitæ. Vide etiam infra 27. Martij, & ſupra 29. Ianuarij.

2. Hieroſolymis prima inuentiô capitis S. Ioann. Baptiſtæ.

De eo vide 24. Iunij.

2. Anno 1379. vita fungitur Carolus 4. Imperator.

Cocleus. Hic inter alia quæ ſuis Boëmis veræ pietatis exempla reliquit, non pauca collegia canicorum & monaſteria fundauit Pragæ. Imô etiam extra Boëmiam in Italia in honorem SS. Virginis collegiatam Eccleſiam erexit, magnificèque dotauit, quam ſua etiam ætate in villa Terentij, Parmenſis agri extitiſſe ſcripſit Æneas Siluius. *L. de Boemor. origine.*

3. Anno 1563. vita fungitur Franciſcus Dux Guiſius.

Nauarr. in Miſcella, de roſario. Hic licet laicus, coniugatus & miles ſtrenuus, cum ciuitatem Mediomatr. cum à potentiſſimo exercitu obſeſſam ab hinc circiter 33. annos defende-

ıderet, quolibet die ſub auroram de ſtrato ſur-
ns tanta conſtantia ac fiducia in Deiparam re-
ıbat roſarium ſeu tertiam eius partem, vt ob
llum ſtrepitum aut tumultum bellicum, nec ob
ım rerum gerendarum curam, ab eo finiendo
ıſteret, quod à quodam noſtro Hiſpano eius
ɔtiuo fide digno accepimus.

4. Anno 1579. piè obit Ioannes Ximenius
cietatis IESV coadiutor.
Refert author vitæ P. Baltazaris quemadmo-
hic cum quodam die Deiparam coram eius
ne precaretur vt ſe ſecurum redderet ſalutis
, audijt vocem in hæc verba: Ximeni perge
ro in via quam inijſti obedientiæ cæcæ, ea ſe-
ı eſt & infallibilis. Aliàs cum coram eiuſdem
ginis imagine mente reuolueret pœnas eorum
purgatorijs ignibus detinentur, audita eſt
eo iſta vox: Et tu quoque eorum memi-
is. Ad quam ipſe. Id vero præſtabo Do-
e. Quare deinceps omnia merita ſua ijs ap-
uit.

Februarij 25.

NAtale S. Taraſij Patriarchæ Conſtanti-
nopolitani.
Hic in Concilio ſeptimo œcumenico ſeu Ni-
2. fortiter pugnat pro defenſione ac reſti-
ne imaginum Chriſti Domini, eiuſque ma-
ac SS. omnium.

Februarij 26.

Hiſt. Mõtiſſerr. 1. INuocata Deipara præſto eſt cuidam qui ſibi tibiam fregerat.

Anno 1510. Iulius Ianuenſis ſibi caſu tibiam fregit, qui cum ſe à chyrurgis malum incurabile aſſerentibus deſertum videret, ad Reginæ cælorum patrocinia confugit, addito voto peregrinationis ad ſanctam eius ædem, & tibiæ ex cera pondo decem. Et ecce tibi ad eum, nocte media dum in lecto ſuo quieſceret, venere viri duo pulla veſte induti, qui momento tibiam eius curarunt. Probabile eſt alterum illorum extitiſſe S. Benedictum (ſub cuius regula Deo militant monachi Montiſſerrati) qui miſſus à B.V. Deipara fuerit eius miraculi inſtrumentum.

2. Natale S. Mechtildis Virginis ordinis S. Benedicti.

In vita. Hanc Deipara docuit recitare per ſalutationē Angelicam hoc modo, promiſitque ſi illum ſeruaret ſe ei in hora mortis adfuturam. Recitato 1. Aue Maria ſubijcies hanc oratiunculam: O domina mea S. Maria ſicut Deus pater per omnipotentiam ſuam te potentiſſimam effecit, ita mihi quæſo adſis in hora mortis expellēdo à me omnem contrariam poteſtatem. Secundæ ſalutationi ſubdes: O domina mea S. Maria ſicut filius Dei tanta te cognitione & claritate dignatus eſt vt totum cælum illumines; ita in hora mortis animam meam cognitione fidei ſic illuſtres, & corrobores, vt nullo errore aut ignorantia peruertatur. Poſt 3. ſalutationem dices: ô Domina mea S. Maria, ſicut Spiritus ſanctus ſuum amorem

amorem tibi plenè infudit; ita tu in morte dulcedinem amoris diuini mihi inſtilla, ex quo omnis amaritudo mihi reddatur ſuauiſſima.

Cum B. Mechtildis cogitaret quodnã virgini gratiſſimum obſequium offerret, vidit illam geſtantem in pectore aureis exaratam literis Angeli ſalutationem, audiuitque ab ea verba iſta. Supra hanc ſalutationem nunquam homo peruenit, nec aliquis me dulcius ſalutare poterit, quã s qui ſalutat in illa reuerentia, qua Deus pater me per hoc verbum (Aue) ſalutauit: Confirmãs me omnipotentia ſua, vt eſſem libera ab omni væ culpæ. Filius quoque Dei ſua diuina ſapientia ſic me perluſtrauit vt ſim clarum ſidus quo cœlum & terra illuſtrantur; quod per hoc nomen (Maria) quod ſonat maris, ſtella notatur. Spiritus S. etiam tota ſua dulcedine me penetrando, tam gratioſam effecit vt qui per me gratiam quærit, eam inueniat, quod innuitur per (gratia plena) in hoc quoque verbo (Dominus tecum) admoneor inæſtimabilis vnionis & operationis quam tota Trinitas effecit in me, cum carnis meæ ſubſtantiam, diuinæ naturæ in vna perſona copulauit, ita vt Deus fieret homo & homo Deus. Porrò quid illa hora dulcedinis ſenſerim, nemo potuit experiri. Per (benedicta tu in mulieribus) omnis creatura mirando agnoſcit & conteſtatur me benedictam & exaltatam ſuper omnia, per (benedictus fructus ventris tui) benedicitur & extollitur excellẽtiſſimus & perutilis fructus vẽtris mei, qui omnẽ creaturam viuificauit, ſantificauit & in æternũ benedixit. His ſubiecit Deiparã quæ modò dicta ſunt de tribus, Aue Maria quotidie recitandis, pro fælici morte impetranda.

Eadem 5. dumtaxat annos nata à parentibus Deo & Beatæ Dei genitrici vna cum ſorore S. Gertrude oblata eſt in monaſterio quodam ordinis S. Benedicti in Saxonia, in hoſtiam & oblationem viuam.

L.5.vitæ c.20. Legenti illud Euangelij: Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius &c. vbi ad illud peruenit, vbi Chriſtus Ioannē matri ſuæ commendat: venit in mentē Chriſtū orare vt & eā eidem commendaret. Ilico Chriſtus eā tradit in manus matris ſuæ: Mater, inquiens, mea, ego hanc tibi commendo vt plagas meas, & quaſi ſaucius ante te iacerem, conante te interim vulneribus meis mederi. Ad eundē planè modum opto te eius curā ſuſcipere, eamq; ſolari vbi vſus feret. Iterū illam tibi commendo tanquam mei pretium, meminiſſeque te velim quanti illā feci, cum eius amore captus, pro eius ſalute mortem crucis obierim. Denique eam commēdo tanquam cordis mei delitias & amores, cum non ignores delitias meas eſſe cum filijs hominum. Tum ad Chriſtum S. Mechtildis: Nonne idē, ô bone Domine, præſtare velles quibuſcumq; qui id exoptant? Annuit Chriſtus, neq; enim inquit, acceptio perſonarum apud me eſt.

3. Anno circiter 1188. Philippus Auguſtus Galliæ Rex Iudæos capitales Deiparæ hoſtes toto regno pellit. Cum enim impiæ genti ſolemne eſſet ſubreptum quotannis infantē Chriſtianū in ſpecum aliquam ſubterraneam ducere, atq; illum diu pœnis affectum, tandem die Paraſceues in Chriſti ludibrium, & Chriſtianorū eo die Chriſti necem deplorantium contumeliā, crucifigere, felle & aceto potare, lædorijs laceſſere, & tandem lancea confoſſum ſumma immanitate enecare,

non

Digitized by Google

on potuit hanc Rex Dei & Religionis iniuriam
:rre. Itaq; ad 4. Kal. Martias omnes Iudęos capi,
aptos auro, argento, monilibus pretioſis ſpo-
iari, ſpoliatos verò aliò abire imperauit. At non
mnes tunc receſſere, quare iterum in reſiduos
ita eſt ſententia vt ad diem D. Ioanni Baptiſtæ
ιcrum excederent omnes. Debita omnia quibus
s Chriſtiani erant obnoxij, rex remiſit.

4. Anno 1211. quidam Adelbertus in Ger-
ıania non procul à monaſterio Spanheimenſi
rdinis S. Benedicti ad vitam redit. *Tritemius in Chronic. Spãheim.*

Hic coram viris grauibus faſſus eſt ſe, dum vi-
eret, illatum damnum Eccleſiæ (quod vix erat
. denariorum dando vilem manipulum pro de-
ima ei debita) non reparaſſe, licet id peccatum
ſet confeſſus, ac propterea ſe æternæ damna-
onis ſententiam incurſurum fuiſſe, niſi SS. Dei
ıater cum ſanctis Angelis miſericordiam iudicis
ıterpellaſſet.

5. Aliud haud abſimile offert Brouius. In *Ad anno 1260.*
:ademia Cantabrigenſi in Anglia, adoleſcens
ulielmus Vidius diſſolutius vixit. Is tamen quo-
die Deiparã venerabatur. Cubabat ſimul cũ Ia-
obo quodã qui poſtea ſacerdos eſt factus. Por-
quadam nocte Gulielmus ita cõtremuit totus,
; tanto ſudore perfuſus fuit, tantum excitauit
repitum vt ſocius miraretur, & conaretur (at
uſtra) eum excitare. Tandem ad ſe reuerſus
t ſe ante ſummi Iudicis tribunal raptum & pe-
ã ab eo totius vitæ rationem, in qua reddenda
ım ſe expedire non poſſet ab ijs criminibus
ıæ ei dæmones opponebant, quæque accuratè
ripta habebant, ſententia lata iudicis abreptum
æternas pœnas. Ille vero circumſpiciens,

Digitized by Google

cum B.V.M. fortè vidiſſet eius opem imploraſſe, eiuſque precibus dimiſſum fuiſſe. Nec vanum id viſ. fuiſſe patuit. Cum enim euigilaſſet, reperit in manu chartam, quæ grauiora vitæ ſuæ crimina continebat. Quare proxima luce ſtatim ea confeſſione expiauit, ac poſtea tam auſterè vixit vt omnes obſtupeſcerent. Ex M. S. Vaticani.

Februarij 27.

Marineus l. 5. Mariana. l. 6.

1. NAtale S. Leandri Hiſpalenſis Epiſcopi. Ad hunc dono miſit S. Gregorius Deiparæ imaginem à D.Luca depictam, quæ Guadalupi in Hiſpania, in toto orbe nominatiſſimo templo colitur, eſtque varijs miraculis, quæ ſacræ ædis ambitu continentur, celeberrima. Illa ipſa porro imago eſt quæ longo poſt tempore in ſpecu quodam reperta eſt vna cum Sãcti Fulgentij Aſtigitani corpore. Vide fuſius 26. Martij.

2. Vitâ exit anno 1806. Simon Garcia, ex ordine Minimnorum.

Chronic.

Hic viſus cum lacte materno ſimul hauſiſſe pietatem aduerſus Diuam Dei parentem, nam tres dumtaxat natus annos, quando vix verba poſſunt pueri, quocumque iret, ſolitus erat voce demiſſa loqui, & intra dentes neſcio quid immurmurare. Quod dum à nonnullis attentius obſeruaretur, depræhenſum eſt ab ijs cum recitare ſalutationem Angelicam, additis ad eandem nonnullis orationibus eiaculatorijs. Paululum grandior factus, roſarium in dies ſingulos recitabat, eandem deuotionem enixè alijs commendans; Quod quidem efficacius ab eo factum dum iam

am ad virilem ætatem perueniſſet, nam eo per-
ſuadente non pauci erga Beatam Virginem ma-
gnum affectũ prodiderunt. Solituſque erat opta-
re ſe in ætate virili eo eſſe in virginem animo &
ſenſu pietatis quo fuerat puer. Dum correctoris
officio fungeretur (ita vocant ſuos ſuperiores) in
prouincia Aragoniæ ſingulis monaſterij cellis
hanc ad Deiparam orationem inſcripſit, quæ
eadem & viſitur in æde D.V.M. Lauretanæ au-
reis exarata characteribus in tabella appenſa pro-
pe ianuam ſacrarij eiuſdem SS. Ædis,

Aue filia Dei patris,
Aue mater Dei filij
Aue ſponſa ſpiritus ſancti
Aue templum totius Trinitatis.

Pater noſter, Aue Maria. Indulgentia plena-
ria toties quoties. Ipſemet hanc orationem doce-
bat quotquot poterat, eamque frequenter ipſe
vſurpabat, qua & videbatur claudere omnes
ſuas preces. Nihil illi frequentius in ore etiã dor-
mienti. Idem ex floribus, Deiparæ coronas texe-
bat eique offerebat, addita ſolemni ſibi ſalutatio-
ne. Aue filia Dei patris &c. De illo affirmauit eius
confeſſarius nunquam illum in omni vita ſua læ-
taliter deliquiſſe. Tandem in precibus ad Deum
& Deiparam, in amplexu Chriſti crucifixi, fla-
gellum ſuum ac roſarium manu tenens ſanctè in
Domino quieuit. A morte corpus eius gratiſſimũ
miſit odorem, concurrentibus vniuerſis ad eius
venerationem, alijs vngues, alijs capillos, alijs ve-
ſtes eius detrahentibus, quas loco reliquiarum
aſſeruarent.

Februarij 28.

Ex regiſtro Bethun. 1. ANno 1578. Iacobus de Bonis ob varias in Deiparam blaſphemias, Bethuniæ damnatur ad eas publicè reuocandas habitu pænitentis, nudo capite, poplitibus flexis, in induſio, cum cæreo ardente in manu. Item ad conteſtandum vehementer ſe de blaſphemijs illis dolere, inſuper & veniam ſe petere à numine offenſo, à Rege, & à Iuſtitiæ adminiſtris.

2. Papæ tranſlatio corporis S. Auguſtini ex Sardinia Inſula, opera Luitprandi, Regis Longobardorum.

De eius erga Deiparam ſtudio vide 28. Auguſti.

Locrius. 2. Anno 1519. Franciſcus Meluneus cum illuſtriſſima coniuge Ludouica Foixia collocat Bethuniæ in Arteſia ordinem Virginum Annuntiatarum, lectiſque duodecim eius inſtituti virginibus, ijs ædes perpetuo inhabitandas aſſignauit.

Hoc pium inſtitutum, in memoriam Dominicæ in Maria Virgine factæ Incarnationis, inchoauerat Illuſtriſſima Iſabella à Lutzemburgo Franciſci mater, ſed morte præuenta illud perficere non potuit.

P. Doutreman. 3. Anno 1598. ex hac vitâ migrat P. Ignatius Martinez Societatis IESV.

Huic iſtud accidit quod cum Deipara aliquid habet commercij. Cum enim Conimbricæ in Luſitania Catechiſmum publicè doceret

(relicto

(relicto ſponte ob amorem humilitatis ſpecioſo munere concionatoris Sebaſtiani Regis) nemo omnium inuentus eſt qui voce alta publicèque vellet ſalutationem Angelicam recitare. Sed oſtendit Deus miraculo quam ei gratum eſt hoc P. Ignatij pietatis opus, quamque ei placeat ſalutatio Matris ſuæ: nam cum nemo eam recitare vellet, repentè infans ſex menſes natus ab vbere matris pendens, erecto capite articulate & diſtinctè ſtupentibus vniuerſis recitauit.

MAR-

Digitized by Google

MARTIVS.

Quia Dominica palmarum (quæ eſt feſtum mobile) non infrequenter incidit in hunc menſem, ideo eius initio collocare viſum eſt quæ eo die ad Deiparam ſpectant.

1. MONACHI Carthuſiani celebrant tum in officio tum in ſacro, feſtum cõpaſſionis Deiparæ Sabbato ante Dominicam palmarum: Quod ſi tum occurrat feſtum Annuntiationis transferunt feſtum compaſſionis ad diem primum non impeditum poſt Dominicam palmarum. Atrebatenſis Eccleſia agit idem feſtum feria 6. ante Dominicam palmarum.

Occurrit aliud hoc eodem menſe in honorem Virginis quod ſtatum non habet diem, de quo ita Marianus Siculus. Oliana in ripa Sicoris fluuij oppidum, famigeratur Caſtilnedrenſi templo ſublimi in loco ſub Diuæ Mariæ auſpicijs poſito, ad quod (nota prodigium) menſe Martio feria ſexta ex Inſula fluminis, tria lumina cærulei coloris aſcendunt, & Eccleſiam per feneſtras ingreſſa, lampades accendunt, & ſubinde deſcendunt ad locum

L. 5. de rebus Hiſpan.

locum vnde venerant, ibique ab intuentium oculis euaneſcunt. Quod ab eius tractus viris fide dignis (ait Marineus) affirmatur.

2. Anno 1336. ſuperis iungitur B. Mauritius Vngarus Dominicanus. Genus illi à regibus Hũgariæ, magnitudo futura à Dei parente prænuntiata. Cum enim mater eius iam 4. menſes prægnans diuturna febri vexaretur, adeò vt de valetudine deſperaret, accedẽte poſtea tempore partus, in ſomnis vidit quandam in veſte candidiſſima, forma præcellenti matronam, quæ blandiore ſermone metum illi omnem mortis ademit, fore prænuntians vt filium pareret ſanctitate magis quam genere illuſtrem. Memor tantum eſſet, hora partus inſtante ſigno crucis pectus munire ac dicere: Succurrat tibi virgo fœlix Chriſti mater, ex cuius vtero vnigenitus æterni patris filius prodijt. Addidit, vt Angelicam ſalutationem ſæpius proferret. Sanctiſſimè vixit hic B. miraculis in vita & à morte clarus. Id porro de eo traditur admirandum. Cum ei Iaurienſis Pontifex iuſta perſolueret & Chriſti corpus eleuaret à populo adorandum, omnibus cernentibus, ſanctum illud cadauer oculos inſpectandæ hoſtiæ gratia aperuit, quod idem fecit, dum Epiſcopus cõſecratũ calicem eleuaret, tum demum oculos clauſit. Maxima reuerentia ſemper SS. Eucha. veneratus fuerat, & vt ante eam perpetuo lucerna luceret oleum oſtiatim emendicabat. *Michael Pius.*

Martij 1.

1. SIxtus 4. anno 1476. ſtabilit decreto feſtũ conceptionis immaculatæ Virginis, conceditque

Digitized by Google

Ex Tomo 4. Conciliorum. ditque indulgentias iis qui eo die aut Miſſæ aut ſacro officio interfuerint.

2. Hodie & 8. ſequentibus diebus anno 1449. apparet Deipara cuidam puellæ porcos paſcenti in quodam loco proximo villæ dictæ Cubas, quinque miliaribus diſſito à Madrito in Hiſpania, quarum apparitionum feſtiuitas annuè magno hominum concurſu ibi celebratur. Erat autem iſta puella (Iues dicta) admodum amans Beatæ Virginis, cui virgo præcepit ſignificaret populo loci, vt certo quodam loco qui ipſamet crucem fixerat, extrueretur templum in eius honorem. Quod ſumma diligentia intra annum perfectum eſt, in quo & innumera miracula ad Deiparæ preces facta ſunt. Templo additum eſt monaſterium religioſarum ordinis tertij S. Franciſci, quod ingreſſa eſt Beata Ioanna de la Croix, in quo & floruit virtutibus & ſanctitate. *In vita eius.* Vide fuſius in eius vita planè admiranda.

Zonaras in Annalibus. 3. Anno 886. Obit Baſilius Macedo Imperator.

Hic non ſolum ædem Deiparæ à Leone Imperatore ad fontem portæ Conſtantinopolitanæ, quæ aurea dicitur, ædificatam renouauit, ſed & aliam, cui Sigua nomen, ex fundamentis refecit, ac præterea templum Deiparæ ſacrum in foro idque pulcherrimum exædificauit.

3. Anno 1588. Deiparę interuentu liberatur quidam à præſenti vitæ diſcrimine.

Hiſtor. Montiſſ. Huic nomen Gabriel Coma, quem cum equus loco valde periculoſo excuſſiſſet, ita tamē vt pes alter ephippio ita detineretur vt ſe expedire non poſſet, & equus velociſſimo curſu ferretur cum

trahens

trahens per rupes & ſaxa, præruptaque loca, nihilominus Deipara inuocata quæ in Monteſerrato colitur, poſtquam bene longo viæ ſpatio per iſta ſaxa ex æquo pendulus, tractus fuiſſet, ſaluum ſe vidit & incolumem, quod ſine miraculo contingere procul dubio non potuit, maximè cum neque ipſius caput, quod effuſis habenis currente equo frequentius rupibus alliſum fuerat, quicquam moleſtiæ paſſum eſſet.

4. Natale S. Suuitberti. *VVionni⁹ in ligno vita.*

Hic ex comitibus Nortigalliæ oriundus: Baſilicam noſtræ Dominæ Vuerdentis in Cliuenſi ducatu conſtruit, ac primus eius Pontifex ordinatur.

Martij 2.

ANno 1126. martyrio coronatur & trucidatur Brugis B. Carolus Flandriæ comes, dum in templo S. Donatiani ante altare Deiparæ ſupplex orat.

Hic collegium Canonicor. Brugis in æde ſacra Diuæ Mariæ aliquot ſacerdotijs auxit, & magnum Architecturæ ſplendorem adiunxit. *Meyerus Molan. &c.*

Martij 3.

1. NAtale D. Ruperti Abbatis. Ordinis S. Benedicti. *Tritemius.*

Hic licet idiota eſſet, Deiparam tamen continenter orabat vt ſibi à filio ſapientiæ fonte, ſapientiæ donum exoraret. Itaque apparens ei BB. Virgo Maria: En tibi, inquit, omnium ſcripturarum arcana patebunt, ita vt neminem hoc

Digitized by Google

hoc tempore habeas tibi ſimilem. Tantum ne torpeſcas otio, & gratiam tibi datam ne negligas. Alia etiam ſecretiora ei dixit Deipara quæ tamẽ faſſus eſt ſe non auſum exprimere. Ergo ab eo tempore totum ſe dedit ſacris litteris exponendis, orationi, lectioni, contemplationi, rerum externarum cura in alios reiecta.

2. Anno 1605. Vitâ fungitur Clemens 8. ſummus Pontifex.

Hic propter luctuoſam Tyberis inundationẽ Romæ anno 1599. bulla edita omnes hortatur vt redeant ad Deum, vt auxilium à SS. Deipara & principe Apoſtolorum poſtulent. Ideoque ſolemnes ſupplicationes ad S. Mariam Maiorem & Sanctum Petrum indicit.

Idem anno 1595. & 1604. congregationem Clericorũ regularium Lucæ in Italia ab Epiſcopo loci erectam ſub inuocatione Deiparæ approbauit, & de nouo inſtituit, varijs ei conceſſis priuilegijs ac eidem congregationi Eccleſiam B. Marię de Porticu in vrbe concedit, licentiamque noua vbique loca recipiendi de conſenſu ordinariorum relaxat. Idem delegit monachos congregationis B. Mariæ Fulienſis Ciſtercienſis ordinis in vrbe ad ſignandum Agnos Dei in cera toto tempore ſui Pontificatus. Quod munus Paulus 5. perpetuò ijs demandat anno 1608.

Idem Clemens anno 1595. inſtituit in vrbe domum, in cuius parte vna, piè educentur virgines pauperes, in alia honeſtæ viduæ, in tertia vero impudicæ mulieres pænitentiam agere volentes. Quam domum ex propenſo erga Deiparam ſtudio, monaſterium B. V. M. Refugij nuncupari decernit, variaque eis priuilegia indulget. Vide

Bulla-

Bullarium p. 48. 49.

Idem in Bulla edita anno 1600. enarrat ſe ad propagandum ordinem Fratrum Diſcalceatorũ B. M. de monte Carmelo vnam eiuſdem ordinis domum in vrbe, apud Eccleſiam B. M. de Scala dictam, erexiſſe. Et modo vlteriori propagationi intendens, vnam congregationem dictorum fratrum in Italia à quacumque alia congregatione & prouincia, ac ſuperioribus diſtinctam ac ſeparatam per vnum præpoſitum & diffinitores regendum erigit, & ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubijcit, ac varia priuilegia elargitur. Vide Bullarium p. 101.

Item confraternitatem B. M. de Suffragio pro animabus in purgatorio exiſtentibus, Romæ erectam de licentia Vicarij Papæ pro vtriuſque ſexus fidelibus approbauit anno 1594. & 1603.

Item indulgentiam plenariam conceſſit verè pænitentibus ac confeſſis, & ſacra Communione refectis qui templum B. V. Hallenſis in Conceptionis, Natiuitatis, Præſentationis, Annuntiationis, Purificationis, Aſſumptionis & B. M. ad Niues feſtiuitatibus, nec non Dominica 1. Sept. & per totam octauam eiuſdem Dominicæ à primis veſperis vſque ad occaſum ſolis feſtorũ ac dierum huiuſmodi deuotè viſitarint, & ibi pro Chriſtianorum principum concordia, hæreſ. extirpatione ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces fuderint.

Vide etiam 30. Ianuarij.

Martij

Digitized by Google

Martij 4.

In eius vita.

1. NAtalis dies Sancti Caſinini qui Deiparam ſingulari affectu ſemper coluit. Is fuit Poloniæ Regis Caſinini filius & Viluæ in Lithuania. Obijt anno Domini 1489. atque inter ſanctos à Leone 10. relatus. Certum ipſe hymnum in honorem Dei matris paulo longiorem, at peruenuſtum compoſuit. Cuius initium eſt. Omni die dic Mariæ mea laudes anima, quem & quotidie flexis genibus recitare ſolitus erat, tantique eum faciebat vt cum illo etiam ſepeliri voluerit. Nam anno 1604. quando ſepulchrum eius renouatum eſt, ſupra pectus eius repertus eſt.

De hoc fertur nunquam neque parentum neque medicorum ſuaſu & improbitate victum eſſe vt matrimonium iniret, quod vnicum aſſerebant eſſe morbi, quo tenebatur, remedium, ex quo etiam vitam amiſit. Itaque illibatam ad vſq; vltimū ſpiritum ſeruauit virginitatem. Cui etiam præter deuotionem aduerſus Deiparam, cui vnicè erat addictus, multum proderat corporis caſtigatio: nam regius hic adoleſcens ex horridis equorū ſetis frequenter cilicium geſtabat, & verberum aſperitatibus carnem domabat.

Paulus 5. conceſſit vt ab omnibus in tota Eccleſia de eo fiat officium & Miſſa ex ritu Romano tanquam de confeſſore non pontifice, propter admiranda eius tam in vita quam in morte & poſt eam miracula.

Martij

Digitized by Google

Martij 5.

1. ANno 1606. Deiparæ interuentione curatam puellam à membrorum impotentia ac gibbo, in publica relatum monumenta. *Hiſt. Sichim.*

Puella hæc ex vtero matris brachiorum, manuum ac pedum vſu caruerat, cuius nutrix audita fama miraculorum Deiparæ in colle Acuto, patrem adit puellæ rogans vt permittat eam eò transferri, forte ei Deiparam opem laturam. Annuente itaque patre eo ducta eſt puella, cùmque pro ea funderentur preces, an non vides inquit illa ad quandam mulierem quæ eam comitata erat, quemadmodum Deiparæ imago mihi arrideat: ignoras ab ea mihi dictum, breui me commodè ambulaturam: Ergo peracta peregrinatione domum reuertitur, ac ſtatim patuit Deiparæ beneficium, nam cum à nutrice pro more brachijs geſtaretur, eam experimenti cauſa in pedes ſtatuit, quibus innixa (quod numquam ei alias in omni vita acciderat) cæpit ambulare, manibuſque ac brachijs vti, donec ſenſim planè conualuit. Gibbus etiam complanatus eſt, ac reliquo corpori æqualis redditus.

Martij 6.

1. ANno 1447. Beatæ Coletæ ordinis S. Claræ reformatricis, obitus ſanctiſſimus. Huius aliquando lingua in guttur medium *Author vitæ apud Surium.*

 depreſſa

depreſſa fuit vt nec loqui nec reſpirare poſſet. Cui occurrens Deipara eam amplexata & oſculata eſt. Inde lingua redijt in locum ſuum, moxque ipſa ex oculis eius ſeſe ſubduxit.

Hæc à Deo & à B. V. M. deſignata eſt ad ordinis reformationem & ad peccatorum conuerſionem. Quod cum ipſa facere detrectaret ob ſuam inſufficientiam, Deus eam triduo loquendi facultate priuauit, & rurſus triduò oculorum vſu, donec Dei eiuſque matris B. V. conſentiret voluntati. Quod vbi fecit & loqui & cernere potuit. Fuiſſe autem illam ad iſta deſignatam patet ex iſta viſione. Vidit enim in viſu Beatum Franciſcum ipſam exhibentem Chriſto coram SS. eius matre, rogareque vt ipſam ſibi donaret reformatricem ordinis ſui, & vt eius opera conuerterentur peccatores. Porro Chriſtus libenter annuit S. Franciſco.

Orante illa feruentiſſimè SS. Deiparam pro peccatoribus, vt pro ijs apud filium interueniret: oblatus ei fuit diſcus plenus particulis carnis tanquam infantis in fruſta conciſi, dictumque eſt illi. Quo pacto ego deprecabor filium meum pro his qui quotidie horrendis ſceleribus ſuis (quantum in eis eſt) etiam in minores cum diſcindunt particulas quam ſint hæ quas cernis.

Hiſt. Societ. t. 2. 2. Anno 1561. Sanctiſſimè moritur Ioannes Caraffa Palliani Dux.

Hic à Pio 4. Pontifice cum nonnullis alijs Pauli 4. præceſſoris ſui cognatis ad vltimum damnatus ſupplicium, ſub vitæ finem potiſſimũ oſtendit quanto affectu Deiparam coleret. Citatus ad audiendam capitis ſentẽtiam cum in eius laudem ſolemnes eius officij preces recitaret, tantiſper

tiſper interquieuit. Dum quod viator ſignificabat, audiret. Vbi ille dixit, eodem vultu, nullo addito geſtu, verbéue, luminibus in libellum reſtitutis, quod inchoarat repetijt, & ad extremum eſt perſecutus. Ad mortis nuntium nihil commotus, ante ſacram effigiem prouoluitur in genua, Chriſtoque Domino ac Beatæ Virgini gratias agens, ſolum deoſculatur. Qua obtruncatus eſt nocte, vbi adfuere lictores ab arce S. Angeli; ad turrem Noniam (qui deſtinatus erat ſupplicio locus) eum ducturi, Deiparæ ante omnia genibus ante eius imaginem humi fixis, ſeſe cōmendauit, cauſam mortis eius vt & aliorum ſi quis ſcire cupit, legat Onuphrium in vita Pij 4. in Appendice ad Platinam.

Martij 7.

1. NAtalis S. Thomæ Aquinatis.

Hic ab incunabilis oſtendit qua ipſe in Deiparam pietate & affectu futurus eſſet. Cū enim adhuc infans à nutrice in balneo abluendus chartulam è terra ſponte ſua ſuſtuliſſet, eamque preſſa manu arctè retineret, nutrice eam è manu extrahere conanti, lachrymis acriter reſtitit. Eo iam loto mater chartulam ex manibus euulſit, in qua ſcripta reperta eſt ſalutatio Angelica. Infans chartam ploratu inſtanter repetens, eam redditam mox deglutiuit. *In vita.*

Grandior factus ſuam in eam pietatem libris editis patefecit, potiſſimum in 3. parte ſummæ Theologicæ, & in opuſculo 8. quod eſt de ſalutatione Angelica, quo & illius ſupra cæteros SS. præſtantiam ſingularem & apud filium quiduis

Digitized by Google

impetrandi efficacitatem eximiam, & eius incomparabilem dignitatem contra varios hæreticorum errores conſtantiſſimè propugnat.

Sibrardus Abbas. 2. Natalis dies B. Frederici ordinis Præmõſtratenſis. Is primus fuit Abbas & fundator horti Beatæ Mariæ in villa Hallum. Puer ob caſtimoniæ puritatem præcipuè honorabat Deiparam. Sacerdos factus & parochus in Hallum, adhuc amplius eam coluit, vnde & mos ibi inoleuit eius imitatione, etiam per Sabbata quadrageſimæ Miſſam de ea cantare. Precibus ad B.V.M. fuſis vitæ reddidit puerum qui ſine baptiſmo obierat.

Lipſius c. 18. 3. Anno 1427. Deiparæ precibus ad vitam reuocatur puer bimulus. Accidit iſtud Cantiprati (pagus eſt in Cameraceſio) Relictus fuerat domi puer hic à parentibus qui ſe ad ſacrum (quia Dominica dies erat) & inde ad prandium apud amicum contulerant. Vbi à meridie domũ rediere, mox filiolum requirunt, at non inuentũ vbiq; quærunt ſimul cũ vicinis, diebus duobus, at fruſtra. Pater interim ad D. Hallenſem animum & preces vertit. Statim in ſomnum ſoluitur, & viſo monetur quærere puerum certo inueniendum. Luce orta iterum cum vicinis omnes agros, dumeta, foſſas ſcrutatur, donec ſub ipſam meridiem ad voraginem aliquam limo & aquis obſitam veniunt. Ibi enim iacentẽ cœno & aquis obrutum reperiunt, puerumq; ad templum deferunt mox vt putabant, terræ dandum. Sed patrem ſpes non deſerit, & Diua Virgo excitat atque internũ robur addit. In altari igitur prolẽ collocat ante Diuæ imaginem, calidis precibus, lachrymiſque opem poſcit. Statim puer (ô mirum) vitam & vocem

vocem recipit, ſurgit, cum patre domum, cum eodem mox Hallas venit.

4. Miraculum iſtud ad ſe vocat alterum antiquius anno 1540. de quo Brouius in ſuo monili gemmeo ſiue Deiparæ, & ex eo Cartagena. Lublini inquit in Polonia Martinus lanius duos habebat filios, vnum bimum, quadrimum alterũ. Cum autem abeſſet ipſe & vxor domo, maior natu prout viderat patrem pecora mactantẽ, cultro iugulauit fratrem in cunis iacentem, ac metuens virgis cædi, ſe in furnum coniecit & poſt ligna in ſtruem compoſita ſe occuluit. Mater domum reuerſa nihil cogitans de pueris, ignem lignis ſuppoſuit, illa flammas concipientia puerum intus latentem ſuffocarunt antequam infælix mater animaduertiſſet. Extraxit tandem iam ſuffocatum, & ad cunas conuerſa vidit alterum iugulatum, ſanguini innatare. Quid faceret? Dedit ſe in lamenta ſuper duas proles amiſſas. Inter hęc maritus aduenit, qui ratus eam ſcelus perpetraſſe tamdiu verberibus afflixit, donec occideret. Triſti poſtmodum ſpectaculo & metu ſupplicij perculſus, cadaueribus in currum iniectis, votoque concepto perrexit ad Deiparam apud Clarum montem Poloniæ (abeſt Lublino plus minus 150. miliaribus) & eſt propter imaginem à S. Luca depictam, celeberrima & ſummo concurſu frequentata. Dum autem eſt ante eius Baſilicam, putentia corpora ex curru deponit, orat, & mox vita eis redditur, ab ea quæ mater eſt viuentium, & vitam omnium viuentium parturiuit.

Martij 8.

1\. ANno 1623. vita fungitur P. Thomas Saillius Societatis IESV.

Hic pedem, domo egreſſurus, ex cubiculo ante non efferebat quam genua flexiſſet & oſcula impreſſiſſet ſacræ Marianæ Statunculę quæ cruſixo filio, in oratorioli ſui ara aſtabat, eoque ritu ſolebat ab ea maternam benedictionem ſupplex poſtulare. Conſueuerat antequam ad altare accederet Miſſam celebraturus, opem Beatæ Mariæ implorare ad ritè conficiendum filij eius corpus, deinde depoſito coram ſe in altari corpore Domini, eandem obſecrabat vt pro ſe apud filium cauſas ſuas perageret, & libellos ſupplices, ſupplex cum ipſo patrona offerret.

Eius in expeditione belli Catholici in Palatinatu ſocius, conſtanter affirmat, ſe in morbo graui precibus à P. Thoma ad B. Virginem profuſis ſanitatem recuperaſſe.

In caſtris Mariam Virginem maximo eſſe præſidio affirmabat: ob hanc maiore cultu celebrandam à Duce Parmenſi, impetrauit edictũ militare, vt ſub auroram omnibus caſtrorum tubis certatim aſſonantibus B. Mater Maria Angelicæ ſalutationis precatione ter (cum ſono tubarum) repetita per omnia militum contubernia ſalutaretur. Huius etiam imaginem piè ac ſcitè depictam pro labaro ac vexillo in itineribus pręferri, in ſtationibus præfigi curabat.

Cum tot annis caſtra ſecutus ſit, tam multis etiam ciuitatum expugnationibus cominus interfuerit, tam multos iuxta ſe cadentes viderit, ſemper

ſemper ipſe ſine vulnere intrepidus ambulauit. Acceptum hoc ſe referre aiebat roſario prægrandi Mariano quod ipſe quoties ad arma proclamatum erat, balthei inſtar ab humero per tranſuerſum pectus obtendebat, eaque ſe ſolum munitum lorica, omnia pericula ſine metu illæſum euaſiſſe gloriabatur.

2. Anno 1605. Liræ quod oppidum eſt Brabantiæ publicæ conficiuntur tabulæ de miraculoſa à Deipara curatione à ſymptomate inſolito.

Erat iſtud tumor in ſuperiore Palati parte, cui comes erat ardor ac dolor intolerabilis, qui tumor deſijt tandem in bene magnum hiatum, ita vt omni æger loquendi facultate deſtitueretur niſi foramen occluderet lineo panno, ne halitus per nares efflueret. Quod idem cum bibendum eſſet ei faciendum erat. Acceſſerat dolor renum, tantus vt æger ſeſe erigere non poſſet. Præterea pectoris grauitas tanta, vix vt reſpiraret. Deniq; tanta membrorum vniuerſorum imbecillitas, vt vix vlla valetudinis ſpes ſupereſſet. Itaque cum ſeſe Sacramentorum vſu ad mortem comparaſſet, iniecti ſunt ei ſermones de frequentibus miraculis Deiparæ in eadem ciuitate ad eiuſdem imaginem quæ ibi colitur, de qua 18. Ianuarij ſupra. Vouet itaque ſe ad eam 9. diebus orationis cauſa aditurum. Ac eo ipſo die quo Venerabile Sacramentum ſumpſerat, eam nouemdialem ſupplicationem inchoat. Nec fruſtra, nam eo die ſine diuturniore mora, fructum ſuæ orationis percipit, tumore illo ad ſuperiores oris partes, abſcedente, conſequentibus deinde diebus ſenſim ſine ſenſu malum omne tum tumoris tum re-

num ac pectoris dolor euanuit, ita vt ob perfectam ſanitatem recuperatam Deo ac Deiparæ ſit gratulatus.

3. Anno 1574. Deipara liberat 33. captiuos à Turcis.

Hiſtor. Montiſſ. Vnus de ijs nomine Nicolaus Polla natione Sardus, dignitate Sacerdos, iam ſeptennium tenebatur vinculis Algerij, quæ vrbs eſt dominij Ottomannici, cum tot incommodorum pertæſus Dei genitricem compellat vt ſeſe carcere liberet. Accidit autem vt 8. Martij 33. Chriſtiani ibidem captiui ſimul conſpirarent de libertate recuperanda. Itaque fune ſe demittunt per murum ciuitatis in mare quod eam alluit, indeque in vicino portu celocem vndecim tranſtrorum ingrediuntur, cum qua vento ſecundo & remorum fauore, dierum duorum ſpatio, ad Maioricam inſulam appellunt portumque ibidem dictũ à Calle S. Mariæ, ſalui tenent.

Martij 9.

Ex vita c. 4. 1. ANno 1568. Deipara miraculoſè procurat fælicem partum Matri Beati Aloyſij. Cũ enim ipſa grauiter vna cum fœtu de vita periclitaretur, nuncupato voto ſeſe cum prole ſiſtendi ad B. V. Lauretanam: fæliciter illum enixa eſt contra medicorum ſententiam. Qui & ob vitæ periculũ quod medici repręſentabant, ſtatim atq; ſufficienter fuit eductus ex vtero materno (licet nondum omnino natus) vt baptiſmum ſuſciperet, baptizatus eſt: atque ita ſanctificatus antequam perfectè natus. Quod idem contigit S. Mechtildi. Eximiæ item Deiparæ cultrici. De

B. Aloyſio

B. Aloyſio vide 21. Iunij.

2. Anno 1463. in humanis eſſe deſijt B. Catharina Bononienſis ordinis Clariſſarum.

Anto Flaminius in eius vita.

Huius natiuitatem, nocte quæ fœlicem partum præceſſit, ipſa Dei mater, patri eius Patauæ exiſtenti monſtrauit, eamque futuram mundi lucem prædixit. Eadem nocte quæ natalem Chriſti præcedit oranti in tẽplo Deipara apparuit infantem Ieſum in vlnis geſtans, quæ & ei filium ſuum amplectendum, diſſuauiendumque tradidit. Aliquando graui ægritudine afflicta, vidit principem orbis Ieſum in ſuo throno ſedentem, ac Deiparam cum SS. Laurentio ac Vincentio vnà cum innumeris Angelis, & quendam in conſpectu principis fidibus verba illa canentẽ: *& gloria eius in te videbitur.* Vidit etiam Ieſum dextera ſua apprehendentem ipſam ac dicentem ei: Audi filia diligenter concentum & percipe quid eſt: *& gloria eius in te videbitur.* Multis claruit miraculis. Corpus eius à morte ſuaui odore & ſudore è vultu manãte flagrauit. Idẽ adhuc integrum Bononiæ viſitur & tractabile ita vt ſanctimoniales illud veſtiant, in cathedra collocent, mollitie ac flexibilitate membrorum tanta, vt nõ mortua ſed quaſi dormiens videatur.

3. Anno 1440. ſuperis iungitur S. Franciſca vidua Romana.

Hæc B. V. M. horas recitans ſub Dio, licet maximè plueret comitibus omnibus madidis, in oratione perſeuerans ſola madefacta non eſt. Ab eius morte per librum iſtum horarum Deiparæ, plurima miracula patrata ſunt.

Ex Bulla Canonizat. Pauli 5.

Digitized by Google

Martij 10.

Hiſt. Sichim. 1. ANno 1604. publicis commendatur tabulis curatio manus aridæ à Deipara impetrata.

Non procul Aquiſgrano Maria Hertant, paralyſi tacta in latere ſiniſtro, qua tamen maximè afficiebantur tum pes tum manus eiuſdem lateris, fama miraculorum creberrimorum in monte Acuto, ſtatuit eo ſeſe conferre. A quo cum non procul abeſſet, ſentit permoleſtum in ea manu affecta pruritum, cum antea nihil omnino ſentiret, licet puncta grauiſſimè. Hoc viſo initio, bonam ſpem concepit integræ curationis. Itaque poſtquam orando ac partim genu flexo circuiſſet ſacellum Deiparæ, ſtatim manus ex ſeſe aperta eſt, & ſui vſum non minus quam ante morbũ, facilem & ad omnia præbuit.

2. Anno 1550. quidam Deiparæ ope, ruina terræ oppreſſus ſine noxa.

Huic nomen erat Petrus Corbeille qui dum terram ex alto loco ſubterraneo eruit, repentè caſu terræ ita opprimitur vt nulla de vita ſpes reliqua foret. Itaque ſe enixè Deiparæ Montiſſerrati commendat. Quod idem fit ab eius conſanguineis, potiſſimum à patruo qui & addit votũ quoddam ad eandem Virginem certa quædam munuſcula deferendi. Interim acciti 14. aut 15. qui eum terra obrutum inde eruerent, qui poſtquam tribus aut quatuor horis id conati eſſent, tandem quaſi mortuum educunt nec præbentem vllum vitæ ſignum. Itaque omnes in genua proſtrati quo poſſunt maximo affectu Deiparę ſupplicant,

Digitized by Google

plicant, vt eius miſeratione mota eum ad vitam reuocet. Quod & ſtatim ab ea præſtitum, nam eadem hora mouere ſe cæpit, tum locutus eſt, ac paulo poſt perfectam ſanitatem conſecutus eſt. Aiebat autem ſe in ipſa ruina & caſu terræ ad Deiparam confugiſſe, cuius toto illo tempore præſentem opem fuerat expertus.

Martij 11.

NAtalis dies S. Vindiciani Epiſcopi Atrebatenſis. *VValterus Abbas. Chronic. Atrebat.*

Hic cum Rege Theodorico templum B. V. M. Attrebati valde auxit terrenis poſſeſſionibus, villis, molendinis atque alijs ſubſidijs, ſecularesq; poteſtates cum ipſo Rege in generali placito reſidente, ab eius infeſtatione excluſit. Curauitque priuilegium à ſummo pontifice Ioanne confirmari. V. 7. Iulij.

Martij 12.

1. NAtalis dies D. Gregorij magni Dei genitricis ſtudioſiſſimi.

Hic ad ſæuientem peſtem profligandam ſub Paſchatis feſto, eius imaginem à D. Luca pictam in proceſsione cum Litanijs per vrbem circumtulit, cui & tota aëris ceſsit infectio, eius præſentiam ferre non ſuſtinens. Tunc auditæ ſunt voces Angelorum circa imaginem canentium, Regina cæli lętare Alleluya, Quia quem meruiſti portare Alleluya. Reſurrexit ſicut dixit Alleluya. Quibus S. Gregorius ſubiunxit. Ora pro nobis Deum Alleluya.

Idem

Digitized by Google

Idem Anno 593. Confirmat omnia priuilegia conceſſa monaſterio Sanctæ Mariæ Sueſſionenſis à Sancto Ioanne eius præceſſore aliaque noua adijcit, quæ tanta ſunt vt author Chronici ordinis D. Benedicti neget ſe vnquam ſimile vſpiam vidiſſe.

Anto. Iepez ad anno 84. Diui Benedicti.

Idem Gregorius imaginem Deiparæ à D. Luca depictam miſit ad Leandrum Hiſpalenſem Epiſcopum vide 27. Februarij.

Romæ in ſacra æde Sanctæ Mariæ Imperatricis prope hoſpitale S. Ioannis Lateranenſis imago viſitur Deiparæ quæ Sanctum Gregorium dicitur allocuta. Quam liberalis erga Deiparam fuerit eius Epiſtola ad Petrum ſubdiaconum declarat. Nam Beatæ Mariæ Virginis oratorium dicaturus, ad conuiuium quod veteres Chriſtiani Agapen dicebant, illa parari iubet his verbis. Sed quia cellæ ipſius tenuitas exigit, debere nos in ipſa dici feſtiuitate concurrere, propterea volumus vt ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus in auro ſolidos decem, vini amphoras 30. annonæ modios 200. olei orcas duas, veruces 12. gallinas 100. quæ tuis poſſint poſtmodum rationibus imputari.

2. Natalis Dioniſij Carthuſiani.

Hic quatuor libros de laudibus Virginis edidit, in quibus omnes ad eius deuotionem cohortatur. Idem cantica canticorum de eadem piè interpretatur. Denique in omnibus ſuis lucubrationibus ſuę in eam pietatis veſtigia relinquit.

3. Anno 1622. Gregorius 15. in SS. numerum refert Sanctos Iſidorum, Ignatium authorem Societatis IESV. Franciſcum Xaue-

rium

rium eiuſdem ſocietatis religioſum. Philippum Nerium, congregationis oratorij parentem & Matrem Tereſiam de IESV reformatricem ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo.

De horum (excepto Iſidoro) ſtudio aduerſus Deiparam vide in die Natali ſingulorum.

4. Anno 1399. vitâ fungitur Cæcilia, quartâ & vltimò genita S. Brigittæ filia.

Cum in huius parte mater periclitaretur, Deipara ei fœlicem partum dedit. Vide fuſius 23. Iulij; Poſtea ei apparuit & dixit: Tu auxilium es experta, vide ne ſis ingrata. Si me diligis labora & filij tui ſint etiam filij mei. Fœlix progenies ex qua Dei mater ſibi filios adoptionis eligere dignabatur. Obijt autem Cæcilia velut altera Tabita plena operibus bonis in viduitate bona. *Io. Vaſtonius.*

5. Anno 1322. publicis conſcribitur tabulis planè ſtupenda cuiuſdam poſtquam iam tertiò ſuſpenſus eſſet, à morte Deiparæ interceſſione exemptio. Res ita habet.

Thomas Faber, reus habebatur homicidij cōmiſſi Toloſæ, & ad ampliorem faciendā eius rei fidē equuleo torquetur. Quā vt euaderet pœnā, crimen fatetur quod non cōmiſerat. Adiudicatur itaq; ſuſpēdio. Cum autē ſe deſtitutum omni humano cerneret præſidio, ad diuinū, & ad Deiparā confugit, morteq; imminente orat ſupplicij ſpectatores vt ſeſe Virgini Montiſſerratenſi commendent. Tortor interea eum è Scala deijcit. At fracto fune collo eius inſerto in humum decidit abſque vlla noxa. Iudices nihilominus ſuſpicati ſcilicet fraudem ſubeſſe, iubent nouum funem adhiberi, paret tortor, ſed ecce tibi

vt

vt prius fune fracto in terram illæſus cadit. Obſtinati iudices neque ſic permouentur, neque oculos aperiunt vt videant aliquid hic ſupra naturam latere myſterij, at vt tertio ſuſpendatur è nouo fune imperant. Tortor imperata facit at ſine effectu, nam & hic tertius funis ruptus eſt, ipſo in pauimentum cadente: Quærunt ex eo iudices quid tandem rei iſtud eſſet, & vnde tot prodigia. Interpellaui inquit Dei genitricem vt me à morte quam non commerueram dignaretur liberare, quod ſua pietate tertiò ab ea præſtitum, vt vos omnes oculis veſtris hauſiſtis. Itaque in libertatem vindicatus ea ipſa hora ſeſe cum vxore, magnoque aliorum comitatu ad gratulandum Deiparæ ad Serratum montem contulit cum litteris Archiepiſcopi, trium inſuper Epiſcoporũ & aliorum magnæ auctoritatis qui fidem faciebant huius tam prodigioſæ liberationis.

De rebus Hiſpaniæ l. 5.

6. Huic hiſtoriam affinem, & forte admirandam magis, ſuggerit Lucius Mormeus oculatus eius teſtis, quam quia commodiore loco nequeo, hic collocabo. Eſt enim ſcitu digna nec paſſim obuia. Equidem nunquam eam audiueram aut legeram. In antiquiſſima ciuitate quam S. Dominici Calciatenſis vulgus nominat, gallum vidimus & gallinam, qui dum viuerent, cuius fuerint coloris ignoramus, poſtea vero cum iugulati fuiſſent & aſſi, candidiſſimi reuixerunt, magnam Dei potentiam, ſummumque miraculũ referentes. Cuius rei veritas ſic ſe habet. Vir quidam probus & vxor & adoleſcentulus filius magnæ probitatis, ad S. Iacob. Compoſtellam proficiſcentes, ad hanc vrbem diuertunt ad quendã hoſpitem qui adultam filiam habebat. Quæ pulchri

chri adoleſcentis amore capta, ad ſtuprum eum inuitauit. Abnuit adoleſcens, vnde amor puellæ in odium verſus, & ei nocere deſiderans craterem patris ſub tempus quo diſcedere parabant in eius cucullo abſcondit. Cũ peregrini manè profecti eſſent, exclamat puella craterem ſibi ſubreptum. Quod audiens prætor mittit ſatellites qui peregrinos reducant. Qui cum acceſſiſſent puella è cucullo adoleſcentis craterem educit. Quare in campum eductus lata in eum ſententia ſuſpenſus eſt, miſerique parentes cum filium deploraſſent, Compoſtellam peruenerunt. Vbi ſolutis Deo votis ad locum redierunt vbi filius eorum ſuſpenſus fuerat, & mater multis profuſis lachrymis licet obnitente viro ad filium acceſſit. Cumque filium ſuſpiceret, dixit ei filius: mater optima noli flere ſuper me, ego enim viuus ſum, quoniam Deipara Virgo & Sanctus Iacobus me ſeruant incolumem. Vade ad iudicem & dic ei me viuere. Currit mater ad prætorem, menſæ tunc aſſidentem, qui gallum & gallinam aſſos ſcindere parabat. Filius meus inquit viuit iube illum ſolui. Prætor exiſtimãs eam ſomniare, quid ais (reſpondit) bona mulier. Ne fallaris, ita viuit filius tuus vt viuunt hæ aues. Quæ cum vix protuliſſet, ecce tibi gallum & gallinam ſaltantes in menſa, ac gallus quidem ſtatim cantauit, cantuque oſtendit ſe viuere. Prætor attonitus continuo vocat Sacerdotes, qui cum ciuibus proficiſcuntur ad ſuſpenſum, & inuenerunt eum lætantem, quẽ & parentibus reddũt. Domum reuerſi gallum & gallinam viuos capiunt, atque in Eccleſiam transferunt magna ſolemnitate. Quæ ibi clauſæ, Dei potentiam teſtantes ſeruantur, vbi ſeptennio viuunt,

Cucullus erat tegmen ruſticum ad arcendas pluuias.

uunt, & in fine ſeptennij antequam moriantur, pullum relinquūt & pullam ſui coloris & magnitudinis, & id fit in dicta Eccleſia quolibet ſeptēnio. Magnæ quoque admirationis eſt, quod omnes peregrini hac tranſeuntes qui ſunt innumerabiles, galli huius & gallinæ plumam capiunt, & nunquam illis plumæ deſunt. Hoc ego teſtor quia vidi & interfui plumamque mecum fero. Hæc ille.

7. Addo & tertiam, ſperoque eam tædium non allaturam.

Archangel. l. de Roſario.

In Hiſpaniæ quadam villa ſub ditione Ducis Cataloniæ fœmina quędam addictiſſima lectioni Roſarij, iniuſtè ad iudicem delata tanquam rea criminis cuiuſdam non niſi ignibus expiandi. Miſella licet innocens, ſub tortura crimen fatetur. Data ſententia mortis, ipſa roſarium recitando. V. M. opem efflagitat. In ipſo loco ſupplicij nec roſarium dimittit. Cumque illam à terra eleuare conantur, reſtis fracta eſt, itaque noua accepta, quæ ſimiliter fracta, vt & tertia. Quod iudex admirans & turbatus: Ah (inquit ad mulierem) ſcelerata tuis incantationibus funes omnes deſtruis. Ad quæ ipſa: incantatio mea eſt pia Mariani roſarij lectio, qua me totis viſceribus Virgini commendo. Miraculum agnouit iudex ac liberam dimiſit. Hæc anno Chriſti 1494.

8. Sanctè vita fungitur Carolus Sanctæ Brigittæ filius anno 1398.

Hic Deiparam vnicè dilexit, eique ſolitus erat de beneficijs, priuilegijs & bonis conceſſis vehementer gratulari. Tam erat ardens eius in eam ſtudium vt pro eius dignitate tuenda, & ne quid de ſuis donis minueretur, omnes cruciatus (ſi neceſſe

ceſſe foret) paratus eſſet ſubire. Quid autem ei præſtitit Deipara antequam animam efflaret, & *L.7. Reuelat. c.* in ipſo exitu, & poſt obitum ipſamet narrat *13.* Sanctæ Brigittæ matri, his verbis. Ego, inquit, ſteti propè filium tuum paulo antequam emiſit ſpiritum, vt carnalem amorem non ſic in memoria haberet, quod propter eum aliquid Deo contrarium cogitaret aut loqueretur, nec aliqua Deo placentia vellet omittere. In exitu autem animæ feci vt non tam duram pænam ſuſtineret, quod ex ea inconſtans fieret aliqualiter deſperando, & ne Dei in arcto illo ſpatio obliuiſceretur. Deniq; ita eius protexi animam à dæmonibus, quod nullus eam tangere auderet: ſed mox vt è corpore migrauit, eam accepi in meam protectionem. Quo facto turba dæmonum feſtinanter fugit, qui cupiebant eã deglutire, & æternaliter cruciare. Eodem loco infra teſtatur Angelus Deiparam eidem Carolo contuliſſe quidquid ei deerat in armis ſpiritualibus & indumentis, quæ pertinent ad milites intraturos in regnum cælorum ad ſummum Imperatorem.

Martij 13.

1. ANno 1604. publica fide conſtitit Deiparam curaſſe morbum quendam permoleſtum dictum Scheurbuyck. *Hiſt. Sichimi.*

Laborabat hoc morbo Elizabetha quædam, vxor Zachariæ Auroy in territorio Dieſtemenſi, quo ita malè afficiebatur, vt toto corpore moleſtiſſimas ſentiret punctiones, quas comitabantur plurimæ maculæ atri coloris, daleri magnitudine.

Vnde non modo membrorum omniũ vſu caruit, at inſuper tam grauiter cruciabatur vt nullam quietem, neq; interdiu neq; noctu caperet. Interim continenter inuocabat Deiparam, quod & maiori adhuc animo ac pietate præſtitit, cum audijt eam in monte Acuto varijs varia præſtare beneficia, quò & ſe contulit. Vbi poſtquam preces ei ſuas obtuliſſet, melius habere cœpit, deſieruntque punctiones illæ permoleſtæ. Itaque redijt ad ſuos licet necdum perfectæ ſanitati reſtituta, quam tum vt conſequeretur tam & pro ea quam conſecuta erat gratam ſeſe exhiberet, iterum ad montem Acutum redijt. Neque vero ſpe ſua falſa eſt, nam tam perfectè ſanata eſt, vt negaret ſe in omni vita alias vnquam melius habuiſſe.

Martij 14.

In vita eius.

1. ANno 1518. Turcarum metu vrbe vndique perculſa ad impetrandam contra eos Chriſtianorum principum concordiam Leo 10. miraculoſam Deiparæ imaginem ex S. Maria in porticu allatam, in ſolemni ſupplicatione deferri iubet, quam ipſe cum patribus purpuratis nudis pedibus eſt proſecutus.

Pomponius. Vgonius. Onuphr. &c. Item tẽpli parietes & pictura.

Hæc imago (vt id obiter dicatur) ea eſt quam ad Beatam Gallam illuſtriſſimam & ſanctiſſimã viduam, Symmachi conſulis & Martyris filiam Angeli detulerunt, aureis lineis in lapide pretioſo Zephirino, Angelorum manibus (vt fertur) efformatam, multa luce circumfuſam, quare vehementer ipſa commota, Ioannem pontificem poſtea martyrem tota de re commonefecit. Qui cum

Digitized by Google

cum prodigium viſurus ad eam adijſſet, repentè campanę tota vrbe concreparunt ſuamet ſponte, eas pulſante nemine, viditque ipſe imaginem iſtã in aëre ſuſpenſam, quàm tunc Angeli in pontificis manus depoſuerunt. Eadem imago ſolemni pompa iuſſu Calixti tertij per vrbem circumlata, diuturnam peſtem depulit & cum ea mandante Paulo 2. in Pontificis ſacello illata eſſet, altera die in propria æde collocata diuinitus eſt. Tempore Adriani idem beneficium peſtis depulſæ ſenſere Romani eam in ſupplicatione deferentes. Quo tempore cum Iudæus conuerſo ad tergum vultu Imagini illudit, facies eius auerſa perpetuo ſic hæſit. Iudæa quoque ne imaginem aſpiceret faciem auertens, oculis capitur.

Ex monumentis templi S. Mariæ in porticu.

2. Carnuti ſingulis annis fit ſupplicatio ad oratoriũ noſtræ Dominæ dictæ à Ruina. Noſtre Dame de la Breſche, quo die anno 1568. heretici repulſi & obſidio Carnotenſis ſoluta. Quod oratorium recens exſtructum eſt, cuius loco ante viſebatur Imago Deiparæ quæ à dextro latere tegebat pallio ſuo vim maximam Eccleſiaſticorum ac ciuium Carnutenſium. In altero latere picti erant milites armati in Deiparæ imaginem explodentes, ad memoriam continuandam Hagiomachorum qui anno ſupra memorato, coacti ſunt obſidione ciuitatem liberare.

Hiſtor. Carnut.

3. Anno 1587. à Sixto 5. D. Bonauentura inter S. Eccleſiæ Doctores annumeratur.

De eius ſingulari in Deiparam affectu vide 14. Iulij.

Martij 15.

Dioniſius Rouillardus in ſua parthenica Hiſtoria Gallica.

1. CArnuti in Gallia feſtum Deiparæ in gratiarum actionem ob mirabilem victoriam eius ope contra hæreticos obtentam. Obſidebatur ab ijs Carnutum, quod in ſolius virginis (cuius ſumma religione apud ſe ſeruat induſiū) præſidio ſpem ſuam collocarat omnem, quā irridentes hæretici, blaſphemantes iactabant, nō plus poſſe in ea ciuitate Mariam, quàm olim Dianam Epheſi. At contrarium reipſa expertos fidem fecit rei euentus, nam ſupra portam ciuitatis propè quam obſidionem collocarant, viſeretur imago Deiparæ, contra eam tot vibrarunt tormenta maiora, vt quæ erant circa eam vniuerſa, eorum vi & fulgure obtrita eſſent, illæſa ſemper & intacta imagine, ſpatioque 42. circiter digitorum circum eam. At hîc non ſtetit vis Deiparæ in hoſtes, nam coacti ſunt ab obſidione ceſſare indeque magna ſuorum iactura, internecione, atq; infamia recedere. A qua eorum fuga, iam ſecundò, prato vbi tentoria ſua fixerant nomen inditum eſt gallicum, *les prez des reculez*.

Parte 2. l. 5. num. 144.

2. Refert Hiſtoria Societatis pro fide vita functum anno 1561. P. Conſaluum Silueriantū. Huius viri in plurimis virtutibus erga integerrimā Dei matrem inenarrabilis obſeruātia eminebat. De qua ita ſuauiter, frequenter, magnificè loquebatur (vt Epiſtolæ eius multæ, quas ego vidi, teſtimonio ſunt) vt pręclariſſima tantæ Reginæ exiſtimatione & amore plenum omnino ac redundantem animum ſit agnoſcere.

Hic ad Monomotapæ Regē in Æthiopia profectus

Digitized by Google

ctus, vt gentem illam Cafrorum ad Chriſtũ traduceret in mapali ſuo (quod idem & diuerſorium ei & templum erat) excitauerat aram, in qua Deiparæ perelegantem imaginem propoſuerat. Ibi dum quotidie more ſuo rem diuinam facit, procerum quidam cõſpecta imagine ad Regẽ deferunt, Luſitano Sacerdoti pulcherrimâ domi formâ puellam eſſe. Mittit Rex qui ei renũtiet, vt Coniugem, quam ſecum adduxit ad ſe mittat. Errorem facilè intellexit Pater, & occaſione libenter vſus, vt auſpice Dei Matre Euangelicum opus inchoaret, tabulam pretioſa inuolutã veſte affert ad Regem. Et pauca pręfatus de vno ſummo rerum opifice, de filio eius in virgineo vtero propter hominem concepto, qui idem ſit Deus & homo, rex regum & Dominus dominãtium: Addidit ſe eius non parentem, vt quę cœlum incolat, at parentis effigiẽ omni honore digniſſimã oſtenſurũ. Oſtẽdit itaq; ſummoto integumẽto. Rex eã veneratur proſtratus. Inde per otiũ eã cõtemplãs quo intuebatur attentius, eò maieſtas Virginis barbarum animum magis ac magis imbuebat. Itaque eam à Conſaluo petit inſtanter ſibi vt eam donet. Et pater quo ea honorificentius haberetur ſua manu in cubiculo regio, quod ſacelli in morem aulæo magnifico veſtierat, collocauit, ſperans clementiſſimã parentem aditũ Deo filio in Regis & popularium mẽtes patefacturam. Ac ſanè retulere poſtea Luſitani Reginã cœli poſtea in ea quã tabula referebat ſpecie, luce circũfuſam ſemiſopito regi aſtitiſſe, & viſã eũ affari, at ignota lingua. Quod cũ Rex doleret, didicit à Conſaluo linguã illam eſſe diuinam, quã nemo intelligeret, niſi baptizatus. Itaque tum Rex tum eius Mater

baptizati ſunt. Illum Sebaſtiani in Luſitan. Regis gratiam, hanc Mariæ nomine vt ipſa cœli Regina quemadmodum cœperat, patrocinium eius regni gereret, appellauit. Eius porrò martyrium, vide loco ſupra citato.

Martij 16.

Molanus. 1. NAtale S. Heriberti Archiepiſcopi Colonienſis.

Hic ad Rhenum fluuium prope Coloniam monaſterium Trutienſe in honore Sanctæ Dei matris erexit, Othone Cæſare ſumptus ſuggerente.

Surius. Cum autem dubitaret Heribertus de loco in quo illud erigi deberet, B. V. M. ſe commendauit vt ei locum illum reuelaret, quod fecit pia mater ei apparens, deſignanſque ei locum vbi prius fuerant culti dæmones quem iuſſit mundari, vt vbi quondam (inquiebat illa) abundauit peccatū, ibi iuſtitia regnet in multitudine ſanctorum.

In templo ſeu oratorio huius monaſterij Deiparæ dicato ſepultus eſt.

Martij 17.

1. FEſtum Dominæ noſtræ de Pietate apud Atrebatenſes. Vide 16. Aprilis.

Breuiarium huius Eccleſiæ. 2. Eleuatiò corporis S. Reginæ apud Donium iuxta Valencenas.

Quo hæc ſtudio fuerit aduerſus Deiparam, vide 1. Iulij.

Martij

Digitized by Google

Martij 18.

1. ANno 1586. Pontificatus ſui anno 1. Sixtus 5. Eccleſiam Lauretanam Deiparæ, ex collegiata cathedralem facit. Vide 24. April. *Turſellinus.*

2. Natale S. Cyrilli Hieroſolymitani Epiſcopi.

Hic ſede ſua pulſus eſt quod filium Deo Patri conſubſtantialem contra Arianos aſſereret. Fuiſſe autem eos Dei matri cōtumelioſos patet, ſi enim filius eius nō eſt Deus, Deoq; patri conſubſtantialis, ſequitur eam non eſſe Dei genitricem. *Theodoretus l. 2.*

Idem occaſione ſumpta ex ſigno Crucis lucidiſſimo apparente à monte Caluariæ vſque ad montem Oliueti, literis ſcriptis ad Conſtantium Imperatorem, eum ad rectam tum filij conſubſtantialis patri, tum SS. V.M. Dei fidem cohortatus eſt.

Idem Catecheſi 12. conuincit tam Græcos quàm Iudæos non fuiſſe impoſſibile Chriſtum de Virgine Maria naſci. Et quidem vtroſque ex ipſorum doctrina. Qui inquit ex cerebro Iouis natam filiam fabulamini, quomodo ex vtero virginali naſci aliquem impoſſibile dicitis eſſe. Qui de femore veſtri Iouis prognatum Bacchum falsò eſſe dicitis, cur noſtram veritatem reijcitis? Iudæos verò ſic aggreditur. Vtrum eſt difficilius ſenem & ſterilem muliebribus iam deficientibus parere, aut virginem iuuenem generare. Sterilis erat Sara & muliebribus deficientibus præter naturā peperit. Igitur cū & ſterilem & virginē parere ſit præter naturā aut vtrumq; nega aut vtrūque concede. Idem enim Deus vtrumque operatus eſt. Neque enim audebis dicere, quod illic quidem poſſibile, hic autem impoſſibile Deo.

Iterum. ô Iudæi vtrum difficilius eſt virgam in animal mutari? At id à tempore Moſis factum, & ipſe animal illud fugiebat, licet enim ante virga fuiſſet, dentes tamen habebat & oculos, vtpote draco.

De virga itaque oculi pullularunt, & de vtero virginis puer non naſcetur. Affert & de virga Aaron, quæ vna nocte floruit & fructum tulit, Tum quærit. Quo igitur virgæ propter tipicum ſummum Sacerdotem præter naturam fructum dedit; nunquid Virgini vt verum ſacerdotem ſummum pareret, hoc non conferret? Iterum quæro à Iudæis. Eua ab initio de quo nata eſt? Quæ mater concepit illam, quæ matrem non habuit? dicit enim ſcriptura quod de Adam latere facta eſt. Nunquid ergo Eua de latere viri ſiue matre naſcitur; de virginali autem vtero ſine viro, nihil naſcetur: Mutuata eſt à viris fœmineo generi gratia. Eua enim ex viro nata eſt & non ex matre concepta, ſed ex ſolo viro tamquam parte edita. Reddidit igitur Maria Gratiæ huius mutuum officium, & non ex viro, ſed ex ipſa ſola impollutè, ex ſpiritu ſancto, virtuteque Dei peperit. Vide cætera exempla longè efficaciſſima ad probandum, quod hic SS. pater intendit.

Martij 19.

1. FEſtum S. Ioſeph ſponſi Deiparæ Virginis, quo die veriſimile eſt id contigiſſe quod habetur in antiquo eius officio ad Completorium.

Felix

Fælix quem in vlnis
Jeſus cum Maria
Tenuit cubantem
Dum in agonia ſpiritum efflaret
Ac directa via
Tenderes ad patres
Functus vita pia.

Fuit Ioſeph cuſtos & teſtis virginitatis Sanctę Mariæ. Fuit Chriſti Domini nutritius, fuit virgo vt paſsim traditur à SS. Patribus: Hieronymo contra Eluidium, &c. Ecce quot titulis ſpectat S. Ioſeph ad B. Virginem. Fuit autem Ioſeph faber, inclinatque Hilarius canone 14. in Matt. Fuiſſe eum fabrum ferrarium, vnde & Chriſtus ipſe faber dictus, & Maria fabri vxor: quamquam communis opinio aſſerat eum fabrum lignarium fuiſſe.

Græci eius commemorationem faciunt 26. Decembris. *Ita Menologiũ.*

2. Anno 1513. Romæ coronatur Leo 10. Pontifex maximus.

Hic cunctas ſuperiorum Pontificum indulgẽtias, immunitates, beneficia Lauretanæ ædi conceſſa rata eſſe diplomate iuſsit, atque alia conceſsit. Lauretanã Eccleſiam collegiatã conſtituit. 12. ibi canonicos, totidemque ſacerdotes aſsiduos, quos manſionarios dicunt, cõſtituit. Omnes porro Indulgentias ſtationum Romanarum ædi Lauretanæ conceſsit. Votum adeundi ſacram illã ædẽ noluit diſpenſari, ac quinq; alijs vulgò excipi ſolitis aggregauit. Eandẽ ædẽ egregijs ornamẽtis doniſq; decorauit. Vide Hiſt. Turſellini l.2.c.17.

Extrin-

Digitized by Google

Extrinſecus ſacellum pretioſo marmore candido veſtiuit, quod opus Chriſti vicario dignum ſanè eſt, dignum ipſius loci maieſtate, Lauretum mœnibus cinxit. Vide de eo 14. huius.

3. Anno 1535. Dominā Mauriqua de Lara ſoror Ducis Naiaræ præſenti vitæ diſcrimine eximitur.

Vehebatur hæc lectica ad Deiparam Montiſſerrati, quo in itinere contigit mulos pede fallente præcipites ferri deorſum per ſaxa rupeſque in locum vbi nulla erat ratio eos iuuandi, neque ſupradictam Dominam quæ eo vehiculo includebatur. Itaque enixè Deiparam rogat vt pro ſua in omnes pietate ſibi adſit ad ſanctam ædem ſuā peregrinanti. Adfuit Virgo, à qua id effectum eſt vt muli ſtarent in rupe immobiles, in qua humanitus nemo conſiſtere poſſet. Quod ita iudicatum ab ijs qui eius miraculi teſtes fuere. Itaque abſque damno vllo egreſſa eſt ſana & incolumis, cœptumque ad Deiparam proſecuta eſt iter.

Martij 20.

Ex Attilio Serrano l. de 7. vrbis Eccleſijs.

1. ROmæ in templo S. Crucis, in ſubterranea eius capella à Sancta Helena erecta, oſtēduntur crines Deiparæ, idque ſolis fæminis, & ſemel in anno dumtaxat.

2. Feſtum S. Ioachimi parentis noſtræ SS. Deiparæ, quod ritu duplici mandato Gregorij 15. Eccleſia Romana modo celebrat, quod diu ante Sacer ordo D. Franciſci eodem ritu & die celebrabat approbante Pio 5. Porro quicquid laudum affertur à SS. PP. de hoc glorioſo Patriarcha,

Digitized by Google

triarcha, id omne ad laudem pertinet Virginis filiæ, quam ex Anna matre, miraculosè ſuſcepit.

In martyrologio locupletato notis Petri Galeſini habetur diem S. Ioachimi Natalem agi 20. Martij ex inſtituto Iulij 2. Pontificis. Alibi (eodem teſte Galeſino) feſtum hoc celebratur 16. Octobris. Apud Curienſem vero Eccleſiam ſeruatur 9. Decembris. Græci vero illud agunt 9. Septembris. Vide Menologium Baſilij. Obſeruãdum hîc nullius SS. veteris teſtamenti feſtum Eccleſiam hactenus celebraſſe ſolemni officio, præter Machabeorum ſeptem fratrum, ac S. Annæ (vt obſeruauit Cornelius Scultingius) quibus adde modo feſtum S. Ioachimi, vt dictum ſupra, quod propter filiæ vtriuſque (Deiparæ ſcilicet) excellentiſſimum meritum, diuino factum concilio, non eſt dubitandum. *In Bibliotk. Eccleſ. t. 2 p. 1.*

3. Anno 1227. Gregorius nonus creatur ſummus Pontifex.

Hic ordinem S. Mariæ de redemptione captiuorum ſeu de Mercede à Iacobo Aragoniæ Rege inſtitutum firmat anno 1230. Extat diploma datum Peruſij 16. Kal. Febr. *Hieron. Blanca & alij.*

Idem alium ordinem ſub alia tutela, cui nomẽ S. Mariæ à Monteſa ab eodem Rege erectũ ſua authoritate conſtabilit. Vterque ordo eſt militaris. Ille redimendis captiuis incumbit, habitum induit album cum nigra cruce. Hic rubenti cruce vtitur.

Martij

Martij 21.

1. NAtalis dies S. Benedicti.

Hic in Occidẽte omniũ fere religioſorũ ordinum auctor, in quibus ſub particulari B. V. M. patrocinio numerantur: Cluniacenſis, Carthuſienſis, Guillelmitarum. Oliuetanorum, Valliſcholarium. Item ordines duo ſeculares, Militum de mercede & de Auis.

Idem S. Mauro in Galliam proficiſcenti inter cæteras reliquias, dedit de ſacris pignoribus SS. Deiparæ Virginis, per quas plurima deinceps miracula patrata ſunt.

In vita S. Mauri. Idem non procul à monte Caſſino erexit monaſterium nuncupatum Sancta Maria Morrebotta, vel à portiuncula vt conſtat ex priuilegio quodam Eugenij 4. Inde poſtmodum nomẽ accepit eiuſdem ordinis monaſterium Aſſiſy in Vmbria ædificatũ, quod ſimiliter S. Maria portiuncula dictum eſt, quodque Abbas ac religioſi tradiderunt D. Franciſco.

2. Anno 1618. vita excedit Iacobus Blaſeus ex ordine Diui Franciſci Epiſcopus Audomarenſis.

Hic ibidem Deiparæ hortum inſtituit & magna ex parte dotauit, annuo ei aſſignato prouentu circiter bis mille quadringentorum florenorum. Hîc plus quinquaginta puellæ pauperes aluntur gratis, & docentur primùm quidem quæ ad fidem ac Dei cultum ſpectant, tum varia miniſteria puellis apta, coquere cibos, ſuere, nere & cætera. Sed & ad externas puellas ſeſe profert huius loci magiſtrarum induſtria,

induſtria, quas docent legere, ſcribere, aliaque illi ſexui propria exercitia, idque bis in die & gratis. Earum numerus eſt circiter 150. Dominicis porro diebus accedunt ancillæ aliæque, quibus feriatis minus vacat, quæ præter capita fidei Chriſtianæ, docentur etiam legere & characteres formare. Vt autem aliqua in hunc Deiparæ hortum admittatur, oportet ſit verè pauper, egeat inſtructione & doctrina, legitimis natalibus orta, & ex Diæceſi Audomarenſi.

Anno 1227. Romæ ad S. Petrum coronatur Pōtifex Gregorius 9. Vide de eo diē præcedētē.

Martij 22.

1. NAtale S. Catharinæ Suedæ filiæ D. Brigittæ anno 1381. quo anno incidit profeſtum Anuuntiationis Deiparæ in hanc diem. *Surius t. 2.*

Hæc maternæ pietatis hæres magnam ſibi in Dei parente fiduciam ponebat. Cum de rebus ſpiritualibus conſuleretur opem eius implorabat, ſalutationemque Angelicam tunc tacitè recitabat, idque non ſine effectu exauditionis, nam quædam mulieres, quæ eius conſilijs ita ab ea traditis paruerunt, ab infeſtiſſimo dæmone ſunt liberatæ. Cum vero Roma in patriam rediret, domeſticus quidam eius è curru lapſus, rotis incurrentibus in coſta adeo attritus eſt vt ægrè animam duceret, quem ipſa, ſalutatione Angelica ſuo more recitata, & quaſſato hominis latere leuiter contrectato incolumitati adeo reſtituit, vt eodem die quolibet lætus diſcurreret.

Eadem

Eadem cum Romæ matri ſuæ S. Brigittæ adeſſet, tantoque reuiſendæ patriæ ſuæ deſiderio teneretur, vt nec matri ſuæ eam retinenti obſequi vellet, grauiter à B.V.M. reprehenſa eſt. Ergone (inquiebat) ego tibi opituler, quæ neque Deo, neque mihi, neque matri, neque confeſſario cedis & obedis? Reſipuit Catharina & ad obediẽdum promptior reddita eſt.

Io. Vaſtanius. Non omittendum ſtupendum miraculum per huius diuæ merita: Accidit vt Catharina Romę exiſtente tanta Tiberis eſſet inundatio, vt Romani vrbis interitum timerent. Itaq; ad S. Catharinam aduolant, orãt inſtantiſſimè ne grauetur cum ipſis ad ferocientem fluuiũ deſcendere, ſuas preces illi oppoſitura. Illa verò fuſis lachrymis, indignitatem ſuam palàm faciens, quamlibet pio illi officio ſatisfacere detrectauit. Tum verò Romani vel inuitam (vide eorum fidem) domo exportatam ſæuientibus vndis obiecere. Mox vt illa pedibus aquas attigit, confeſtim retrorsũ abiere, nec amplius alueum ſuum ſuperare ſunt viſæ. Hic ſtupere omnes, immenſamque creatoris laudare potentiam qui tam mirabilia in vndis etiam operari, ſanctorum ſuorum miniſterio dignatur.

Martij 25.

1. ANno 1555. vita fungitur Iulius 3. Hic ædis B.M. Lauretanæ priuilegia, & immunitates, ſua firmauit authoritate. Inſuper Laureti collegium Societatis Ieſu inſtituit. Sacrã templi ſupellectilem auxit, nonnullaque alia fecit quæ videre eſt in Hiſt. Turſellini l. 3. c. 12.

Idem

Digitized by Google

Idem per Vicarium ſuum Philippum Archintum ſanxit vt Diocletianæ thermæ in templum SS.V.M. & 7. Angelorum dicarentur. Itaque 15. Auguſti thermæ per Epiſcopum Sebaſtenum in honorem SS. Mariæ Angelorum & Martyrum ſunt dicatæ, duæ aræ ibidem erectæ, & ſacra quotidie celebrari cœpta. Templum porrò iſtud Deiparæ, tum ſpatij magnitudine tum ſtructurę immenſitate, tum inſigni forma ac perfectæ crucis figura eſt in primis admirabile ac præclarum, altiſſimis fornicibus ac ingenti luminis claritate iucundum, denique multorum millium Martyrum ſudore qui in hac ingenti mole conſtruenda more ſeruorum laborare cogebantur, ſanctum ac venerabile, ac pręcipue Deiparæ memoria inclitum & celebre. Qui de his thermis in Deiparæ templum verſis plura cupit, conſulat Marcellinum l. 10. Bartholomeum Marlian. l.5. Tipographiæ vrbis c. 20. & Andream Fuluium in Thermis Diocletianis. Inde diſcet eas immenſa plane mole extitiſſe, & præ incredibili magnitudine in modum prouinciarum extructas, quibus quidem extruendis ad quadraginta millia Chriſtianorum ſeptem annos laborarunt.

2. Deiparæ precibus quidam præſenti vitæ diſcrimine in mari liberantur.

Cum anno 1584. vectores quidã quos recenſet nominatim Hiſtoria Montiſſerrati, tenderẽt Ianua Barcinonem in naui cui nomen à S. Maria de Roſario, tanta facta eſt procella vt malus nauis frangeretur, vela auolarent, ac nauis pluribus locis hians aquam vndique colligeret, quæ iam circiter ad altitudinem 18. palmorum eam impleuerat. Actum itaq; erat de omnium ſalute

niſi ſe

niſi ſe Deiparæ ſupplices ſtetiſſent. Quod vbi factum ab ijs, ſubitò ventus conticuit, ac mare in priſtinam tranquillitatem redijt.

3. Anno 1606. vita fungitur vir clariſſimus Iuſtus Lipſius.

Cap. 1. De ſuo erga Deiparam ſtudio ita ipſemet in Diua Hallenſi. A prima adoleſcentia D. Virginis amorem & cultum indui, eamque patronam mihi & ducem in periculis, in moleſtijs, in omni vitæ curſu elegi, etiam in ſtudijs. Et ſi quid accuratius pangendum aut dicēdum publicè eſſet, vbi famæ vel memoriæ res agebatur, precibus & votis ad eam iuiſſe me fateor, & fælici ferè ſucceſſu. Itaque vt primùm licuit in ſodalitium eius, nomen etiam dedi, & in hac item vrbe (Louanium intelligit) frequens honeſtumque eſt: cui Patres Societatis IESV præſident, diriguntque. Paulò poſt iſta ſubijcit. Cum Hallas D. Virginis templum adij, ac preces fudi, ſenſi trepido quodam gaudio & mixta veneratione corpus, animumque percelli, & palam in loco numen eſſe, quod vel ignaris mentibus ſe ſuperfundat. Tandem cum ad tabulas ac diuinæ potentiæ monumenta oculos circumferret, inter tot miranda ſubijt (inquit) illud mirari, nondum fuiſſe, qui ea ſcripto complecteretur, & Dei ac Virginis gloriæ diuulgaret. Incidit mihi cupido fateor: cupido? Quam voto etiam adſtrinxi.

Capite vltimo Diuæ Hallenſis ita illam compellat. Tu illa Regina cæli, terræ, maris ſupra quam nihil niſi Deus eſt. Luna ab ipſo ſole proxima quam precibus imploro atque inuocò, publicè ac priuatim tuere nos & reſpice. Vides publice iactari 40. iam fere annis fluctibus bello-

rum

rum ciuilium : placa illud mare ô Maria, & auulſos à nobis, in veterem Societatem, amorem, fidem compelle, priuatim etiam nos ipſos vitijs aut delitijs fractos, emenda, erige, & ad virtutem ac robur illud traductos, te dignos clientes, cælo dignos incolas effice. Quæ omnia per te vis ô Bona, per filium autem potes ô Magna, ô Admiranda in æternum.

Peregi. Ipſum tamen me, & hoc quidquid ingenij ac ſtili eſt iterum tibi do, dico, conſecro, quod ex animo feci ante biennium pennâ argenteâ in templo ante aram tuam ſuſpenſa cui hos verſus ſubſcripſi.

Hanc diua pennam interpretem mentis meæ
Per alta ſpatia quæ volauit ætheris,
Per ima quæ volauit & terræ, & maris
Scientiæ, prudentiæ, ſapientiæ.
Operata ſemper. Anſa quæ conſtantiam
Deſcribere & vulgare, quæ ciuilia
Quæ militaria atque poliorcetica
Quæ Romæ, magnitudinem adſtruxit tuæ
Variaque luce ſcripta priſci ſæculi
Affecit & perfudit: hanc pennam tibi
Nunc Diua, merito conſecraui Lipſius.
Nam numine iſthæc inchoata ſunt tuo
Et numine, iſthæc abſoluta ſunt tuo.
Porro ô benignitatis aura perpetim
Hæc ſpiret, & famæ fugacis in vicem
Quam penna peperit, tu perenne gaudium
Vitamque, Diua Lipſio pares tuo.

Poſt Diuam Hallenſem dedit Sichemienſem pari pietate, atque aduerſus eam affectu,

K in

in qua & varijs locis teſtatur quàm eam ardenter adamarit, & quàm lubens in eius laudes excurrerit, quantaque animi fiducia ſe ei commendarit afflictamque iſtam patriam. Vide cap. 1. 2. 3. & vltimum, in quo verſu Sapphico pro patria preces.

Martij 24.

1. Vigilia à Gregorio 2. inſtituta.

2. Minoritæ celebrant tanquam duplex maius, feſtum Archangeli Gabrielis, Deiparæ tutelaris, vnius è præcipuis aulæ cæleſtis principibus ac Seraphinis vt probat P. Ludouicus Molina.

In 1. parte.

2. Hodie SS. Deipara Hieroſolymis paſcha celebrat in eadem domo qua Chriſtus. Matrem, inquit Metaphraſtes, iubet habere curam mulierum, quæ ei miniſtrabant, tanquam per eam ipſas benignè accipiens & ſimul cum eis veſcens, & ſic pro miniſterio eis referens gratiam. Ipſe interim cum diſcipulis recumbens quibus myſteria tradit & humilitatis ſummæ doctrinam docet.

Hiſtor. Turſellini l. 1. c. 24.

3. Anno 1455. Moritur Nicolaus 5. ſummus Pontifex.

Hic Lauretanam ædem plenaria Indulgentia die Annuntiationis decorauit, cauitque ſub pæna excommunicationis, ne Recinetenſis Antiſtes Lauretana dona in alios vſus conuerteret.

4. Tranſlatio corporis Beati Ludouici Bertrandi, Dominicani.

Quàm hic ſtudioſus extiterit Deiparæ vide 19. Octobris.

Martij

Digitized by Google

Martij 25.

1. FEſtum gaudioſæ Annuntiationis qua, Deiparæ annuntiatum ab Angelo fore eā Dei matrem, neque annuntiatum dumtaxat, ſed reuera hodie effecta eſt Dei Mater vbi, primum conſenſit Angelicis verbis, optataque illa ab vniuerſis protulit verba: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Eo enim inſtanti verbum diuinum in eius Virgineo vtero caro factum eſt. Eo inſtanti Spiritus Sancti virtus ex puriſſimis eius sāguinibus formauit corpus Chriſti, aptauitque ad animam à Deo creatam recipiendam. Eſt autem hoc Incarnationis & Annuntiationis myſterium & ita eximium, vt non ignobilis Theologus aſſerat hanc ſolemnitatem (ſiquidem quod in ea geſtum eſt, ſpectemus) ſolemnitatibus alijs quæ ad Deiparam, quæque ad Chriſti humanitatem ſpectant dignitate præcellere, ac propterea diei annuntiationis accommodari poſſe illud numer. 28. Dies prima venerabilis & ſancta erit. Quemadmodum id probet vide apud P. Spinelli c. 8. n. 14.

Frāciſcus Mayronis in quodam ſermone de iſto feſto.

Eſt autem hoc feſtum antiquiſſimum, vtpote ab Apoſtolis inſtitutum, quod probat Pater Bonifacius in Hiſtoria virginali l. 2. c. 5. Certè antiquiſſimi Patres de eo homilias ad nos tranſmiſere, in quibus eſt Gregorius Thaumaturgus, qui anno 230. florebat. Sequitur vt dicamus de ijs qui feſtum iſtud in primis coluere, & de honore, myſterio iſti hac ipſa die, exhibito varijs modis. Inſuper de miraculis factis.

Maffeius l. 5. Hiſt. Indic.

2. Alphonſus Albuquertius, Emanuelis regis

in qua & varijs locis teſtatur quàm eam ardenter adamarit, & quàm lubens in eius laudes excurrerit, quantaque animi fiducia ſe ei commendarit afflictamque iſtam patriam. Vide cap. 1. 2. 3. & vltimum, in quo verſu Sapphico pro patria preces.

Martij 24.

1. VIgilia à Gregorio 2. inſtituta.

2. Minoritæ celebrant tanquam duplex maius, feſtum Archangeli Gabrielis, Deiparæ tutelaris, vnius è præcipuis aulæ cæleſtis principibus ac Seraphinis vt probat P. Ludouicus Molina.

In 1. parte.

2. Hodie SS. Deipara Hieroſolymis paſcha celebrat in eadem domo qua Chriſtus. Matrem, inquit Metaphraſtes, iubet habere curam mulierum, quæ ei miniſtrabant, tanquam per eam ipſas benignè accipiens & ſimul cum eis veſcens, & ſic pro miniſterio eis referens gratiam. Ipſe interim cum diſcipulis recumbens quibus myſteria tradit & humilitatis ſummæ doctrinam docet.

Hiſtor. Turſellini l. 1. c. 24.

3. Anno 1455. Moritur Nicolaus 5. ſummus Pontifex.

Hic Lauretanam ædem plenaria Indulgentia die Annuntiationis decorauit, cauitque ſub pæna excommunicationis, ne Recinetenſis Antiſtes Lauretana dona in alios vſus conuerteret.

4. Tranſlatio corporis Beati Ludouici Bertrandi, Dominicani.

Quàm hic ſtudioſus extiterit Deiparæ vide 19. Octobris.

Martij

Digitized by Google

Martij 25.

1. FEſtum gaudioſæ Annuntiationis qua, Deiparæ annuntiatum ab Angelo fore eã Dei matrem, neque annuntiatum dumtaxat, ſed reuera hodie effecta eſt Dei Mater vbi, primum conſenſit Angelicis verbis, optataque illa ab vniuerſis protulit verba: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Eo enim inſtanti verbum diuinum in eius Virgineo vtero caro factum eſt. Eo inſtanti Spiritus Sancti virtus ex puriſſimis eius ſãguinibus formauit corpus Chriſti, aptauitque ad animam à Deo creatam recipiendam. Eſt autem hoc Incarnationis & Annuntiationis myſterium & ita eximium; vt non ignobilis Theologus aſſerat hanc ſolemnitatem (ſiquidem quod in ea geſtum eſt, ſpectemus) ſolemnitatibus alijs quæ ad Deiparam, quæque ad Chriſti humanitatem ſpectant dignitate præcellere, ac propterea diei annuntiationis accommodari poſſe illud numer. 28. Dies prima venerabilis & ſancta erit. Quemadmodum id probet vide apud P. Spinelli c. 8. n. 14.

Fräciſquis Mayronis in quodam ſermone de iſto feſto.

Eſt autem hoc feſtum antiquiſſimum, vtpote ab Apoſtolis inſtitutum, quod probat Pater Bonifacius in Hiſtoria virginali l. 2. c. 5. Certè antiquiſſimi Patres de eo homilias ad nos tranſmiſere, in quibus eſt Gregorius Thaumaturgus, qui anno 230. florebat. Sequitur vt dicamus de ijs qui feſtum iſtud in primis coluere, & de honore, myſterio iſti hac ipſa die, exhibito varijs modis. Inſuper de miraculis factis.

Maſſerus l. 5. Hiſt. Indic.

2. Alphonſus Albuquertius, Emanuelis re-

gis Luſitaniæ in India ad Orientem prætor, impensè myſterium & diem iſtū colebat, ideoq; Virgini Annuntiatæ templū ex hoſtium manubijs Malacæ erexit. Aliud eidem Virgini in vrbe Goa ædificauit, in memoriam accepti ab ea beneficij, dum enim ex Arabia Liuianum inuehitur ſinum, cum extremo ſalutis diſcrimine in Sirtes impactus eſt, ſaluti fuit imploratum Virginis auxilium.

3. Margareta Auſtriaca Philippi Hiſpaniarum regis eo nomine tertij cōiunx ſolita erat hoc diè manibus proprijs epulum præbere nouē mulieribus pauperibus in memoriam nouem feſtorū Deiparæ, cuius piæ conſuetudinis per omnem vitam fuit obſeruantiſſima.

4. Sereniſſima Iſabella Clara Eugenia Auſtriaca, magni Regis Philippi 2. filia, Sereniſſimique Alberti Belgarum Principis coniux, duodecim pauperibus cibum præbet. A cibo veſtibus eos donat, induſia, aliaq; vitæ neceſſaria largitur, addita ſingulis burſa cum aureo nummo trium florenorum. Ad extremum eos roſario impertit, vt ſic eos ad Beatæ Virginis cultum inducat. Quę eadem pietatis ac munificentiæ exercitia in honorem Chriſti repetit die Iouis ſancto.

5. Anno 1611. pulſis Deiparæ auſpicijs à Philippo 3. Maurorū reliquijs ex vniuerſa Hiſpania inſtituitur ſupplicatio in gratiarum actionem, cui tum Rex, tum regina interfuere.

In vita Reginæ Margaretæ c. 20

6. Mediolani ſumma cum celebritate agitur hoc feſtum, ſummoque populi concurſu qui eo die vndequaque confluit ob perpetuam Indulgentiam à Pontifice in forma Iubilæi conceſſam tum templo cathedrali, tum maiori hoſpitali, ita

vt

vt alternis annis, modò ad illud modo ad hoc populus ſeſe conferat.

7. Florentiæ viſitur templum inſigne Beatæ Mariæ, Annuntiatæ dicatum, populorũ frequentia & miraculis in primis celebre. In eo Deiparæ Annuntiatæ imago coloribus à pictore exprimi cæpta eſt, Angelica vero manu eiuſdem Virginis vultus delineatus exiſtimatur.

*Templum hoc multis gaudet priuilegijs, ſuntque in ea ſumm. Pontificum, Regum, Principũ atque omnis generis mortalium imagines in tholis ſuſpenſæ. Item varia inſignia ac donaria ex auro, argento, cera, pannis, ita vt ipſam ædem ſacram compleant.

Præter hoc templũ, etiam ibidem Cathedrale à S. Maria denominatur nuncupaturq; Mariæ Floridæ, quod eſt magnificentiſſimum.

Tertium idq; ſummum B.M. Reparatæ appellatur, quod ob regiam eius & ciuitatis magnificẽtiã, Eugen. Papa 4. Octauo Kal. Apr. hoc eſt die Annuntiationis anno 1436. ſolenni pompa dicauit. Eius quippe cauſa pons ligneus egregio ornatu apparatus, eductuſq; in altũ, & ab Eccleſia FF. Prædicat. S. Mariȩ Nouellæ vbi Põtifex agebat, ad hãc vſq; Eccleſiã productus, ituris Põtifici Max. Cardinalibus, Epiſcopis, cæteriſq; proceribus, qui alia, ob incredibilẽ populi cõcurſum nõ poterant, viã præbiturus: In hoc eodem Deiparæ templo ann. 1431. ab eodẽ Eugenio Põtifice cõtra Græcos coactum eſt, & tandem vnio Orientalis Eccleſiæ cum Romana facta eſt 6. Iulij.

De hoc ponte V. Fuſius tom. 16. Brouij ad anno 1436.

8. Romæ itẽ eſt ſacra ædes S. Mariæ Annuntiatæ prope Obeliſcum. S. Machuti ſic dicta à proximo D. Machuti templo. Illic eſt Collegium

Societatis IESV quod anno Domini 1551. tenuibus initijs cæptum. Et quemadmodum Beata Virgo eos,qui in Collegio iſto literis dãt operam ex omni natione quę ſub cęlo eſt, amicè excepit, ita & excepit eos,qui proximorum vacant ſaluti, quales ſunt patres profeſſi, nam in ſuo templo ad radices Capitolij, quod S. Maria à prata dicebatur,noſtros excepit; vbi fundata eſt domus profeſſa Romana. Porro templum illud Annũtiatæ Collegij Romani, Illuſtriſſimus Cardinalis Ludouiſius Gregor. 15. nepos in aliud longè ſplendidiſſimum, & quod nulli fortaſſè in tota Italia cedet, commutat.

9. Beatus Ignatius Societatis IESV parens anno 1522. noctem huius feſti Maureſæ in templo Deiparæ, ad eiuſdem aram coram eius imagine, totam venerabundus exegit, modo ſtans, modo in genua procumbens ex intimis animi viſceribus ſe Virgini commendans, ac ſuperioris ætatis vitia deflens, totum ſe toto pectore vni Deo,cui in poſterum militaret deuouẽs,ſub Virginis protectione nouam vitam atque militiam auſpicatus eſt.

Frãciſcus Coſterus, Bencius, & ex ijs Locrius. Bonifacius l. 2. c. 4.

10. Anno ſalutis 1587. Die Annuntiationi Virgineæ ſacro eiuſdem ſtatua in priorem ſuam ſedem Antuerpiæ reſtituta.

Res ita ſeſe habet ex Bencio. Vrbs Antuerpia ſub Mariæ Dei matris patrocinio ferè nata olim, creuitque, & extabat argumentum in prætoriæ domus pariete,collocata ipſius effigie in marmore. Quam auctu,deinde rerum viriumque noua extructa domo,cum ſuſtuliſſent Architecti, aut obliuione reliquerunt aut contemptu. Coloſſus pro ea poſitus informi magnitudine.Ex eo omnia

in

in peius ruere viſa huic vrbi. Nunc diuina tandem ope reſtitutâ Antuerpiâ, Collegio Societatis IESV ornatâ, honeſta denique piorum ſodalitate, conſilium ceptum, Deo aſpirante, approbante ſenatu, perturbato monſtro in priorem ſuã ſedem cæli reginę reſtituendæ. Eius ſtatua facta eſt Sodalium impenſa, pedum 14. altitudine. Hęc cum die Annuntiationis regali corona ſceptroque inſignis, triumphali eſſet thenſa è templo Societatis IESV educenda, viſum eſt increbreſcente pluuia cælum inhorreſcere, exultare certatim gaudio hæretici, per confectam volitare multitudinem, quæ ad pompam confluxerat, illicere plebem, ſuperſtitiones ac idololatriam Ieſuitarum damnari cæli voce iactantes: ſed non eſt ſemper nec diu fælix iniquitas. Vt omnem ſibi ignarum vulgus exemptum ſcrupulum putaret, eo ipſo temporis veſtigio, quo efferebatur, ex turbido die cum ſerena lux & tranquilla redijſſet, adſtructus eſt fauor diuinis numinis, & inſanus maledicentium furor obſtructus.

11. Ad honorem etiam huius feſti facit inſtitutio equitum ſub titulo Annuntiationis Deiparæ. Eius ordinis auctor Amedæus Allobrogũ Dux anno 1356. qui equitibus ſingulis torque ex auro ſolido comparata ac tribus hiſce vocibus; fert, fert, fert, triplici vinculo amantium ritu innodato, applicitis inſcripta & Annuntiationis virgineæ imagine ad pectus pendula coruſcante, Annuntiatorum ordinem ſub Deiparæ patrocinio excitauit & donauit. Iſtorũ verò monoſyllaborum inſcriptio hanc habet ſignificationem. Litera F, id eſt, fortitudo. E, id eſt, eius. R, id eſt, Rhodum. T, id eſt, tenuit, quod idcirco addi-

Belleforeſt in Annalib. Franciæ ad Ludouic. 11.

didit,eo quod anno 1311. profligandis ex Rhodo inſula Mahumetanis, non parum præſidij equitibus Hieroſolymitanis contuliſſet Amedæus magnus, Allobrogum comes eius præceſſor. Atque ita eius glorioſum facinus voluit poſteritati innoteſcere, ſed non alio quam Annuntiationis Deiparæ inſigni. Quomodo S. Raymundus hoc feſtum honorari curarit vide Ianu.6.nu.11.

12. Huc etiam ſpectat ordo Annuntiatarũ Virginum à B. Ioanna filia Ludouici 11. ſorore Caroli 8. & coniuge Ludo. 12. Galliæ regum anno 1501. inſtitutus. Vide Nicolaum Gazeum in Chronico ordinis huius, & ſupra 4. Februarij.

Editum eſt anno 1607.

Iuſtus Lipſius.

13. Anno 1603 Sichemij in Aſpero colle paralyticum ſanat Deipara, qui eo vectus in curru cum præ turba ad aram accedere non poſſet, ad illum imago defertur, quam poſtquam piè eſſet oſculatus & corde & ore ſupplicaſſet, ſtatim ambulare cæpit fulcris nixus, quibus ſcipio ſucceſſit, & ſcipioni mox pedes ſoli. Ambulauit itaque more ſolito, & priſtinus membris omnibus redijt vigor, qui ante, os duntaxat & caput mouere poterat.

Huc referri poſſunt quæcumque miracula patrata ſunt à Deo per Aue Maria & ſalutationem Angelicam, ſeu roſarium quod quidem aliud nõ eſt quam eiuſdẽ ſalutationis certa repetitio. Nonnulla attulimus in noſtra lucubratiuncula gallica cui titulus: Decem ſtimuli aut rationes quibus ſuadetur frequens recitatio ſalutationis Angelicæ.

Porrò quàm Deiparæ grata accidat ſalutatio Angelica docent ſequentia.

Cum

Cum paupercula quædam gregem paſceret propè ædiculam B. V. M. ſacram ſed deſertam in quâ ſola Virginis effigies viſebatur inculta, frequenter deſiderabat locum purgare & imaginem decorare. Verum ob inopiam cum id minimè poſſet, eidem Virgini deſiderium id prę ſtandi offerebat, & ornamentorum loco ſalutationem Angelicam frequenter ingerebat. Tandem febri correpta & morti proxima didicit quam grata ei accidiſſet & ſalutatio Angelica frequentata, & pius eius imaginis ornandæ affectus. Adfuit enim morienti tribus turmis beatarum virginum ſtipata, In 1. ordine erant quæ virginitatem ſine voto ſeruarant. In 2. quę votum addiderant. In 3. quæ & virgines & martyres extiterant. Inter has M.M.VV. regina non horruit exile tuguriolum in quo iacebat clientula, eamque ſuo & ſui comitatus aſpectu affatuque mirifice ſolata, paulo poſt expirantis animam inter maternos receptam amplexus, ſerto pulcherrimo redimitam triumphantis in morem cęlo glorioſam intulit.

Neque vero integra dumtaxat ei placet ſalutatio Angelica ſed etiam eius dumtaxat particula.

B. Gertrudis ſanctimonialis. S. Benedicti lecto affixa ob infirmitatem, dolenſq; quod integram Deiparæ coronam pro more recitare nequiret, ſtatuit hæc tantum verba, Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, pronuntiare, expendendo cum affectu myſteria & virtutes virginis. Quod dum facit, ſtatim ei apparuit B. V. amicta pallio viridi, in quo pręter alios flores reſplendebant roſæ conſtantes ſex folijs, quorum tria quaſi aurea diuerſis gemmis exornata, alia tria indicibili *L. 4. Inſinuat. c. 49.*

colo-

colorum varietate pulcherrimè diſtincta erant. Intellexit autem tribus primis aureis folijs, tria priora Angelicæ ſalutationis capita, quæ perpenderat repræſentari. Alia verò tria à ſponſo inexplicabili colorum varietate adeò ornata, ad remunerandum affectum, quo dulciſſimam matrē ſuam ſalutaſſet. Secundò prudentiam, qua cū ſe minus valere ſentiret, tres illas ſalutationis Angelicæ partes elegiſſet in quibus quaſi cardinibus tota precandi ratio vertitur. Tertiò ſpem & cōfidentiam, qua filio & matri gratum fore ſperauit exiguum illud quod ægra obtulit. Vide apud eandem l.4.c.12. modum colendi Deiparam hac die & per octauam à Deo reuelatum, qui conſiſtit in certo numero ſalutationum Angelicarum.

Apud eandem videre licet l.4.c.33. praxim recitandæ ſalutationis Angelicæ ad bonum finem conſequendum, & l.4.c.12. quantum ex ea recitatione honoris accedat Deiparæ & ſanctis, & quantum viuentibus emolumenti. Et praxim ſpiritualem ſuper verbis iſtis. Ecce ancilla Domini, l. 4. c. 12. & quàm ſit vtile exercitium pietatis, laus virginis l. 3. c. 19. & 46.

Nider l. 4. c. 6. formicā.

Ad eandem ſalutationem pertinent ſequentia prodigia, de quorum primo ita Nider. Cum ſententiarum magiſtrum Viennæ legi, venit eo filius Regis Luſitani Dominus Petrus cum exercitu multo, iturus in terram ſanctam, eum audiui dicentem: ſuo tempore in terra ſaracenorum circa ſeptam Africæ ciuitatem (quam pater eius paulò antè ceperat) in fonte quodam repertos lapides varios, quibus vt videbatur, naturaliter inſita erant nomina noſtræ fidei & incarnationis

Chriſti,

Digitized by Google

Chriſti, licet ſparſim. Nam in quibuſdam lapillis, Aue Maria. In alijs, Gratia plena. In quibuſdam, Dominus tecum,& ita de Chriſti Domini incarnatione plura legebantur claro intuitu. Hæc Nider.

Subdo aliud quod parem habet admirationem ijs,qui Dei opera mirari didicerunt.

Monachus Ciſtercienſis olim veteranus miles, ſalutationem Angelicam (quam ſolam orationē ob ingenij hebetudinem didicerat) ita infixerat animo, vt eam momento pene quolibet proferret. Quàm id Deiparæ obſequiolum placuerit, ipſa patefecit; nam ab obitu monachi arbor ex eius tumulo, ab ipſius inquam ore prodijt, cuius ſingula folia, aureis literis, nomen B.V.M. cum primis ſalutationis Angelicæ verbis deſcriptum continebant. Sed ad ipſ. feſt. redeamus *Cantipr. l.3. apum c.28.*

15. Violans hoc feſtum puella à Deo caſtigatur,de qua ita Vincentius. In ſuburbio Nouiomēſi quædam puella pauper manu & arte victū quærens, dum in die Annuntiationis mendo, filium ſaliua madefaceret, id linguæ eius adhæſit, & labia vtraque quaſi conuinculata diſtorſit, laboque intumeſcente, pene lingua obmutuit præ nimio dolore. Os eius deturpauerat ſaliua coagulata in ſpumam, & labia linguæ connexa vim naturalem expuendi amiſerant. Flenta ipſa & quid ageret ignorante, vicini eam ſancto præſentauerunt Eligio, ſed redierunt infecto negotio. Tum ad pontificale B. Mariæ templum itum eſt,vbi in conſpectu aſtantium & pro ea rogantium Deiparæ meritis Deus labris vinculum excuſſit, & populum ad gratiarum actionem prouocauit. *Ex Vincentio l. 7. ſpeculi Hiſtor. c. 89.*

16. Ad hunc diem reuoco dolores quibus per-

perculſa eſt Beata Virgo, hac enim die 25. Martij flagellatus eſt Chriſtus, coronatus ſpinis, crucem humeris ſuis laceris portauit, obijt deniq; in cruce. At Deipara interfuit flagellationi, ad primũque ictum flagelli pene exanimata eſt, vt habetur in reuelationibus Sanctę Brigittæ. Crucem quoque geſtantem vidit, cumque cum ea ad mõtem Caluariæ proficiſcentem expectauit extra Hieroſolymam, in quodam colliculo qui adhuc hodie viſitur à peregrinis. Stetit inſuper iuxta crucẽ vbi & Diuus Ioannes ei à Chriſto datus in filiũ, & ipſa viciſſim data Ioanni in matrem. Hodie in vaſculo collegit pretioſum Chriſti ſanguinem è latere manantem, quod affirmant probati authores, Metaphraſtes, Nicephorus, & ex ijs alij. Hodie denique Chriſtum vlnis excepit de cruce depoſitum, ſyndone inuoluit atque ad ſepulturam comitata eſt.

Molanus.

17. Hoc ipſo die depoſitio Sanctiſſimi Humberti Epiſcopi & Confeſſoris virtutibus & miraculis incliti.

Chronic. Camerac. M.S.

Hic ex patria Laudunenſi decedens in villam Marceclias locum ſanctiſſimæ ſuæ conuerſationis elegit, ibique de rebus proprijs monaſterium venerationi SS. Deiparæ & Apoſtolorũ Petri & Pauli auctoritate Apoſtolica conſtruxit. Hanc Abbatiam Maricolenſem Otto Imperator habẽdam tradidit S. Dei Matris Eccleſiæ Cameraci. Illã hodie Benedictini ordinis Monachi incolũt.

Vide Miræum in Origin. Cœnob. Belg. l. 1. c. 13.

Mariana l. 27.

18. Neapoli templo Annũtiatæ V. Mariæ iunctum viſitur Xenodochiũ ab eadem Annuntiata Virgine nuncupatum, quod ter mille ſeptingentos homines continet & nutrit, ac ſupra quinquaginta millia aureorum quotannis in eo pietatis

tatis

tatis opere expendit. Et cum cenſus annuus ad ſeptendecim dumtaxat millia ducator, exurgat, reliqua ſuggerit ex ſtipe corrogata. Magnitudine & ſtructura (ait Merila) eſt inſtar oppidi. *Parte 2. Coſmo. l. 4. c. 25.*

19. Anno Chriſti 1219. apparet B. Athanaſio de Claro monte Patriarchæ Alexandrino D. Ioannes Baptiſta oranti coram ſanctis eius reliquijs, non eſt inquit voluntatis meæ, vt meæ & aliorum ſanctorum quæ hic ſunt reliquiæ, atque in primis iſta glorioſæ V. Mariæ imago, hic remaneant, demerentur peccata populi vt hinc efferantur. Itaque eam cum ſanctis pignoribus hinc efferto & in Italiam per fratrem Angel. Carmelitam tranſmittito. Quod reipſa præſtitit Romāque eas reliquias miſit. Erant autem præter imaginem Deiparæ, Brachium & tibia S. Ioannis Baptiſtæ, caput Hieremiæ Prophetæ, Brachium S. Catharinæ V. & M. & tibia S. Gregorij Cappadocis Martyris. *M. S. Vatican. n. 3813.*

20. Anno Domini 1449. Iacobus de Sirck Archiepiſcopus Treuirēſis dedicat Baſilicam B. V. M. ab vrbe Treuirenſi tertio circiter lapide: In ea plurima fiunt miracula occaſione imaginis eiuſdem Virginis in ea collocatę. Quā imaginem prius ruſticus quidā vinitor, Deiparæ & caſtitatis amantiſſimus in ſummo ſtipite in loco deſerto terræ infixo deuotionis ſuæ alendæ cauſa collocarat. Poſtea eiuſdem virginis admonitu eidem domunculam extruxit, & in eius muro imaginem hanc poſuit. Vbi cum miracula plurima fierent, & innumeræ quotidie ab aduentantibus fierent oblationes, ſacellum paulo maius erectum eſt, & poſtmodum circa idem *Mireus in Originib. Can. regul. S. Auguſt.*

ſacellum

Digitized by Google

ſacellum baſilica 26. paſſuum longitudinis ædificata. Demum anno 1451. ordini Canonicor. Regularium S. Auguſtini hic locus datus eſt, qui monaſterium ac nouum templum ibidem ædificarunt. Vulgo vocatur Eberhants Clauſen.

21. Oranti ante lucem, B. Mariæ Razziæ ex ordine D. Dominici, apparuit Chriſtus innumeris ſtipatus ſanctis qui ei facto ſigno crucis benedixit. Eum mox ſecuta eſt cælorũ Regina ſplendidiſſimis ornata veſtibus, inſignique corona caput redimita, quæ poſtquam eam benigno vultu eſſet intuita, eo modo, quo ante Chriſtus, etiam ipſa ei benedixit.

Martij 26.

1. COeſarauguſtę in Hiſpania Natalis dies S. Braulij Epiſcopi & Confeſſoris.

Martyr. Roman. Huius venerandum corpus reuelante S. Valerio Epiſcopo anno Domini 1270. tranſlatum reconditumque ſolemniter fuit in Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris, cuius fuerat perſtudioſiſſimus. Ita antiqua monumenta Cœſarauguſtanæ Eccleſiæ.

2. Natale S. Fœlicis eius nominis 2. Archiepiſcopi Treuirenſis.

Hic eo loco vbi Capitolium Imperatorum & Regum Galliæ palatium extabat, Collegium Sacroſanctæ Virginis condidit, ita Annales Eccleſiæ Treuirenſis.

3. Anno 1598. Clemens 8. concedit vt ſinguli profeſſores ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci ac Moniales poſſint 12. Nouembris celebrare feſtum S. Didaci ſub officio duplici, cum

Digitized by Google

cum octaua, idque non tantũ in Hiſpania (quod permiſſum erat à Sixto 5.) at per totum orbem. Idem indulgentiam plenariam largitur ijs, qui die ſupradicto confeſſi ac Sacra Euchariſtia refecti, aliquam pr꞉dicti ordinis Eccleſiam viſitauerint. De huius Diui erga Deiparam propenſo animo. Vide 12. Nouembris.

4. Anno 1350. vita exit Alphonſus 11. Caſtellæ Rex.

Hic ad Guadalupam templum ſumptuoſiſſimũ erigit in honorem B. Virginis Mariæ occaſione eius imaginis miraculoſæ in eo reponendæ. Res ſic ſe habet. Eo regnante ſub ann. 1313. apud Guadalupenſes reperta eſt imago Deiparæ innumeris miraculis illuſtris. Fama eſt D. Leandrum Hiſpalenſem Archiepiſcopum à S. Gregorio munus vnà cum Commentarijs in Iob accepiſſe, & apud clerum & populum. Solemni pompa ſuſceptam, ſummo deinde in honore fuiſſe, pij aliquot Hiſpalenſes, ſaracenor. ſæuitiam fugientes, eam ne ludibrio ijs foret, ſecum detulerant, & in eo antro Guadalupenſi eam condiderant vnà cum libro hiſtoriam rei continente & campana ære fuſa. Sexcentis ferè annis ea imago ibi delituit, donec B. V.M. placuit eam hoc modo reuelare. Boarius qui vrbem Cacetenſem incolebat vaccam amiſerat, quam cum per ſaltum inuium quærens erraret, eam tandem in loco, vbi iam eſt templum reperit, ſed mortuam. Cumq; exerto cultro pellem extraheret, repentè animal ſurrexit, quod Boarium ingenti metu perculſit. Sed momento ad ſe reuerſus, Deiparam ſplendentẽ vidit, quæ dixit ne timeret. Ad vrbẽ, inquit, mox perge, clerum conuoca vt hic fodiẽtes

Alphonſ. Nouuez de rebus Hiſpa. & Alphonſ. Biacconi fragmẽ. rerum Hiſpan.

tes

tes imaginem meam inueniant,ſubiūgente Boario,quid ſi mihi non credant? Tum Deipara, vade confidenter. Nam vbi domum perueneris, filium tuum quem mortuum inuenies, ad vitam redire iubebo, iſtudque ſigni dabis vera eſſe quæ reuelo. Itaque clerum ac populum conuocat, viſionem enarrat, & quæ à Deipara audiuit filiumque vitæ reſtitutum oſtendit,& ad imaginem refodiendam eos adducit. Fodientes loco deſignato, in antro iconam B.V.M. vna cum libro & campana reperiunt, omnia ita integra ac ſi eo die poſita. Cuius læti ei aram extemporariam exſtruunt. Alphonſus poſtea & Ioannes Rex templum magnificentiſſimum extruxere, tribus magnis fornicibus tectum, grata ſymmetria partium inſigne. In eius ara maxima ingens ſacrarum ſtatuarum ordo viſitur, inter quas media eſt B.V.M. imago, quæ grato aſpectu & maieſtate tum amorem tum reuerentiam intuentibus conciliat. Porrò miraculorum quæ ad eam imaginem Deus patrat non eſt numerus. Pendēt ex parietibus templi feretra mortuorum eorum qui ad vitam rediere, fulcimenta paralyticorum & claudorum,catenæ & compedes vinctor. aliaque anathemata qui ſanitatem recuperarunt. Tum donaria templo oblata. Peregrinantium denique ad eam ſumma eſt frequentia, oſtendit eam apud filium omnia poſſe, à qua omnis generis bona impetrant.

Martij

Digitized by Google

Martij 27.

1. CHriſtus matri ſanctiſſimæ primum omniũ apparet poſtquã reſurrexit. Quod quamquam de ea apparitione nihil Euangeliſtæ, de eo tamen nefas eſt dubitare ei qui filij aduerſus matrem amorem conſiderat, & quod quemadmodum ipſa ſummè doluerat de eius morte, ita par erat vt ipſa omnium prima de eo ad vitam regreſſo gauderet. Qui in hac apparitione interuenerint amplexus, quæ colloquia, quæ amoris ſigna facilius eſt mente quam verbis complecti, licet ne illud quidem homini mortali ſit poſſibile. *A Caſtro c.17.*

2. Migrat ad Dominum S. Rupertus Saleburgenſis Epiſcopus.

Hic Iuuauij Bauariæ oppido S. Ereutrudæ. Sorori ſuæ monaſterium ſub nomine SS. V. M. ædificauit, vbi collectis virginibus plurimis Deo eiuſque parenti ſeruiret. *Annales Boiorum*

Idem Rupertus (qui merito Bauariæ Apoſtolus dicitur) poſtquam Theodonem Bauariæ principem eiuſque fratrem Theobaldum, ac multam vtriuſque familiaum Chriſti myſterijs initiaſſet, eò illos permouit vt Ratisbonæ & Oetingæ templa Virgini Matri ponenda curarent. Vtrumque templum veteris Capellæ retinet nomen. Sed celebrius eſt Oetingenſe non procul ab Oeno flumine, & maiore miraculorum gloria in hunc vſq; diem cohoneſtatur. *Caniſius ex Annal. Boiorum.*

3. Anno 752. Natalis dies Stephani Papæ 2.

Hic ſub Pipino Rege anno 751. S. Dioniſij

ſacram ædem dedicauit, in oppido eiuſdem nominis non procul Pariſijs. Quam ante Deipara præſens ſacrarat. Vide fuſius 24. Februarij.

4. Anno 1363. Fatis conceſſit Ioannes Rex Galliæ.

Hic Eccleſiæ Deiparę Carnotenſis (quã nuncupat Dei genitricis cubiculum) eiuſque capituli cauſas omnes decernit pariſque apud ſe in Senatu Pariſiẽſi iudicari. Idque eo intuitu quod Eccleſia illa ſit cubile Dei genitricis. Idem viatorium ſuum ſcipionem ex ligno Braſilico quo in peregrinando vtebatur, obtulit eidem Deiparæ, qui & hodie viſitur in theſauro eiuſdem Eccleſiæ.

Martij 28.

1. ANno 1482. vita fungitur Maria Burgundica, Duciſſa Burgundiæ & Flandriæ Comitiſſa.

Io. Butkelinus. Hæc monaſterio B. Mariæ de Partis Duaci ordinis Ciſtercienſis multa liberaliter donauit. Quo etiam nomine, B. ſcilicet Virginis de Pratis illud inſigniuit, Floridi campi nomine quo antea vocabatur, ab ea extincto.

Liber de Romanis Pontif. 2. Natale S. Xiſti ſummi Pontificis.

Hic templum S. Mariæ Maioris labens, ruinamque minans mira liberalitate reſtituit circiter anno 432. imò ampliauit, aureiſque ſtatuis magnificentia ſumma decorauit. *Epiſt. ad Carolum Magn.* Illud (inquit Hadrianus Papa) tam in metallis aureis quam in diuerſis Hiſtorijs ſacris decorauit imaginibus. De quibus hæc Baronius. Hactenus extant ferè integræ

græ ſacræ illæ Hiſtoriæ muſiuo opere contextæ, atque ſuper maiorem arcum eodem opere exornatum, eiuſmodi inſcriptio perſeuerat.

Xiſtus plebi Dei.

Inde factum vt templum hoc Xiſti baſilica diceretur. Templi longitudo (quod & ad cultum à Xiſto Virgini impenſum ſpectat) 312. latitudo 112. pedes habet, pauimentum exquiſite variegatis ac diſcoloribus teſſelis diſcriminatum, inaurata habet laquearia. Principis altaris tabula porphyretica immenſi pretij. In eo ſeruatur imago Deiparæ quondam à D. Luca effigiata multis celeberrima miraculis. In eo templo Gregorio ſummo Pontifice celebrante ac dicente, Pax Domini ſit ſemper vobiſcum, auditi Angeli qui reſponderent: Et cum ſpiritu tuo. In cuius rei memoriam quoties ibi Romanus Pontifex ſacris operatur, ad eadem verba, clerus nihil reſpondet. *Schraderus l. 2. monument. Italiæ.*

Huius autem erigendæ, ſeu in ampliorem formam reſtituendæ baſilicæ & tot ornamentis decorandæ, Deique genitricis titulo conſecrandæ, eidem Sixto ex Concilio Epheſino occaſio ſuppeditata eſt: vindicata enim à Neſtorij blaſphemijs Dei genitrice Maria, de tanta victoria in honorem eiuſdem Deiparæ placuit ipſi erigi tantum fornicem triumphalem. Vide de eodem 28. Aprilis.

3. Natale Venturini Bergomatis Dominicani.

Hic viſus eleuato à terra corpore orans coram icone Deiparæ, audItaque eadem ei loqui. Quod *Anto. Flamin. & ex eo Leander.*

 quidem

quidem viſum occaſio fuit cur deſiſteret quidam à calumnia illi inferenda. Statuerat enim illum de grauiſſimis criminibus, & quæ nunquam illi ne in mentem quidem venerant, inſimulare. Idē diebus Sabbathi ad maximam coronam (ſubinde quinquaginta millium auditorum) concionabatur de laudibus Deiparæ, quam imprimis diligebat. Idem viſus à quadam Florentina matrona orante, in aëre genu flexus coram Beata Dei genitrice quam circulus aureus vna cum filio circumdabat. Et viſa eadem Deipara cum eo colloqui. Epiſtolis quas ferè per totum orbem ſcribebat (qui enim illum ob diſtantiam videre non poterant, ſe fælices putabant ſi aliquod ab eo Epiſtolium extorquerent) in fronte ſolebat præponere: Ieſus Amor meus, vel Aue Maris ſtella, vel In nomine patris &c. In calce inſignia paſſionis Chriſti, columnam, crucem, lanceam, clauos adpingebat. Quas literas ægroti multi legentes vel tangentes ſanabantur.

Martij 29.

Surij ſupplementum.

1. NAtalis B. Petri Portuenſis. Hic vt ſe voto liberaret, quod in perículoſa nauigatione Diuæ Virgini nuncuparat, in portu Rauennate, templum ac cœnobium extruxit.

Martij 30.

1 ANno mundi primo, die 6. maledicens Deus Optimus Maximus ſerpenti, meminit Deiparæ, honorifica facta eius mentione, his

his verbis. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius, ipſa cōteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Quibus verbis non modo Virginis in dæmonem poteſtatem prædicit, at etiam eiuſdem in conceptu & partu Chriſti integritatem. Quod agnouere SS. Patres citati à P. Viegas in Apocalypſim. *In c. 12.* Quorum hæc eſt ratiocinatio. Quia de ſolo ſemine mulieris fit mentio (ſumitur enim ſemen pro filio) ſi autem Deipara ex viri ſemine concepiſſet, non ipſius ſed viri ſemen præcipuè Chriſtus diceretur qui ſerpentis caput conteret. Quare cum de ſolius Virginis ſemine ſit ſermo, manifeſtè concluditur Chriſtum, qui ſemen, id eſt, filius mulieris appellatur, ſolius Virginis nō etiam viri ſemen fuiſſe. Hanc autem prophetiam de Virgine hodie contigiſſe probatur ex eorum ſententia qui volunt conditum mundum octauo Kalend. Aprilis, ſeu 25. Martij. Cum enim ſexto die conditus ſit homo, ſequitur eum conditū 30. Martij. Eodem porro die quo conditus eſt, peccauit, eodem maledictum ſerpenti, eodem paradiſo pulſus, vt communis habet ſententia S. Irenæi, Epiphaniæ, Ephrem & aliorum quos adfert Pererius. Inſuper (vt hoc obiter dicatur) hic 6. dies erat feria 6, quo die Chriſtus Virginis filius mortuus eſt, & latronem noſque paradiſo reſtituit. Imo eadem hora peccauit Adam (vt innuitur c. 3. Gen. v. 8.) qua Chriſtus crucifixus ſpiritum Deo reddidit.

Vide Bedam de equinoctio verno qui citat Conciliū Paleſtin. ſub Victore ann. 198.

Digitized by Google

Martij 31.

1. IN viuis eſſe deſijt anno 1621. Philippus 3. Hiſpaniarum Rex pijſſimus.

Hic ſuam in Deiparam pietatem omnibus ſatis notam (ait Anto. Vaſconcellus) vltimo ſatis prodidit. Cum enim recẽs ea in omnium Hiſpanorum animos celitus (vt exiſtimo) mens & pietas peruaſiſſet, vt etiam rudes, etiam pueri balbutientes, & vix Chriſtianæ fidei rudimentorum periti, & publicis ſermonibus, & triuialibus cantilenis, & priuatis conuentibus, ab omnis originalis maculæ labe puriſsimum Deiparæ conceptum immunem extitiſſe profiterentur: Rex tãtæ pietati non modo fauit, ſed ducem etiam ſe ac patronum præſtitit, miſſis ad ſummum Chriſti vicarium legatis, qui ſuis verbis enixè obteſtarentur, vt tanquam indubitatum fidei dogma id Catholicis omnibus amplectendum, declararet; quod iam ex parte præſtitum miſſis à ſummo Pontifice litteris, quibus oppoſitum populo in concionibus proponi, aut publicis in diſputationibus defendi ſeueriſſimè interdicitur. Quod magna omnium lætitia & populorum plauſu exceptum eſt. Quæ pietatis deſideria quantum cõmunis hoſtis euertere conatus ſit, illud mihi ſatis indicat, quod in Anglia ex peſtilentiæ cathedra, originis labe infectam fuiſſe Deiparam hoc ipſo tempore promulgarit. Adeo Catholici Regis animus, vel in ijs quæ indubitata adhuc apud plurimos non ſtatuuntur, in pietatem & SS. Virginis obſequium propendet: & ne impietati religio cedere videatur, ſedulò à Pontifice impetrare

trare nititur, vt nulli Catholico hac in re ſummæ Dei parentis puritati & abſolutiſſimæ ſanctimoniæ detrahere integrum aut liberum ſit. Ita ille.

Idem Philippus anno 1610. Mauros Deiparæ capitales hoſtes ex vniuerſa Hiſpania expulit, gentem perfidam, & quæ tunc Mauros Africæ & Turcas in nouam Hiſpanię perniciem ſollicitabat. Expulſorum capita ad nouies centena millia dicuntur numerata. Porro hoſtilitatem ſuam aduerſus SS. Virginem produ͂t eo quod eam Dei matrem pernegant, vt & eius virginitatem, & cætera ei affingunt quæ ſilere præſtiterit quam palam facere.

Idem arcem Alaraſchiam arte & natura loci munitiſſimam ad columnas Herculis ex oppoſito Gadium tam Hiſpanis quam omnibus nauigantibus ſemper infeſtam, fruſtra olim à maioribus tentatam anno 1610. in poteſtatem ſuam ab imperio Mauritanico auulſam redegit. Idē ſummo zelo, ſedulitate, maximiſque ſumptibus, ſerpentem hæreticæ prauitatis, tam Deiparæ infeſtæ peſtem, in Germania ac Belgio cohibuit. *Vaſconcellus.*

Idem denique cum anno 1592. patrem comitaretur in itinere Aragonico Deiparæ quæ in valle Venaria, in monaſterio ordinis S. Benedicti miraculis claret, coronas binas ex puro puto auro obtulit, alteram matris, alteram filij capiti imponendam. *Anto. Iepez in Chron. ordin. S. Bened. V. 1. Iulij & 13. Sept.*

APRILIS.

Quia frequenter feſtum Dominicæ reſurrectionis (quod eſt mobile) incidit in Aprilem, ideo eius initio collocata ſunt quæ illo die & ferijs paſchalibus Deipara perfecit.

1. NArrat Dioniſius Rikelius Cartuſianus ſermone 2. de Aſſumptione, die paſchæ ſolitam eſſe Deiparam, animas è purgatorio liberare, quod confirmat huiuſmodi narratione. Duo (inquit) ſocij ſeinuicem diligentes, quorum alter circa feſtum omnium ſanctorum obijt, alter vero pro ſocio orare negligens, continenter eius iacturam flebat. Cui poſt feſtum Natalis Chriſti defunctus apparuit dicens: nihil mihi profuiſti tuo fletu: ecce ſingulis annis in Natiuitate filij ſui multitudine comitata beatorum ſpirituum ad purgatorium deſcendit Deipara, indeque permultas liberat animas, quoniam tali nocte regem peperit gloriæ. Cumque proximè elapſo feſto Natiuitatis deſcenderet ipſa ad nos, ſperabam me precibus tuis ab ea educendum, at fruſtra. Cum igitur idem factitare ſolita ſit, proxima nocte reſurrectio-

ſurrectionis Dominicæ, eo quod Chriſtus nocte illa ſanctos Patres è limbo liberauit, rogo ne ceſſes cum lachrymis orare vt me nocte illa dignetur educere. Pro ſigno autem efficacitatis precum tuarum, ſcito te exauditum, ſi tibi vltra non apparuero. Cumque amplius deinceps non ſe præbuerit viuendum, creditur nocte illa per Deiparam ereptus.

2. Hac eadem die à S. Gregorio inſtituta Romæ ſupplicatio ad placandum Deum, grauiſſima lue Romanos caſtigantem. In ea ſupplicatione ſanctam Dei genitricis imaginem ad viuũ à D. Luca expreſſam Pōtifex ipſe ſolemni pompa detulit, inſigni planè miraculo. De quo 12. Martij. *Sigonius l. 1. de regno Italiæ ann. 590. & 591. & ex eo plurimi.*

3. Huc reuoco feſtum compaſſionis dolorum Deiparæ quod in ſacro ordine S. Brigittæ celebratur Sabbato poſt Dominicam Quaſimodo. Ita eius Breuiarium.

4. Anno 1559. ſecundũ ferias paſchales cæcæ lumen reſtituitur. De quo fuſius Turſellinus. *L. 3. c. 29.*

Puella Senenſis luminibus capta Lauretum adducitur, ibi Deiparam obortis lachrymis enixè implorat. Refertum erat ſacellum accolis & peregrinis qui pariter puellę miſeratione moti, Virginem orabant. Et ecce tibi repentè hilarior facta, lucis aliquid ſe diſpicere clamat, & ſimul eos qui aderant vt ſe precibus iuuent, impensè rogat. Cæteris ad comprecandum Deum accenſis, paulo poſt clamat iam cerni abs ſe ardentes ante Virginem faces. Quæ vox ſupplicantium ſtudia inflammauit, & cunctorum ex oculis lachrymas gaudio mixtas exciuit. Tandem exclamat: iam B. M. effigiem, iam quæ circa illam

ſunt

ſunt dona cerno. O Dei, ô Deiparæ clementiã. O diuinum, ô commemorandum vtriuſque beneficium. Inter quas voces & fletum, orta eſt ingens omnium comploratio Deo ac Deiparæ grates agentium quæ ſemihoram tenuit. Vix alia res huiuſmodi, in maiore populi frequentia geſta. Nam ſecundum ferias paſchales id accidit, quando maxima hominum vis Lauretum commeat.

Cartagena t. 4. in fine.

5. In via publica propè S. Anaſtaſiam (id eſt oppidum Nolanæ Diœceſis) erat auguſtum ſacellum cui nomen Sancta Maria ab arcu ſeu fornice, ad cuius læuam in pariete erat picta imago Deiparæ Chriſtum brachijs geſtantis, quod licet ſine cultu eſſet, nobiliſſimo tamen miraculo ad pietatem finitimos populos ſuique venerationem exciuit. Nam centeſimo ferè ad hinc anno cum ibi ludum aliqui luderent, quo lignei globi, ligneo inſtrumento circumaguntur in plano, ac ſubinde truduntur, impius quidam quod in ludo pecuniæ iacturam faceret 1. feria paſchæ, arreptam qua ludebat pilam in Deiparæ faciem ſacrilega manu contorſit, eiuſque ſiniſtram percuſſit genam, vnde repentè ſanguis, cuius repreſſo fluxu, coloris tamen rubri & ſanguinei impreſſa cicatrix remanſit in facie. Et mox percuſſor immobilis factus eſt, & à Iudice cum luſorijs inſtrumentis ſuſpenſus interijt. Hinc cæpit populi deuotio ac concurſus ad ſacellum.

Hiſtor. Carnot.

6. Circa feſtum paſchæ à Deipara datur cuidam facultas loquendi ſine lingua, tum & ab eadẽ circa feſtum Pentecoſtes lingua reſtituitur. Res ita habet.

Cum filia quædam nobilis cum proco ſuo familia-

miliariter & priuato loco liberius egiſſet,in egreſſu cubiculi offendit puerum quendã natura lepidũ & ſimul garrulum. Quo viſo plena timore ac mæſtitia : Actum (inquit ad procum) eſt de me, puer hic ad patrem referet quæ maximè occulta eſſe vellem , mutuam inter nos amicitiam. At facile eſt (ſubdit procus) malo iſti remedium adhibere , quo dicto puerum aggreditur, iubet linguam exerat, quam & abſcindit. Quid agat puer iſte,ita male habitus,timens inſuper mortem quam ei nobilis ille procus minitatus erat, itaque patriam deſerit, ac Carnutũ petit vbi multos dies manſit mendicans, omnibus miſerationem commouens, oris apertione & hiatu vnde patebat ei linguam abſciſſam, at qua de cauſa tantum ei infortunium accidiſſet edicere non valebat.

Interim cum aduenissent feſta paſchalia , & tempus quo in iſto puero ſtatuerat Deus matrem ſuam condecorare , ipſe cæleſti afflatus ſpiritu templum Deiparæ Carnotenſis ingreditur , ibiq; ante princeps Altare corde orat feruentiſſimè, vbereſque fundit lachrymas quibus linguam ſuã ſibi reſtitui efflagitat.

Nec in caſſum fuſæ preces, nam Deipara miſerta tum teneræ eius ętatis , tum calamitatis , ei ſermonis vſum reddit, necdum tamen linguam. Quare mox in gratiarum actionem ora ſoluit pro tanto benefacto. Qui intererant, eumque mutum antea nouerant , miraculo iſto ſtupefacti turmatim accurrunt ad puerum, tam conferti vt prope ſuffocatus fuerit. Quare loco ſublimi poſitus fuit vt ab omnibus videretur. Atque ita linguæ vſum habuit ac locutus eſt ſine lingua ad vſque feſtum Pentecoſtes, quando ſub Miſſæ introitum,

introitum, ei Deipara linguam ſuam integram & liberam reſtituit, eo nempe die, qui linguarum dono honoratus erat à ſancto Spiritu, & quo eadem Deipara cũ Apoſtolis, imo & præ Apoſtolis omnibus, idem donum conſecuta erat. Vide ſimile in Nicephoro l. 16. c. 37.

• 7. Anno 1612. quidam circa tempus paſchale à grauiſſima hoſtis maligni exagitatione redditur immunis.

Huic nomen Nicolaus Reublem ciuis Bambergenſis qui cum temulentus horrendas inter pocula cum diris & execrationibus effunderet blaſphemias, tandẽ videns ſe ab omnibus ſympotis deſertum, excandeſcẽs: Veni, inquit, diabole & mecum bibe. Vix verba effatus erat cum tremor irruit in eum, incipitque furere, vociferari, frendere, ſpumare, modò eleuari ab inuiſibili manu & fuſtibus cædi, modò terræ allidi. Nunc de diaboli violentia querebatur, & viuum ſe ab eo abripi lamentabatur, durauit autẽ hæc carnificina plurimos dies. Adhibita ſacra amuleta, & alia quæ Catholica Eccleſia præſcribit. At aliud non habetur quam vt è diutino furore pauliſper ad ſe redeat & errorẽ agnoſcat, & doleat de ſua temeritate & temulentia. Suadetur itaque vt abrenuntiet hoſti, peccata expiet exomologeſi, ac votum Deiparæ Weyerenſi nuncupet. Quod vbi ab eo factũ, ſine mora pellitur cacodæmon, ceſſat ægri furor, corporis vires paulatim redeunt: Voto ſe liberat, & coram notario ac teſtibus acceptum à Deipara beneficium agnoſcit.

Nicetas Choniates.

8. Anno 1143. Aprili menſe (dies deſideratur) obit Ioannes Commenus Conſtantinopolitanus Imperator.

Hic

Hic anno 1124. ſui imperij 5. ingentes de Scythis Thraciam inuadentibus, alijſq; barbaris victorias obtinuit ope Deiparæ, cuius, in gratiarũ actionem, imaginem magnificẽtiſſimo currui triumphali impoſitam inſigni pompa Conſtantinopolim reduxit ipſe pedes, crucẽ manu geſtans currumque præcedens. Erat autem currus argento interpunctus, & gemmis pretioſiſſimis ornatus, & à quatuor equis niue candidioribus trahebatur. Eorum habenas viris potentiſſimis moderandas & cognatis ſuis currum curandum dedit. Atque ita in Sophiæ templum ingreſſus, gratijs Deo Deiparæque (cui tanquam Collegæ: imperij inuictæ, acceptas referebat victorias) palam actis in palatium abijt. Denique in rei geſtæ monumentum feſtum inſtituit quod Pazzinacarum dicitur quaſi dicat, vniuerſarum victoriarum.

Aprilis 1.

OCtaua feſti Annuntiationis Deiparæ non quidem in toto orbe ſed apud Carmelitas. *Locrius*

Aprilis 2.

1. DEipara ſeruat oppidum Cameracenſe illæſum ab incurſu Hungarorum.

Cum Hungari circiter ann. 930. furibundo cũ inſultu vrbem impeterẽt, interpellata à Fulberto Epiſcopo precibus S. Maria eam inexpugnabilẽ hoſti, ciui illæſam ſeruauit. Nempe fructus is fuit Deiparæ cultus priſci in ea ciuitate, nam circiter ann. 524. S. Vedaſtus in eius honorem templum erexit. *Baron. ad ann. 930.*

2. Natal

2. Natale S. Mariæ Ægyptiacæ.

Petr. Diaconus. Hæc cum SS. crucem adoratura veniſſet Hieroſolymam ob peccata ſua miraculosè repellitur, cæteris omnibus locum ſanctum intrantibus. Sed tandem Deiparæ auxilio admittitur. Vide fuſius infra 14. Septembris.

Chronic. 3. Natale S. Franciſci de Paula inſtitutoris ordinis Minorum.

Hic annos 13. natus curauit ſe à parentibus Duci Aſſiſium ad viſitandum templum Dominæ noſtræ de Portiuncula, vbi eam in vitæ ſuæ patronam aſſumpſit.

Religionem ſuam voluit appellari religionem IESV & MARIÆ & ita vocatur ordo Minimorum à plurimis authoribus Volaterrano, Genebrardo Choppino &c. Idem licet virginis amantiſſimus noluit admittere eius iconem ex puro auro, lapillis pretioſiſſimis collucētem (pretium erat ſeptendecim millium aureorum) ei à Rege Ludo. 11. oblatam, à quo & multis precibus tribus vicibus ſolicitatus eſt vt eam caperet, quam ſemper recuſauit dicens ſibi ſatis eſſe papyraceam quam apud ſe haberet, quæ æquè atq; aurea, Dei genitricem repreſentaret, quod ei ſatis erat.

Aprilis 3.

1. OCtauo poſt reſurrectionem die Beatæ Virgini & Apoſtolis, Chriſtus, in ea ipſa domo in qua concluſi manebant apparet, ſiſtitq; ſe in medio eorum, ianuis licet clauſis. Vide Ioannis 20.20. Nam certū eſt Virginem cōmunem tunc cum Apoſtolis habuiſſe habitationem.

2. In

Digitized by Google

2. In Anglia Natale S. Richardi Epiſcopi Ciceſtrenſis. Hic morti proximus identidem ingeminabat illud: Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe, mandatque ſuis capellanis vt ea verba ad eius aures pronunciare non ceſſarent. *Radulphus Ciſtercius.*

3. Honorius 4. Pontifex ſummus vitâ exuitur. Huic cum de Carmelitarum inſtituto probando ageretur: Deiparam aſtitiſſe ferunt, ac iuſſiſſe vt inſtitutum & religioſos benignè complecteretur. Hi iam multò ante in Carmeli montis decliui ædem Deiparę ædificarant, ac auſpiciorum ſuorum & actionum ſuarum præſidem atque adeo arbitram eam ſelegerant. *Hierony. Platus ex varijs antiquio. Ioſeph. Antioch. Bapt. Mantuā. Locrius l. 3.*

Idem Honorius priſcum eorum habitum, ex albo & rutilo contextum, quòd nouus & inſolens videretur in planè cādidum ferruginei amictus (dixit Mantuanus) velamen mutauit.

Aprilis 4.

1. ANno 1292. viuere deſijt ſummus Pontifex Nicolaus 4. ex ordine Minoritarium.

Hic Oruieti in Tuſcia Angelorum Reginæ ædificauit longè pulcherrimum templum, quod & conſecrauit anno 1290. 13. Nouembris. Illudque marmoreis ſtatuis à primis artificibus ſculptis decorauit.

2. Anno 1366. Ad Beatam vitam tranſit B. Pater Tacleemanoth Indus ex ordine S. Dominici. *Ex lib. de viris illuſtribus.*

Huic ſub vltimam vitę periodum viſendos ſe præbuere Chriſtus Dominus, SS. Deipara, plurimique

Digitized by Google

rimique cælites. Qui & conclaue in quo iacebat, ſuauiſsimo afflauerant odore. Eius feſtum nihilominus celebratur in India 18. Auguſti.

3. Natale S. Ambroſij.

Quantus hic fuerit Deiparæ encomiaſtes patet ex eius operibus ac potiſsimum in libris de Virginibus & de inſtitutione Virginis. Virgo inquit erat non ſolum corpore ſed mente, corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, verecunda ſermone, arbitrum mentis ſolita non hominem ſed Deum quærere, nullum lædere, bene velle omnibus & cętera.

L. 2.

4. Anno 1541. quidam periculoſam in mari tempeſtatem euadunt.

Eorum nomina prodit Hiſtoria Montiſſerrati, qui cum mare Narbonenſe nauigarent tam fœda coorta eſt procella vt à morte parum abeſſent. Quo in diſcrimine in genua proſtrati Deiparam appellant, eo animi ſtudio quo in tali diſcrimine fieri conſueuit. Nec mora eadem ipſa hora, ſedatum eſt mare, quare ſecundo flante vento portum quo tendebant, tenuerunt.

Aprilis 5.

1. NAtale S. Vincentij Ferrei Hiſpani ex ordine S. Dominici.

Hic eſt qui non modò triginta millia tum Iudęorum tum Saracenorum ad Chriſtum conuertit, ſed etiam ſupra centum millia flagitioſorum ad ſalutarem pœnitentiam permouit.

Fuit autem à primis annis Deiparæ addictiſsimus. Cum fratres prædicatores aliquid in eius laudem

Digitized by Google

laudem dicebant ad populum, lætabatur, nec præ lætitia lachrymas continebat. Quotidie licet ſæcularis in eius honorem eius officium recitabat. Factus religioſus dum legeret librum S. Hieronimi, de virginitate Deiparæ, ipſamque obſecraret vt eius virginitatem cuſtodiret, facta eſt ad eum vox iſta. Non omnes poſſumus eſſe virgines. Et licet hactenus te virginem appellare potuiſti, tamen non patiar vt deinceps tam honorato nomine gaudeas. Attonitus Vincentius, tacitus voluebat quid ſibi vellet hic ſermo. Non enim credebat eſſe virginis, vt quæ virginitatis cuſtodes ſemper amauit & roborauit. Igitur ab ea petijt, dignaretur oſtendere quid ſibi vellent illa verba. Nec multò poſt ei Deipara multa cum luce viſibiliter apparuit & ita locuta eſt. Verba illa diaboli fuere qui tibi proponit bonorum operum difficultatem. Tu vero cautus eſto & conſtans. Et quanquam virginitatem tuam impugnabit, tamen ſpera in Deo qui tibi erit clipeus, hæc vbi ab ea dicta ſunt, ei à Vincentio gratiæ aguntur, eaque diſparuit. Ex eo autem tempore tantum militi Chriſti feruoris acceſſit vt non homo ſed Angelus videretur.

Aprilis 6.

1. ANno Domini 491. vita fungitur Zeno Imperator. *Sophron. in Prato ſpirituali c. 175.*

Huius eleemoſynæ obſtitere quo minus ob ſtupra ſua à Deipara puniretur. Res ita habet ex Sophronio dum agit de muliere quadam cuius filiam ipſe Imperator ad libidinem ſatiandam

ſubripuiſſet. Hæc inquit vacabat in templo Dominæ noſtræ Dei genitricis, orans eam ac cum lachrymis dicens: Vindica me de Zenone Imperatore. Cum ergo multis diebus id faceret apparuit ei per viſum S. Dei genitrix dicens. Crede mihi mulier ſæpe vltionem tuam facere volui, ſed manus eius prohibet me, erat enim valde miſericors & eleemoſynas faciens. Hæc ille.

V. Baronium ſuſè. Idem Eutichetis errorem ſequebatur qui Deiparæ præcipuum honorem adimebat. Quare Dei ſenſit vindictam, nam morbo comitiali tactus cum videretur mortuus, ſepultus eſt, quamquam adhuc viueret, poſtea inuentus in ſepulchro lacertos manducaſſe, & caligas cum quibus ſepultus fuerat.

Amatus Franciſcanus in libello M.S. 2. Anno 1553. arſit monaſterium Franciſcanorum Duaci cum templo, in quo incendio id mirabile præter cætera accidit. Altarium tabellis omnibus concrematis, ſola tabula ſacelli conceptionis remanſit intacta. quæ adhuc hodie ob ſingularem picturæ excellentiam ab omnibus auidè conſpicitur.

3. Natalis dies S. Cœleſtini Papæ, inuicti defenſoris dignitatis matris Dei contra Neſtorium, qui eam non Dei ſed hominis tantum matrem mentiebatur, qui à Concilio Epheſino cui per legatos præerat Cœleſtinus, damnatus eſt. De eo ita S. Proſper. Per hunc virum (Cœleſtinum) omnes Orientales Eccleſiæ gemina peſte purgatæ ſunt, quando Cyrillo Alexandrino Antiſtiti glorioſiſſimo fidei Catholicæ defenſori ad execrandam Neſtorianam impietatem Apoſtolico auxiliatus eſt gladio, quo etiam Pelagiani dum cognatis confœderantur erroribus iterum proſterne-

ſternerentur. Vide 29. Iulij.

Quemadmodum autem Deus ipſe per ſe matris ſuæ honorem tutatus ſit, declarat horrenda mors impij Neſtorij, cuius non modo lingua blaſphema vermibus exeſa eſt, ſed & totum corpus putredine fuit conſumptum, vt habet Theodorus lector. Porro Hiſtoriam fuſiorem de odio quo proſecuta eſt Deipara non modo Neſtorium, at etiam eius libros, narrat Sophronius in Prato ſpirituali. Nam cum Abbas Cyriacus egreſſus de cella videretur ſibi videre illam cum SS. Ioanne Baptiſta & Euangeliſta, rogauit eam vt ingrederetur. At illa, habes in cella inimicum meum (libros Neſtorij intelligebat) & vis vt in eam ingrediar?

Aprilis 7.

1. GLorioſa mors S. Auberti Monachi Criſpinienſis. *Robertus Archidiaconus apud Surium.*

Hic pręter pſalterium Dauidicum quod quotidie recitabat, centies per diem flectebat genua, & quinquagies proſtrato quidem corpore, ſed articulis & digitis ſubleuato, ad vnamquamque genuum curuationem dicebat ſalutationem Angelicam.

Idem è virgineis Deiparæ manibus cibum ſumere meruit. Cum enim locus vbi morabatur, ita aquarum inundatione obſideretur vndique, vt nemo ad eum accedere poſſet. Eique panem deferre, inſtante prece Deiparam rogat, vt ſui in tanta miſeria & rerum omnium inopia miſereretur. Poſt has preces, obdormijt, tum in viſione vidit præſtantiſſimæ formæ matronam cum alijs

virginibus plurimis, ad quas vir ſanctus: Si quidem in monaſterio meo pridem fæminas vidiſſem, illas protinus expuliſſem, cur ergo huc ingredi auſæ eſtis? Ad quem Deipara: Tace frater, ego ſum Virgo Maria quam inuocaſti. Quibus dictis buccellam in os eius immittit. Qua viſione ita fuit permotus vt deinceps pane abſtinuerit.

2. Eodem die alter B. Virginis ſponſus Ioſeph dictus (cum ei nomen eſſet Hermannus) in cælum migrat. Is tota vita perquam familiaris fuit Deiparę, neque vlla tanta fuit inter homines familiaritas quanta inter illum & Deiparam frequentiſſimè ei apparebat, futura & occulta reuelabat, morbos eius ſanabat, dentes caſu in terram excuſſos reſtituebat. Qua autẽ occaſione vocatus ſit Ioſeph (nam & iſtud ad Deiparam ſpectat) paucis complecti viſum. Nocte media dum orat, videt Deiparam inter duos Angelos mediam, in templum ingredi, audit alterũ Angelum ſocio dicentem: cuinam deſponſabimus hanc Virginem. Huic reſpondit ille, iuueni hic præſenti. Tum alter: Veniat inquit, & acceſſit ille pudore ſuffuſus. Poſtquam autem ad Deiparam peruenit ita ad illũ Angelus: Oportet tibi hanc illuſtriſsimam puellam deſponderi. Ille territus indignitatem ſuam cæpit allegare, cumque reluctando moras necteret, dextram eius manum Angelus apprehenſam manui Sacratiſſimæ Virginis copulauit, cum his verbis. Hanc ego Virginem tibi trado ſponſam, ſicut fuit olim deſponſata Ioſeph, vt nomen ſponſi pariter cum ſponſa accipias & deinceps voceris Ioſeph.

Quod nomen alia etiam viſione ei firmatum eſt. Reſpiciens ad ſummam aram vidit Deiparam

ram filium geſtantem, ad quam ille: Da mihi dulciſſima filium. Illa nonnihil cunctata, dedit tandem: dicens ei: Porta filium meum ſicut olim in Ægyptum à Ioſeph portatus eſt, vt ſicut idem onus, ita & ſimilem obtineas honorem.

Puer ſeptennis exiſtens ludentibus eius ſocijs, Coloniæ ſolitus erat in quodam monaſterio B. V. M. ante eius imaginem, puerum Ieſum in ſinu gerentem orare & modo cũ imagine matris, modo cum filij tanquam cum viuis loqui, & panem aut fructum aliquem nunc matri nunc filiolo præbere. Quod cum faceret ſemel cum magna inſtantia Dei genitrici, ipſa manu ſua viſa donum illud (pomum erat) accipere.

Alias in eodem monaſterio vidit iuxta pulpitum B. V. M. cum S. Ioanne, & coram matre puerum Ieſum cum Ioanne quaſi puerilibus luſibus ſe exercitantem. Quæ dum magno gaudio intueretur ita ad eum Deipara: Aſcende ad nos Hermanne. Ad quam ille: Quomodo aſcendam cum chorus ſit clauſus, & ſcalam perquam aſcendam, non habeam. Cui illa: Tenta & manum porrigens te iuuabo. Paruit puer, & illa manum extendit, aſcenditque ad eos. Ibi cum puero Ieſu luſit, ſpectante matre ſub veſperum eadem iuuante deſcendit, eandem conſolationem ibidem ſæpius accepturus.

Cum defectu calceorum (erant enim parentes eius pauperes) ſumma hyeme nudis ambularet pedibus, Deipara miſit illum ad lapidem ſub quo pretium ad emendos calceos inueniret. Inuenit & emit; cum monitione vt quoties aliquo egeret, ad eundem lapidem ſe conferret, ibi inuenturum pecuniam. Iſtud non diu latuit

alios pueros, at diu quærentes nihil tale inuenerunt.

Cum ſemel triſtaretur quod propter curam refectorij & ſeruitium in eo fratribus (erat enim ordinis Præmonſtratenſis) non poſſet ita orationi vacare, mater gratiæ eum ſolata eſt: Scias inquit nihil perinde ex debito tibi faciend. incumbere quam vt ex charitate ſeruias fratribus tuis.

Poſtea fit Sacriſtianus, in quo officio pleniùs ſe contemplationi dat & orationi. Præcipuo etiam erga Deiparam ferebatur affectu, quam etiam nouorum verborū gaudijs ſua gaudia ipſi referentibus & Angelica ſalutatione crebrò repetita ſalutabat, addens ſingulis gaudijs & ſalutationibus genuflexiones ſingulas: Ad nomen Mariæ in collectis, ſymbolo, præfatione, ſalutatione Angelica &c. Se in terram proſternebat & quoad poterat ſine ſcandalo terræ ſic proſtratus adhærebat, & tunc odor omnium florum & aromatum tanta (inquiebat rogatus cur id faceret) cum ſuauitate influit in nares meas, vt ſemper illic hærere vellem ſi liceret.

Sæpius in aliquo monaſterij loco orans à B. V. vocabatur, ad eamque ſe conferebat. Ibi pariter aſſidebant. Ille beatæ matri de eius ſtatu ſciſcitanti reſpondebat, & ab ea viciſſim quidquid vellet inquirebat.

Eadem loquens de illo cuidam admodum religioſæ ſorori vocabat eum ſuum capellan.

Cum poſt ſanguinis è vena miſſionem, parum cautè ſe in lectulo collocaſſet: apparuit Deipara, caueas, inquit, fili, parum cautè in brachium cuius vena inciſa eſt incubuiſti, deinde brachium di-

uinis

uinis ſuis manibus apprehendens, docuit quomodo ſine periculo ſe in lecto componeret.

Cum ob cuſtodiendam Eccleſiam ne fures inde pretioſa quæque auferrent (graſſabantur enim tunc ſacrilegi templorum effractores) nonnihil reuiſiſſet de ſolito precũ penſo quod Deiparæ perſoluebat, occurrit ei forma vetulæ rugoſæ. Ille videns, nec agnoſcens expauit, & exclamans ait: Quid eſt hoc. At illa ego ſum cuſtos huius monaſterij: cognoſcens ille vocẽ, cuius faciem non nouerat: Tune es, inquit, ô Roſa? Sic enim ex nimia familiaritate ſuppreſſo nomine eãm ſolitus erat appellare, illa reſpondẽte ſe eſſe, ſubiunxit ſe talẽ apparere oculis eius qualem ipſe in animo ſuo eam finxerat. Iam enim (ait) tibi vetula ſum. Vbi illa repreſentatio gaudiorum meorum? Vbi illę ſalutationes Angelicæ? Vbi cætera pietatis exercitia quibus & ego tibi & tu mihi iuuenis reddebaris. Nolo vt prætextu cuſtodiæ monaſterij, intermittas ſeruitium meum quia ego melius illud cuſtodiam. Quare redijt ad ſolita exercitia, & ad gaudia Deiparæ recenſenda, quibus vt ipſa eidem reuelauit valde delectatur.

Deipara eum hortata eſt vt de ſe Canticum Canticorum explanaret hac viſione. Vidit illam ferentem manibus elegantem & amplam ſcutellam in cuius fundo parum erat olei. Arridens autem illi eum ſic blandiſſimè affata eſt: exiguum hoc oleum tibi exhauriẽdum relictum eſt: Quod mox exponens ait. Cum Cantici Canticorum liber variorum expoſitionibus pene ſit exhauſtus, hoc parum quod inſtar huiuſce olei ſupereſt, tu ad mei commendationem exhaurire debebis.

Itaque ea fretus id ſuſcepit, ac in locum ſolitarium ſeceſſit. Viuens & mortuus miraculis claruit.

3. Carolus 8. Galliæ Rex mortalitatem exuit.

Annales. Hic aſceterium noſtræ Dominæ Angelorum ad Ararim fluuium Franciſci Burgheſij Minoritæ ſermonibus perſuaſus conſtituit, & paris regulæ fratribus habitandum.

Bzonius ex Ital. ſcriptionib. De hoc narratur quod cum ex Italia in Galliã ex bello Neapolitano rediret, vrbem quandã diripuiſſe, in qua virginem intuitus forma liberali, eam voluerit violare. Et virginem viſâ imagine in qua Deipara Ieſum puellum geſtabat, regẽ oraſſe vt per inuiolatam Dei matrem eam ſponſo relinqueret integram. Qua audita obſecratione regem compulſa libidine, vim lachrymarum profudiſſe, ſponſo ſponſam reſtituiſſe, inſuper de ſuo dotem numeraſſe quingentor. aureorum. Præter hæc libertate data omnibus ſponſæ affinibus & conſanguineis.

Hic idem agens animam ter implorauit opem diuinã, Dei genitricis, ſanctorũ Claudij & Blaſij.

4. Anno 1595. Londini P. Henricus Walpol Societatis IESV pro fide ſuſpendio necatur.

Hic in ſumma ſcala conſtitutus iam iam ſtrangulandus, ſumma pietate recitauit orationẽ Dominicam, cumq; in monumentum ſui erga Deiparam affectus orſus eſſet ſalutationem Angelicam, impij iudices tam in Dei matrem quam in Deum ipſum infenſi non ſunt paſſi eam finire, at iuſſerunt vt cum è ſcala deijceret iuſtitiæ adminiſter.

Apri-

Aprilis 8.

1. DEipara anno 546. die Sancto Paſchæ qui cecidit in 8. huius liberat à morte puerum quendam in calidum furnum coniectum.

De miraculo iſto fuſius Annales Gallici in Childeberto. Cum inquiunt puer Hebræus die Sancto Paſchæ vna cum filijs Chriſtianorum ſacram Euchariſtiam percepiſſet, eaque de cauſa à parente in ardentem furnum coniectus & obſtructo furno clauſus fuiſſet, tandem à Chriſtianis locum reſerantibus, viuus reperitur, teſtatuſque eſt ſe ab ea quæ in Chriſtianorum templo filiolum brachijs complectitur ſeruatum. Id contigit Auarici, in Gallia & eodem loco vbi miraculum patratum, ædificatum eſt templũ quod noſtræ Dominæ Caldefurnenſis (Gallicè *du four*) nuncupatum eſt. *Hodie Bourges.*

Vide planè ſimile in Gregorio Turonenſi l. 1. Miracul. c. 10. quod in Oriente contigit. Quod idem narrant Euagrius l. 4. c. 36. & Niceph. l. 17. c. 25.

Anno 1360. obit Ioannes Galliæ Rex. Is eſt pro quo ab Anglo captiuo Pariſienſes ad Deiparam confugerunt. Nam ſolemnis ſtatio Pariſijs vigilia Aſſumptionis ad maiorem ædem quæ eſt D. Virginis indicitur, & cereus ad altiſsimæ turris quam vrbs haberet quantitatem dimenſus, qui diu noctuque ante Virginis ſtatuam arderet, rotæ circumflectitur. *Maſſeus in Chron*

Apri-

Aprilis 9.

Sozo.l.8. c.4. 1. ANno 401. naſcitur Theodoſius iunior pius in B. Virginem Imperator. Vide 29. Iulij. Vbi de eius morte.

2. Anno 1378. Romæ creatur Pontifex Vrbanus 6.

Hic plenariam conceſſit peccatorum condonationem viſitantibus die Natali Virginis, ædem eius Lauretanam. Qua id occaſione ab eo factum, vide 15. Octobris.

3. In Iudæa S. Mariæ Cleophæ.

Martyr. Rom. Christoph. à Castro in Hist. Virgin. Vide Torniell.

Hæc ſoror erat Sanctiſſimæ Dei genitricis ex parte Ioſephi, erat enim Cleophas frater Ioſephi qui hanc Mariam duxit vxorem. Eadem Deiparæ adhærebat in itineribus Virginis cum filio cui & miniſtrabat. Adfuit etiam cum eadem Deipara Chriſto morienti. Vide Euangelia.

Ita nōnulli quamuis alij velint Mariam Cleophæ fuiſſe conſobrinam Deiparæ. Cuius vir fuerit Alpheus, pater eorum qui dicuntur Fratres Domini, id eſt, conſobrini, Iacobus minor, Ioſeph, Iudas, Simon.

Aprilis 10.

1. ANno 1555. Romæ coronatur ſummus Pontifex Marcellus 2.

Huic adhuc Cardinali rem diuinam in æde ſacra Lauretana facienti, res mira contigit. Columba candidiſſima ſupra eius caput cum volitaſſet, nunc in ſacrificantis manibus, nunc in ipſo Miſſali libro quieſcebat. Ea ſignificabatur illum fore

fore Pontificem (columbę enim indicio olim deſignatos Pontifices Eccleſiaſtica teſtatur Hiſtoria) quod & iterum paucos poſt dies inibi ſacrificanti, à Deipara, quæ ei apparuit ſub ipſum ſacrificium, reuelatum eſt. Quanto eam affectu coleret, quamque eius cultum propagare optaret patet ex ijs quæ animo deſignarat ſi vita ſuperſtes fuiſſet. At intra 22. diem vix inito Pontificatu exceſſit è vita. Vide Hiſtor. Turſell. lib.3. cap. 16.

2. Anno 1585. vita exceſſit nunquam ſatis laudatus Pontifex ſummus Gregorius 13.

Hic ſuperiorum Pontificum indulgentias ędi Lauretanæ datas auxit. Pænitentiariorum authoritatem ampliauit. Vias quæ Lauretum tendunt alioqui aſperas & anguſtas vix vt pediti expeditus pateret aditus, ita latas fecit, vt etiam quadrigæ inter ſe occurrentes ſine periculo cōmeent, regio planè ſumptu & magnificentia. Hiſtor. Lauret. l.4.c.22.

Idem Laureti Dalmatarum Collegium inſtituit, in quo tricenos adoleſcentes litteris boniſq; moribus inſtrui iuſſit, haud maiori genti Illiricæ adiumento, quam ædi Lauretanæ ornamento futuros.

Idem in templo Sancti Petri ad vincula, altare Sacratiſſimæ Virginis ditauit priuilegio liberandi animas è purgatorio.

Romani pontifices Dominica lætare in quadrageſima veteri more roſam aureā conſecrant. Ea ſtirps eſt ſeu planta roſarum vernantium ex auro quæ aureo inſerta vaſculo, & ex tripode eminens aureo, ſeſquicubitalem altitudinem facilè excedit. Aureis nummis æſtimari fertur circiter *Turſellinus l. 5.*

citer mille. Pontificale hoc donum reginis plerumque mitti ſolitum, Gregorius Lauretanæ Virgini, vtpote Reginæ mortalium & cæleſtium miſit. Et extat in medio vaſculo titulus, donantis monumentum.

3. Martyrium Ezechielis Prophetæ apud Babylonem.

Hic c.24. per portam Orientalem clauſam per quam vir non erat tranſiturus, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, apertè figurauit virginem ex ſentētia tam Latinorum quā Græcorum PP. Auguſt. Hieron. Damaſcen. &c. Neque vacat myſterio inquit Caniſius ter clauſam hanc portam à propheta repeti, vt admoneamur hic indicari eam & ante partum & in partu & poſt partum virginem permanſiſſe.

Eandem Virginem præfigurat Ezechiel c. 1. per rotam eleuatam & volubilem à ſpiritu vitæ quæ quatuor facies habebat, quæ ſunt quatuor eius virtutes ſecundū quas vita actiua regitur. De qua figura fusè S. Bernardinus Tom. 3. Serm. 11.

Aprilis 11.

1. ANno 1518. cæcus quidam publice profitetur ſe à B. V. M. Montiſſerrati viſum recepiſſe. Res ita habet.

Brottus Florētinus vi diuturnioris morbi oculorum vſum amiſerat, quem vt recuperaret ſe dat in viam ad Deiparam Montiſſerrati. Accidit autem vt dux eius eum deſereret in via, atque iumentum quo vehebatur abduceret, inſuper & pecuniolam quam pro viatico habebat ei ſuffuraretur. Quid ageret miſer hic, omni deſtitutus auxi-

Digitized by Google

auxilio? Vertit ſe ad Deiparam, eiuſque ſubſidium efflagitat: Et ecce diuina prouidentia mendicus quidam tranſiens miſertus cæci illius, eum ad vſque montem Serratum deducit. Quò vix pedem intulerat cum ſtatim ei à Deipara oculorum lumen reſtitutum eſt. Ipſe totus in gratiarum actionem effuſus, infinitas Deiparæ grates habet. Et in ipſo diſceſſu è templo quendam offendit, qui quondam ei multo tempore ductor fuerat itineris, qui coram multis teſtibus ſanctè affirmauit illum verè cæcum fuiſſe.

2. Anno 1607. vitâ fungitur Benedictus Goez Societatis IESV. *P. Doutreman.*

Hic cum in ſæculo miles eſſet, miraculo ad ſocietatem vocatus eſt. Accidit enim vt cum oram Trauancoris in India Orientali attigiſſet, in templum ingreſſus coram icone D. Virginis oraret, ſeſeque, vitamque ſuam perditam, planeque licentia militari hactenus exactam, ſibi ob oculos ſtatueret. Vnde tantum dolebat vt fere de Dei bonitate deſperaret, nihilominus Dei matris clementiæ memor, eius opem vehementius implorat. Quod dum facit, Ieſu Chriſti pueri imago quam in gremio fouebat Deipara, cæpit flere, atque ex oculis emittere quaſi quoſdã lactis aut alterius liquoris non abſimiles fonticulos. Quo viſo expauit vehementer, ac ſocios vt id etiam contemplarentur aduocauit, qui ſimul omnes viderunt & ſacrum liquorem, ceu reliquias, ſudarijs ſuis exceperunt. Inde in ſocietatem IESV admiſſus eſt.

3. Anno 1034. obit Romanus Imperator Orientis. *Curopalates.*

Hic

Hic totus in erigendis & exornandis Eccleſijs, antiquam Dei genitricis imaginem quæ erat in Blachernis, occultatam tempore Conſtantini Copronimi iconomachi, reperit, quam & ad cultum priſtinum reuocauit.

4. Natalis S. Leonis Magni.

Hic cum videret Eccleſiam à Neſtorianis & Eutychianis infenſiſſimis Deiparæ aduerſarijs exagitari, totum ſe ad eam propagandam & in fide orthodoxa firmandam contulit. Quare Cōcilium Chalcedonenſe indixit vbi 630. coactis Epiſcopis, Neſtorius, Eutiches & Dioſcorus hæretici damnati ſunt, eiuſque Concilij decreta ſua authoritate firmauit. Scripſit & pulcherrimam Epiſtolam de Incarnatione Verbi qua & mirificè Deiparę honorem ac titulos propugnat. Vide 26. Iunij.

Aprilis 12.

In viris illuſtribus Societatis.

1. ANno 1603. in prouincia Peruana vita fungitur P. Petrus Anaſcus Societatis IESV.

Hic ſingulari affectu Deiparam colebat, à qua & plurima beneficia acceperat. In cæteris adhuc in ſęculo cum æger eſſet ad eam confugit. Nec fruſtra. Nam ei viſibiliter apparuit vlnis filium complexa, ac ſanitate reddita cohortata eſt vt mundo valefaciens in Societate IESV Deo ſe ſacraret. Quod & opere preſtitit. Eiuſdem adminiculo Virginis, parentes ſibi infenſos mitigabat, in litteris proficiebat, variaque ab ea dona exorabat. Eius honori dicarat ieiunium Sabbathinum quod nunquam impunè violabat.

Octaua

Digitized by Google

Octaua S. Vincentij Confeſſoris in ordine S. Dominici.

De eius erga Deiparam ſtudio, vide 5. huius.

Anno 1618. Anna de Croy, Comitis Stegrarum vxor vitâ exijt. Hæc particeps fuit fundationis monaſterij ſanctimonialium S. Brigittæ (quæ ſe B. V.M. filias dicunt.)

De iſta fundatione vide 16. Maij.

Aprilis 13.

1. ANno 1542. publicis commendatur tabulis miraculoſa energumeni curatio ope Virginis Deiparæ.

Fuit hic Dominus Iacobus Dalmaſa nobilis Florentinus, quem Pariſijs exiſtentem malus dæmon inuaſit & ingreſſus eſt, ita vt ſe ipſe, modò ex alto præcipitare conaretur, modò in puteum deijcere, ac horrendas in Deiparam Montiſſerrati, cuius in cubiculo appenſa erat imago, euomeret blaſphemias. Tunc etiam tanto impetu capitis irruit in menſam digitos duos craſſam vt eam in partes effregerit. Tamque validus erat vt vix 12. viri eum continere poſſent. Tandem binæ candelæ (quas quidam è monte Serrato attulerat) effigie Virginis ſignatæ ei applicatæ fuerunt, licet validè reſiſtenti, ſed fruſtra. Tũ quotquot ei aderant in genua prouoluti enixè Deiparam rogant vt miſeri iſtius miſereatur, illumque à mali dæmonis poteſtate eximat. Interim reſpondit dæmon ſe poſt quadrantem deſerturum ſuum hoſpitem, at toto illo tempore grauia quæq; adhuc eſſe paſſurũ. Quod ita euenit vt pronũtiarat, quo exacto plane libertati atq; incolumitati priſtinæ reſtitutus eſt. *Hiſtor. Montiſſ.*

2. Anno

2. Anno 1320. Natalis B. Margaretæ à Caſtro ex ordine D.Dominici.

Huius contemplationes plurimum erant circa hæc. Quemadmodum Deipara virgineo ſuo vtero Ieſum Chriſtum contineret, quemadmodum ex ea natus. Quomodo vtrique ſeruierit Ioſeph ſponſus maxime in itinere Ægypti. Hæc tria myſteria erant ei pabulum quotidianum, eaque nocte ac die animo peruolutabat: ſumma, ea erant argumenta ſermonum eius, neque alia de re loquebatur. Et quod omnem excedit admirationem à morte ipſius in corde inuenti ſunt tres lapilli protioſi qui tria iſta myſteria exhiberent. In primo ſculpta erat effigies ſpecioſiſſimæ Virginis cinctæ diademate aureo. In ſecundo pueri recens nati in medio duorum animalium. In tertio ſenis aurea chlamide induti, ad cuius pedes in genua ſtrata erat Virgo ordinis D. Dominici. Neque vero ignorabat hæc Virgo ſe tantum theſaurum in viſceribus continere. Viuens enim ſolita erat dicere amicis. O ſi ſciretis quantus in corde meo lateat theſaurus. Porro lapides illi etiamnum ſeruantur in templo Dominicanorum.

Aprilis 14.

1. QVidam binis ſclopeti glandibus innoxiè transfigitur.

Huic nomen Hieronymus Macarulla qui cum in turmam prædonum incidiſſet, vnus de ijs in eum ſclopetum exploſit glande per mediũ corpus tranſeunte. Quo in diſcrimine, illico ſeſe Deiparæ Montiſſerrati commendauit. Et ecce tibi

Digitized by Google

tibi promptum miraculum, nam nihil illi ictus ille licet duplici glande, nocuit. Cumque id mirarentur prædones, neque ſatis caperent quomodo adhuc pedibus ſubſiſteret, ſciſcitantur ab eo quid tandem ſecum deferat quo ſimiles ictus eludat, glandeſque innoxiè per corpus traiectas excipiat. Nihil omnino reſpondit ille, niſi quod in eo diſcrimine ſtatim ad Deiparæ præſidium confugi. Quod dum audirent prædones: Vade inquiunt liber, quandoquidem te ſeruauit B. V. M. in viuis, nolumus tibi eam vitam auferre.

2. Anno 1609. Paulus 5. beatum pronunciat Peregrinum ex ordine Seruorum B. V. M. permittitque vt per totum illum ordinem de eo officium recitari poſſit.

De huius erga Deiparam ſtudio vide 1. Maij.

3. Anno 1615 Conimbricæ vitâ exit P. Sebaſtianus Baradius Societatis IESV.

Hic cuidam è noſtris in vocatione vacillanti vt quantum ea eſſet beneficium oſtenderet, dixit ſe iuſſum à B.V.M. ſocietatem ingredi. Et ſanè fama fuit Olyſſipone B.V.M. quæ de Eſchetada dicitur P. Baradio locutam, vtque ſocietatem filij ſui iniret imperaſſe. In familiari congreſſu cõmendabat noſtris deuotionem aduerſus Deiparam cuius ope religionem ingrederemur & in ea perſeuerаremus. Quoties de Deipara ſermonem haberet aut audiret, totus exultabat animo, vt oris hilaritas indicabat. Non patiebatur vllam eius imaginem eſſe neglectam, aut eſſe eo loco qui minus eius honori congrueret. *Io. Burghesius.*

Dicebat ſe & cæteros peccatores tolerari à Deo intuitu B.V.M. Sed eius in eã affectus patet ampliùs legenti eius commẽtarios in Euangelia

Ioann. Brugmann. Minorita.

4. Anno 1433. ad Dominum migrat S. Liduuina varijs Dei genitricis apparitionibus celebris.

Hæc ſub parentum domeſtica inſtitutione lingua balbutiente cæpit iucundo animo ſalutationem Angelicam recitare & imaginem matris Dei vbi poterat officioſè venerari: Maximèque & præcipuo cultu eam venerabatur quæ Schiedami in Holandia (ea eſt patria S. Luduuinæ) ob iſtud miraculum colitur. Mercator quidam eò attulerat imaginem SS. Virginis Mariæ venditurus Antuerpiæ in nundinis. Naui itaque eam imponit, ſed nautæ omni licet adhibita vi nunquam eam mouere potuere. Accurrere innumeri ad ſpectaculum & ſuſpicati id fieri ob imaginem Deiparæ, facile impetrarunt à mercatore vt non multo pretio eā Schiedami relinqueret. Eam ciues in æde S. Ioann. Bapt. reuerenter collocarunt, & creſcente populi ſtudio aduerſus Deiparā ſodalitas ibi eſt inſtituta quæ quotidie laudes eius celebraret. Porrò hanc vt dixi frequentabat præcipuè Liduuina, licet vix ſeptennis. Cum autem à matre obiurgaretur ob diuturniorem ad eam moram. Quæſo inquiebat ô bona mater ne ægrè feras, ſalutaui enim ſpecioſiſſimam Dominam noſtram, & illa mihi blandiſſimè arriſit.

Huius in acerrimis doloribus poſitæ, cum deerat cæleſtis conſolatio, hoc erat exercitium. Loquebatur Angelo ſuo tanquam præſenti orabatque eum vt ſalutaret dilectum ſuum & SS. eius matrem, omnes beatos ſpiritus, cæteroſque SS. omnes. Quamquam & frequenter cum Angelo ſuo viſibiliter colloqueretur. Quando Angelus aliquo eam erat ducturus (ſiue in corpore ſiue

extra

Digitized by Google

extra corpus,me latet) ducebat eam primum ad ſupradictam imaginem Deiparæ. Ea ſalutata, proficiſcebatur verſus Orientem ad regionem amæniſſimam, vbi odorum ſumma fragrantia, omnis generis florum & aliarum rerum delectabilium copia, vbi nullum malum, non frigus, non eſtus &c. Quodam ſolemni die rapta eſt ad videndos cæli incolas, in quibus vidit & B. V. M. audiuitque eam ſibi dicentem. Quomodò filia cariſſima ita inculta huc veniſti, cui reſpondit: noſti mater me à ductore meo Angelo huc ductam. Et mater Domini ad eam: viſne capiti tuo imponi tegimen quod fero manibus. At illa ignorans quid reſponderet, pauidè aſpexit ductorem ſuum. Tertiò autem roganti Deiparæ, reſpondit. Ego ô Domina mea non debeo hic obſequi meæ voluntati. Dixit autem ei Angelus: ſi vis tolle illud. Petijt ergo illud, ſed non abſque formidine. Cum igitur ad ſe rediſſet B. V. M. ei apparuit, tegimen illud tenens, dixitque illi: ſæpè filia te rogaui num velles hoc velamen, nec tamē voluntatem tuam indicaſti. En illud iam impono capiti tuo, ſed cum è cœlo venerit, non niſi 7. horis erit in terris. Dabis autem illud confeſſario tuo, & admonebis eum vt fidem adhibeat donis Dei & vt imponat hoc velamen capiti imaginis meæ. Loquitur enim de ſuperius memorata imagine miraculoſa. His dictis euanuit, virgo velamen conſiderauit. Tum vocato confeſſario vniuerſa narrauit. Erat autem velamen illud criſpum; colore cæruleo medio inter album & viridem, texturæ ignotæ, totam domum ſuauiſſimo replens odore. Rogauit autem illa vt mox imponeretur capiti imaginis. Illo cauſante tem-

pus & quod imago loco celſo eſſet, reſpondit, Dominus prouidebit vt poſſis ingredi in templũ, ſcalam autem ad borealem templi partem inuenies. Mira res, egredienti occurrit templi cuſtos, ſcala inuenitur, imponitur velamẽ imagini, quod ſtatim ab Angelo ablatum eſt.

Magna omnino (ſubdit idem Author) fuit B. Liduuinæ cum Dei matre familiaritas, quippe quæ in meditationibus ſuis ac ſi corpore animo præſens illa adeſſet, cum Maria lactante, lactabat & ipſa puer Ieſum, cum exulante exulabat, cum dolente dolebat, ſtabat cum ſtante ſub cruce.

Quadam nocte Natiuitatis vidit Deiparam habentem puerum Ieſum in gremio, vt olim in diuerſorio, innumeris ſtipatam virginibus ineffabili harmonia hymnos concinentibus.

Eandem B.V.M. ad opera miſericordiæ continuanda hac viſione animauit. Miniſterio Angeli & Deiparæ imperio in paradiſum rapta vidit beatorum quaſi exercitum, mediamque Deiparam, ac ibidem menſas ſtrui ornarique ſerico, & eleemoſynas quas per id tempus Liduuina egenis dederat, quàm appoſitiſſimè in illa menſa collocari. Item portiones quas in figlinis vaſculis pauperibus porrexerat, partim cryſtallinis, partim aureis patinis reuerenter apponi. Tum vidit clariſſimorum virorum cœtum in menſis illis diſcũbere, ſonitumque audiuit quaſi iucundè prandentium, quibus omnibus ipſa videbatur alacriter miniſtrare. Cuius viſionis memoria poſtea ipſam ad beneficentiam erga pauperes cumulandam ſtimulabat.

Eadem, pro muliere deſperante de ſalute ob quoddam immane facinus orat, & cũ lachrymis

eius

eius cauſam Deo proponit. Quod dum facit, rapitur in ſpiritu, & videt matrem miſericordiæ in cœtu virginum, ſathanam quoque (qui mulierem mirè torquebat chartã ei noctu obtrudens in qua ſcelus illud erat inſcriptum) citatum peremptoriè chartamque tenentem. Orat Liduuina reginam cœli pro muliere. Illa mox vi extorquet chartam è manu Sathanæ, arreptam diſcerpit. Ita mulier penitus liberata eſt.

Anno dolorũ ſuorũ 17. circa feſtum B. Thomæ Apoſtoli, ſurſum ſpiritu eleuata vidit ad ſe aduentantes Angelos quorum alij lanceã, alij clauos, alij alia dominicæ paſſionis inſtrumẽta ferebãt. Vidit etiã matrẽ Domini cum varijs ſanctis. Denique & ipſum Chriſtum ſpecie formoſiſſimi pueri, qui mox in perfectũ mutatus virum, inſtar crucifixi ſanguinolẽtus apparuit, qui virgini 5. ſua vulnera impreſſit. His itaq; geſtis, vidit SS. V. M. arma paſſionis Chriſti quę ferebant Angeli reuerenter ex illorum manibus accipientem eiq; deoſculanda exhibentem, ac mox diſparuit.

Tandem paulò ante obitũ apparet ei Chriſtus Dominus cum matre ſua, cum Apoſtolis, varijſq; ſtipatus ſanctis & Angelis. Sedit autem Chriſtus ad lectuli eius dexteram. Beata Virgo ad ſiniſtrã, alijs in orbem eam cingentibus. In ea viſione vidit item menſulam ornatã, & in ea ceu ſacri olei vaſculũ elegantiſſimum, crucem quoq; pulcherrimam, & cereum totum cubiculũ mirificè illuſtrãtem. Tum ſentit ab ipſo Saluatore ſacerdotalibus induto veſtibus loca corporis ſui omnia perungi, quę ſacro oleo morituris ſolita ſunt inungi. Inde Chriſtus ponit in manu eius cereũ, eumq; tenet cum matre ſua, cruce illic inuiſibiliter per-

manente donec exhalaret ſpiritum.

Aprilis 15.

1. DEipara quandam puellam liberat à præſentiſſimo mortis periculo.

Anno 1554. contigit in Hiſpania non procul à Deipara Monſerratenſi ſuper quandam pueliā bimulam in platea ludentem, currum lapidibus onuſtum volui. Cumque aſtantes inclamarent aurigæ vt retrocederet, ipſeque ad id conaretur, auxit dolorem ac periculum puellæ. Interim clamore excita mater, accurrit ad filiam, quam vt in tanto videt diſcrimine, cum lachrymis Deiparæ opem implorat, ad filiam quam ſibi mortuā perſuadebat aduolat, eamque non ſolum viuere, at etiam incolumem omnino deprehēdit, licet currus admodum eſſet onuſtus, ac medium puellæ corpus toto pondere ſuo oppreſſiſſet.

Hiſtor. Foyenſis. 2. Anno 1620. publicis conſcribitur tabulis brachiorum ac digitorum vſura recepta. Dominus Antonius Crulayus Benedictinr ordinis ad D. Giſleni religioſus, brachiorum manuumque ſex integros menſes vſu priuatus, poſt varia tentata remedia ſed incaſſum, vouet ſe ad Deiparā Foyenſem prope Dionantum Eburonum, peregrinationem ſuſcepturum. Quod & opere præſtat, ac audito ibidem Miſſæ ſacrificio, cæleſtique pane paſcitur. Redit itaque ad monaſterium nondum abiecta ſpe valetudinis. Et ecce tibi dū intra ſepta monaſterij gradum infert, brachia, manus, ac digiti, ſolita paralyſi liberantur, eaque nullo dolore quantum vſus poſtularet, attollit: & deinceps Miſſæ Sacrificium (quod antea illi negatum erat) quotidie celebrat.

Apri-

Aprilis 16.

1. FEſtum Dominæ noſtræ de Pietate apud ſacrum ordinem Ciſtercienſem. Vide 17. Martij quo die Atrebati celebratur.

2. Anno 1305. in cælum abijt B. Ioachim Senenſis ex ſacra familia Seruitarum ſeu ſeruorum Deiparæ. *Chronic.*

Hic à prima ætate Dei parentem præcipue coluit. Annos 13. natus ab eadem in ſomnis admonitus eſt vt dictum ordinem ingrederetur. Dũ ſacro die Aſſumptionis miniſtraret, ſtatim comitiali morbo oppreſſus corruit, cereus tamen quem ad eleuationem Euchariſtiæ manu tenebat, ſuſpenſus in aëre diuinitus manſit, cunctis ſtupentibus. Paulus 5. cognita eius ſanctitate & miraculis, conceſsit anno 1609. vt toto ordine ſeruorum de eo officium vnius confeſſoris non pontificis celebrari poſsit.

Aprilis 17.

1. ANno 1539. quidam publicè proteſtatur Deiparę precibus ſibi filium vitæ redditum. Res ita habet. *Hiſtor. Montiſſ.*

Antonio Montanero filius erat triennis qui in puteum admodum profundum decidit. De quo infortunio monita mater pueri, citiſsime accurrit, cumque ob aquæ profunditatem eum iam mortuum crederet, quo potuit maximo animi affectu eum Deiparæ Montiſſerrati commendauit. Oratione abſoluta poſtquam puer iam horis circiter duabus aquæ immerſus fuiſſet, eum è puteo

teo eduxit, totaque nocte tanquam mortuum gremio ſuo fouit, frequentes iterans ad Deiparam preces vt eum vitæ redderet. Nec fruſtra, mane namque diei inſequentis reperit filium ſuũ vita & ſanitate plenum. Quare illo ipſo die voto ſeſe liberatura in viam ſe dat ad B. V. Montiſſerrati, ei gratias actura.

Vide aliud non abſimile in eadem hiſtoria miraculo 210.

2. Anno 1416. S. Brinolphus in cælitum numerum reponitur.

De eo vide 6. Februarij.

3. Anno 1605. prædones quidam qui iter ad D. Virginem Sichimenſem infeſtum habebant, peregrinos ſpoliando, occidendoque, publico afficiuntur ſupplicio & in rotam aguntur.

Chron. 4. Anno 1310. cæleſtibus additus eſt B. Alexius Falconerius.

Hic vnus eſt ex ſeptemuiris qui ordinem ſeruorum B. V. M. condiderunt, in quo laudabiliter 77. annis vixit. Tandem centum & decem annos natus in his verbis. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, immortuus eſt.

5. Anno 1599. à Clemente 8. in ſanctorum album conſcribitur Hyacinthus Dominicanus.

Hic ferè ab ipſa cuna diuinam matrem ſalutabat proſtrato corpore dies ac noctes pro ſuo in mundum ſalutari ingreſſu, proque ſua & aliorum ſalute compellabat.

In vita. Idem præter ferias ſextas, etiam B. V. M. vigilias omnes & SS. Apoſtolorum pane & aqua ieiunabat. Cum Tartari Ruſſiam & Voliniam popularentur ipſe Kiouiæ agebat & ingreſſo in tem-

templum locuta eſt imago B.V.M. Cur me, inquit, Hiacynthe ſolam relinquis? Cur ludibrio Barbarorum exponis? Cur tecum me & filij mei ſacramenta non effers? His admonitus, ſacerdotis habitu indutus altera manu ſacram hoſtiam, altera vero prægrandem ex alabaſtro B. V. M. imaginem apprehendit, & nullam inueniens nauim Boriſtemis aquis ſe commiſit, ac ſicco veſtigio ingentis iconis pondere onuſtus profundiſſimum flumen traiecit, ac tandem Cracouiam peruenit incolumis, cum prius in itinere, per Moſcouiæ fines Senerienſes: Lithuanos, Liuones, Samagitas, & Pruthenos fidem Chriſti docuiſſet. Piam illam ſarcinam imaginis Deiparæ Cracouiæ in templo ſui ordinis SS. Trinitatis reliquit.

Anno denique 1257. ipſo die Aſſumptionis in cælum aſſumptus eſt. Dumque eo die ante illam ipſam iconem orat, videt in momento cæleſtem lucem ſuper aram effundi & in medio eius Angelorum agminibus circumdatam eorum reginam ad ſe deſcendere, & ſic eum alloqui; Gaude fili Hyacinthe, quia orationes tuæ gratæ ſunt filio meo & ideo quidquid ab eo PER ME petieris, impetrabis. Atque ſic perceptis Eccleſiæ Sacramentis in his verbis. In manus tuas commendo ſpiritum meum, in Domino obdormiuit.

Vide Auguſti 15. quo die obijt, licet feſtum eius celebretur Dominica infra octauā Aſſumptionis B. V. M. etiamſi ea Dominica in die octauæ venerit.

6. Huic erat ſocius B. Hermannus vna cum ipſo Romæ in Cœnobio S. Sabinæ, S. Dominici inſtitu- *Leander & alij.*

inſtitutum profeſſus, cuius pietatem in virginē, hîc (quod eius obitus dies ignoretur, obijt autem anno 1245.) viſum eſt ſubijcere.

Beatiſsima virgo ſemper eius obuerſabatur aſpectui, cuius viſcera cælis capaciora demiratus, ijs quod Deum immenſum 9. menſiū ſpatio baiulaſſent, tantam beatitudinem gratulabatur. Vt & cordi virgineo quod ſupra Angelicum captum excellentiſsimis myſterijs fidem præſtitiſſet: vberibus inſuper quę omnia largiter pauentem pauiſſent. Manibus deinceps quæ amictum lumine faſcijs cinxiſſent. Brachijs item quæ geſtaſſent. Denique ori quod balbutienti puſioni oſcula impreſsiſſet. Et ad ſingulorum congratulationem ac contemplationem ſalutationem Angelicam pangebat. Ab externa porrò virginis ſpecie ad internam ferebatur. Ibi incredibilem eius fidem, profundiſsimam humilitatē, ardentiſsimam charitatem, puritatem ſupra Angelicam, moderationem animi, iuſtitiæ robur, aliarumque virtutum eius lumina, nuſquam in vlla creatura viſa, venerabatur, & in iſto paradiſo in quo SS. Trinitatis perſonæ ſua oblectamēta capiunt, cogitatione caſtiore exſpatiatus, ad ſingula iſta virtutum ornamenta, ſalutationē Angelicam geminabat, adijciens. Ieſu ſuauiſsime dignare me, meam & tuam matrem ſuper omnes ſpecioſam, ore laudare, corde admirari & imitatione ſubſequi. His erga Deiparam ſtudijs reſpondebat ipſa. Vna die ſabbathi ei apparuit, & nouis gratiarum chariſmatibus eum ditauit. Flagitabat à Deo per reginam matrem vt ſibi dignaretur tantillum voluptatis ſpiritualis detrahere quam cōtemplando ſentiebat, illudq; dono intel-

intelligentiæ ſcripturarum compenſare, eiuſque linguam balbam diſſoluere, eamque tum ad Deũ laudandum tum ad concionandum præparare. Quod & fecit, nam ſcientia infuſa ditatus fuit & incredibili eloquentia. Quare innumerabiles ad Deum conuertit.

Aſsiduus erat in meditatione paſsionis Chriſti. Frequentiſsima illi erat in ore ea formula ab Eccleſia præſcripta quam flens vbertim poplite flexo frequenter promebat. Adoramus te Chriſte &c. Eam cum ſemel ex intimo corde eructaſſet, apparuit ei Chriſtus eumque ſuis admonuit vulneribus, & è ſingulis manuum, pedum & lateris fixuris, guttas ſui ſanguinis eius ori inſtillauit.

Aprilis 18.

1. ANno 1378. Romæ in Sancti Petri æde coronatur Pontifex Vrbanus 6.

Hic plenariam impertijt indulgentiam viſitantibus die natali B. V, M. ſacram eius ædem Lauretanam. Vide fuſius 15. Octobris.

Anno 1478. quidam ob furta & rapinas in municipio Porchetano, quod eſt iuxta Aquiſgranum, morti adiudicatus, votum fecit Diuæ quæ ibi colitur, poſt horæ quadrantem, intercesſiones factę pro ſuſpenſo, & vt putabatur vita iam functo, vt ſepulturæ gratiam cõſequeretur. In quod cum ſubſcribit iudex, ac iam exanime omnium iudicio corpus ſepulturæ parabatur, ſpiritus redijt. Petrus Beeck in Aquiſgrano.

2. Anno 1618. ex hac vita migrat Maria dicta ab incarnatione ex coniugata, ſanctimonialis

Andreas du Val in eius vita.

nialis (laica vt vocant ſeu conuerſa) in ordine B. Mariæ de monte Carmelo ſeu reformationis Sanctæ Thereſiæ.

Huius mater in partu quo eam enixa eſt, Deiparæ vouit, ſi is fælix eſſet, ſeptennio toto in eius honore n candidum habitum quem ederet fœtũ geſtaturum. Itaque voti compos facta eſt.

Ipſa vero Maria, proles ſuas numero ſex à primis annis educauit in cultu & pietate erga Dei matrem, ac tempore ſacrificij eas curabat recitare eiuſdem officium vſque ad Veſperas, quæ ab ijs cum completorio à prandio legebantur. Poſtquam religioſum ordinem eſſet ingreſſa, frequẽter ab ipſa Dei genitrice viſitabatur. Quinto ante fælicem eius tranſitum die, ei Chriſtus cum Deipara apparuit ad pedes lecti, quod ipſum indicauit præſidi ſuæ Agneti, indicans vt in eam partẽ oculos conijceret. Verum non eadem vtrique erat acies oculorum, quare nihil vidit.

Eadem dum ægrotaret ſibi curauit ad pedem lecticę ſuſpendi imaginem S. Mariæ Maioris, cuius intuitu vberrime cæpit ex ſenſu pietatis flere, viſaque eſt aſtantibus ſanctimonialibus facies eius tota ignea & lumine plena, quo etiam tempore mira loquebatur de laudibus ac gloria Deiparæ. Rogabat inſuper vt nullam ſororum pateretur huius eiuſdem imaginis conſpectu carere in articulo mortis, ne eiuſdem virginis cæleſtibus ſolatijs deſtitueretur.

Anno 1722. in Beatorum numerum adſcribitur Petrus ab Alcantara ordinis Recollectorum S. Franciſci.

De eo vide 18. Octobris n. 2.

Apri-

Digitized by Google

Aprilis 19.

1. ANno 1542. publica fide conſtitit de miraculoſa cuiuſdam cõſeruatione in vita, non obſtantibus varijs vulneribus lethalibus.

Hoc beneficium præſtitit Deipara Reuerendo Domino Petro de Orieu quem hoſtes numero ſex aggreſsi peſsimè mulctarunt. In ijs vnus ſagitta eum traiecit in tibia, alter in pectore, tertius in mento, quartus Sclopeti glande tempora eius peruaſit, quo ex ictu in terram lapſus, habitus eſt mortuus. Interim toto iſto tempore non ceſſauit continenter Deiparæ auxilium, vt ſibi propitia eſſet, implorare. Neque his hoſtes eius contenti, licet omnis ſenſus expertem cernerent, vnus eorum eum in latere dextro lancea traijcit, alij duo vehementi impacto tum in eius caput tum in brachium ſiniſtrum gladij ictu, eum de nouo ſauciant, ac veluti mortuum deſerunt. Sed non deſeruit benigna Ieſu Chriſti mater. Nam à quodam agaſone illac tranſeunte vbi iacebat, monitus quidam agricola loco illi vicinior eũ in ædes ſuas tranſtulit, quem vt vidit adhuc ex obſcuris licet quibuſdam ſignis viuere, ſex partim medicos, partim chyrurgos aduocauit, qui pronunciarunt eum iam obijſſe. Viuebat tamen, & ſe quo poterat maximo mentis affectu Deiparæ commendabat. Vnde paulò poſt diuinitus roboratus loqui cæpit, ac diſertè profiteri ſe toto illo tempore à Deipara ſeruatum viuum, itaque ad eam viſitandam in Monteſerrato voto ſe obligauit, ac ſe eo ipſo die itineri dedit (ita repentè vires à Deipara exorauit) ac quatriduo poſt viginti mi-

ti miliaribus decurſis eò peruenit: Tandem non ita multo poſt tempore perfectam ſtupentibus cunctis ſanitatem eſt conſecutus.

Aprilis 20.

1. ANno 1578. Confirmatur à Gregorio 13. religio Seruitarum B.V.M. quod & à varijs ante Pontificibus præſtitum erat.

2. Anno 1314. viuere deſijt Clemens 5. ſummus pontifex.

Anth. vit. pontific. Hic contra Saracenos Deiparæ hoſtes non ſemel tum in Syriam, tum in Inſulas Baleares & in Hiſpanias ſacrum bellum edixit. Vſeſtæ in Gallia Deiparæ templum erexit, in quo & conditus eſt. Noſtra autem memoria anno 1577. 8. Idus Ianuarij eius ſepulchrum marmoreum admirandi operis dirutum eſt à Caluini ſectatoribus, & eius corpus ab iiſdem in flammas iniectum.

3. Anno 1497. ad cœlum emigrat B. Dominicus Leoneſſa Minorita.

Vlyſſipon. in Chro. Huic morituro Deipara apparuit, & à caterua dæmonum eripuit, viuens & mortuus multis claruit miraculis.

Michael Pius. 4. Eodem fauore apparitione ſcilicet dignus habitus eſt anno 1300. B. Dominicus Luſitanus, è familia S. Dominici, quem cum PP. in comitio prouinciæ congregati, nollent valde licet id vrgentem prioratus officio liberare, hoc memorandum dixit. Illi quidem hoc onere nolunt me exonerare, cæterum paſtor paſtorum me modò & hac cura & mortali vita abſoluet, dixit, in morbum incidit, Diuam V.M. filiolum vlnis cõplexam aſpexit, & carne ſolutus apparuit cuidam

dam conſtanter aſſerens ſe Deo viuere.

5. Anno 1317. Natale B. Agnetis de mõte Politiano ex familia S. Dominici.

Hæc præcipuo quodam affectu Deiparam complectebatur. Vix trimula orationem Dominicam ac ſalutationem Angelicam non didicit ſolum (quod in illa tamen ętatis imbecillitate mirum eſſet) at etiam identidem, ſic vt omnino ſapere videretur ab æqualium colluſionibus in ſolitudinem vſpiam ſeducta, memoriter, ſuppliciter, diligenter vſurpabat, opem expoſcens à cæli rege, reginaque. Politiano meretrices eiecit, & infamem locum tot adoleſcentum naufragijs, earumque fœdas cellas & fornices perpugnauit, continuoque ibidem templum maximæ Virgini collocauit, vt vbi perditiſſimæ corruptelæ veneficijs pudor antea conflictabatur, ibi ſacrarium pudicitiæ religioſiſſimum cerneretur. Eius porro amore & obſequijs reſpõdebat Beata Virgo. Semel enim ei ſe viſendam præbuit, multum eam conſolans, cui & proprijs manibus tres dedit lapides ita eam affata. Ante obitum tuum, ô mihi in paucis dilecta, templum ad me honorandum excitabis, quare hos lapides eius rei monumentum cape. Id vero conare vt ædificium tuum vniuerſum nitatur firma fide & confeſſione SS. & indiuiduæ Trinitatis. His dictis diſparuit. Beataque Agnes apud ſe nemine conſcio tres illos lapides ſeruauit.

In vita à Bernardin. Stephonius Societ. Ieſu in quadam oratione de ea.

Cum ea nocte quæ Dei Matris Aſſumptionẽ præcedit ſummo cum feruore eam rogaret vt ſibi filium ſuum non videre modo, ſed & tradere dignaretur: Mox ſplendidiſſimum eam lumen vndique cinxit, in cuius medio apparuit ei SS. Deipara

para cum filio, quem ſinu fouebat paruulo, eoq; ſtatu quo erat cum adhuc ex vbere materno pẽdebat. Nemo cogitatione aſſequatur, quanto tũ fuerit perfuſa gaudio, cum ei datum eſſet brachijs complecti mundi Dominum, regumque regem potentiſſimũ, & in eo & per eum cæleſtis beatitudinis arras & pignus tenere. Tandẽ quãquam inuita ſacratiſſimum iſtud depoſitum matri reddidit, poſtquam Chriſti genis oſculũ amoris plenum impreſſiſſet, & à paruuli collo dependentem paruulam Crucem abſtuliſſet. Quæ ſingulis annis primo Maij ſimul cum ſanctiſſimo huius Virginis corpore publicê oſtenditur.

Cum ſummo teneretur deſiderio fruẽdi ſacris reliquijs Chriſti Domini, ab Angelis ad eam delatum eſt pauxillum eius terræ quæ illo crucifixo eius ſanguine fuerat irrigata, addita inſuper particula paropſidis in quo ſolita illum erat in ætate teneriore abluere SS. Deipara.

Quod autem ſuperius dictum eſt de tribus lapidibus id eum habuit exitum. Angelus quodam die ei apparuit atque in mentem reduxit. Vt in montem Politianum regreſſa, ibi Deo & Deiparæ (vt id ab ea illi fuerat imperatum) templum ædificaret. Quod & præſtitit, ac ibidem monaſterium Virginum ordinis S. Dominici piorum eleemoſynis erexit.

De ea narratur quod media nocte quà mortua eſt Politiani infantes qui nondum loqui poterãt, parentes ſuos excitarint, dicẽtes articulatè, Agnetem in cælum ad Agni nuptias abijſſe. Sunt etiã qui referunt aliquando Carolum 4. Romanorum Imperatorem cum retecto ſarcophago eius corpus videre voluiſſet, Agnetem à multis annis

annis mortuam oculos aperuiſſe & Carolum reſpexiſſe.

Aprilis 21.

1. NAtalis dies S. Anſelmi Cantuarenſis Archiepiſcopi. *Fr. Edmerus Anglus.*

Hic librum ſcripſit admodum pium & doctũ de excellentia SS. Virginis Mariæ. Cum ſemel in profundam ciſternã noctu caderet, in ipſo caſu inclamauit Dei genitricis opem, dicẽs: S. Maria. Ad quã vocem ſocij itineris excitati, cum in profundo cõſpicientes, timore pæne exanimati ſunt. Quod ille aduertens, mox leuato capite, vultu iucundo intuitu illis innuit, nihil ſe læſionis eſſe perpeſſum.

In Dialogo de paſſione ait ſibi à Deipara reuelatũ, quod cum Ioſeph ab Arimathia peteret à Pilato corpus IESV, hâc in cæteris rationem aſſignaſſe, quia mater eius præ dolore moriebatur. Quaſi dixiſſet, mater eius ſancta eſt & innocens, caſus grauis & repentinus, crucifixus autem erat vnicus ei filius, rationi autẽ nõ eſt conſentaneũ vt ſimul cum filio mater innocens moriatur. Erit autem ei aliqua conſolatio eum ſepelire.

Aprilis 22.

1. APparet Deipara S. Oportunæ Abbatiſſæ de corpore exeunti. *Vide Surium hodie.*

Hæc fuſius proſequitur Sanctus Adelelinus Epiſcopus. Cum Sancta Opportuna grauiter ægrotaret, ad eam venerunt SS. Cæcilia & Lucia. Ad quas illa blando ſermone: Auete ſorores

O Cæcilia

Cæcilia & Lucia, quid præcipit ancillæ ſuæ omnium Regina Virgo Maria. Expectat (inquiunt illæ) aduentum tuum vt filio eius coniungaris in cælo. Itaque ornata corona gloriæ & accenſa lampade, debes obuiare ſponſo & ſponſæ. Poſt lætitiam autem tam præclaræ viſionis, dum in exitu illius ſanctæ animæ Clerus & ſanctimoniales Pſalmos canerent, & ipſa cum eis, reſpiciens ad oſtium domus dixit ijs: Ecce aduenit Domina mea B. V. M. cui vos commendo, & quos hîc amplius non videbo. Extendente autem ea brachia ſua quaſi matrem Dei amplexari vellet, ſancta eius anima carnis vinculis ſoluta in cælum penetrauit.

2. Natale S. Aldeberti.

De huius aduerſus Dei genitricem pietate vide 1. Iulij.

Aprilis 23.

Io. Buzelinus. 1. PRope Inſulas, Deipara dicta gratiarum ſeu Loenſis ab Abbatia vicina, clareſcere incipit anno 1581. Quando Iacobus à Buſco Inſulanus ab apoplexia eius meritis curatus eſt. Quot vero deinceps illuſtris fuerit miraculis pandunt monumenta ſacelli vbi amplius octoginta reperias.

2. Anno 1619. cæco videndi poteſtas redditur.

Hiſtoria Foyenſis. Oculorum vſum amiſerat Ioannes Marcenſis Felemna oriundus, ciuis Hargnienſis, cuius recuperandi cauſa loca varia miraculis inclita incaſſum adierat. Nempe iſtuc Virgini Foyenſi ſeruabatur. Itaque ſacellum eius ingreſſus, Virginem impen-

impenſius orabat vt illa ſibi videndi facultatem impetraret, cũ ecce tibi repentino ſpaſmo, neruorumque conuulſione miſerabiliter ita diſtorqueri incipit, vt exoſſari atque diſcerpi facilè credi poſſet. Id certiſſimum abeuntis ærumnæ fuit augurium. Nam in eo membrorum conflictu aperti atque ſerenati oculi, iucundiſſimam lucem acceperunt, ſeruaruntque in hodiernum.

3. Natale S. Adalberti martyris qui primus ferè Boemis ac deinceps Polonis Euangelicam lucem oſtendit. *Æneas Siluius. Surius.*

Hic amiſſam lucem recuperauit & ad vitam monaſticam ſe contulit, quum puerum ipſum grauiter laborantem mater Dei genitrici commendaſſet, eique religionis ergo vota feciſſet.

Aprilis 24.

1. ANno 1480. occaſione Turcici exercitus qui iam Rhodum verſus tendebat, transfertur Rhodum imago quædam Deiparæ quæ in loco quodam & colle vicino, non ſolum ab incolis ſed ab aduenis etiam colebatur. Eadem imago cum alijs reliquijs & ſuppellectile ſacra magni pretij, fuit poſtmodum tranſlata Melitam, ibique in Eccleſia conuentuali D. Ioannis Baptiſtæ collocata, vbi & magnam habet venerationem. *Iacobus Boſius in Hiſtoria militia D. Ioannis Hieroſolymitani.*

2. Anno 1585. Creatur Pontifex Sixtus 5. Hic ab infantia B. V. M. in aduocatam delegit, ideoque eius Eccleſias, maximéque baſilicam ad præſæpe Domini (ita dictam quod eo trãſlata ſint ex Bethlehem Chriſti incunabula) Sanctæ *In bulla ab eo edita anno 1587. V. Bullarij p. 577.*

Mariæ Maioris de vrbe admodũ coluit. Inſignẽ Capellam præſæpis Domini in ea Baſilica minus decenter ornatam dum Cardinalis erat, cõſtruere cępit. Ad papatum prouectus perfecit & exornauit, ac magnificentiſſimam effecit. Eam cõpertum eſt deinde eſſe ſimilem Capellæ ad præſæpe Domini in Eccleſia Bethlehem. In ea à dextris ſepulchrum Pio 5. in quod corpus eius tranſtulit, à ſiniſtris alterum ſibi, ac aliud in veſtibulo ſuis conſanguineis poſuit. Et ne quid honori deeſſet tum Chriſti naſcentis tum Deiparæ eius genitricis, in eadem Capella vnam præpoſituram, vnã ſacriſtiã, quatuor capellanias & quatuor clericatus inſtituit, ijſq; redditus aſſignauit. Ab aliorũ iuriſdictione exemit, priuilegia alijs ſimilibus datà elargitus eſt, protectorem ijs deputauit. &c.

Idem Lauretum ciuitatis iure donatũ Epiſcopali ſede decorauit. Collem ei proximũ coemptũ æquare inſtitit vt nouæ vrbi amplificãdæ ſpatium eſſet. Vide cætera in Hiſt. Lauretana l, 5. c. 10. & 12. in fine.

Hic (licet id alij ad Gregor. 13. trahant) Lauretani templi valuas ex ære cælandas locauit, aureorum millibus quadraginta. Trium ianuarum fores erunt æneæ, vbi ſacrarum Hiſtoriarum argumenta mirabili opere cęlata viſantur.

Vide p. 600. bullarij. Idem anno 1586. approbat ſtrictiorem obſeruantiam regulæ ordinis Ciſtercienſis introductã in Gallia in monaſterio monachorum S. Mariæ Fullienſis eiuſdem ordinis Ciſtercienſis, Riuenſis diæceſis.

Anno porro 1587. cum eius propagatio ad alia etiam loca peteretur, eam concedit, eique varia priuilegia indulget.

Apri-

Aprilis 25.

1. FEſtum S. Marci Euangeliſtæ.

Hic multa didicit quæ in Euangeliũ retulit à SS. Deipara, nam ea omnia quę ad filium ſpectabant, noſcebat, eius verba audiebat, & cõferebat in corde ſuo. vt poſtmodum Apoſtolis & Euangeliſtis ea reuelaret. Ita Euſebius ſerm. 2. de natali Domini & alij multi apud Chriſtophor. à Caſtro in Hiſt. virginal. c. 18. quem operæ pretium eſt videre.

2. Anno 1442. 25. Aprilis imago B. V. M. extra muros regalis oppidi Heilbrunenſis, quæ ante ſine honore iacuerat neglecta, incipit magno hominum concurſu frequentari.

Cauſam iſtius concurſus planè miraculoſam & diuinam refert Trithemius Abbas, quã hic ſummatim adſcribam. Cum die Diuo Marco ſacra, procederet (vt in Litanijs maioribus fieri ſolet) clerus cũ populo in ſupplicatione ad vicinã Eccleſiã Boeckingen extra muros: erat iuxta viam à latere paululũ deflectendo vltra portam vrbis in muro cuiuſdã agelli imago Deiparæ geſtantis in ſinu filiũ de cruce poſitũ, ad quã nemo veneraturus accedebat, ob viã lutoſam, & altitudinẽ vrticarũ in circuitu muri. At nõ tulit diutius hãc matris iniuriã omnipotẽs, nã cum ad vrbẽ proceſsio illa rediret, tantã ad illam imaginẽ populi multitudinẽ (ſuperabat ea numerũ quingentorũ) inuenit, vt planè obſtupeſceret. Dum enim proceſsio conſiſteret in ſupra memorata Eccleſia Boeckingenſi, ea multitudo diuinitus inſpirata, abſque vlla cauſa præuia aut miraculi aut alterius motiui,

Trithemius l. 2. de miraculis B. V. M. in Vrticeto c. 2.

motiui, eò eadem hora conuenerat Deiparam in loco illo neglecto veneratura, cum varijs donis. Ex eo tempore concurſus ille inchoatus per annos iam 72. (ait de ſuo tempore Trithemius) durat vſque nunc, vbi & pene infinita fiunt miracula ad inuocationem Virginis.

Obijt anno 1516. 13. Decembr.

Spero autem non fore iniucundum lectori ſi & hoc primum omnium miraculum ſanè ſtupēdum ſubijciam, Ante paucos annos quam venerationi eſſet iſta imago, contigit quendam ruſticum cum ſuā vxore tranſire in reditu de quadā peregrinatione, coram ſupradicta imagine, quam breui oratione ſalutarant. Cumque vir iter cæptū pergeret, remanſit paululum ibi vxor, quæ dolens tam ſpecioſam imaginem Deiparæ ibi inter vrtices iacere ingloriam, ſtatuit apud ſe, melius eſſe ſi eam ad villam ſuam ſecum deferret, vbi ab incolis coleretur. Quod cum molitur, & manus extendit ad eam de muro extrahendam, ecce vox de imagine: Deſiſte inquit (mulier) & in meo me locello relinque. Multa enim hic breui per me, Dei potentia exhibebit ſigna virtutum. Ad hanc vocem mulier exanimata cecidit. Vir eius reſpiciens cum videret eam non ſequi, ad dictam imaginem redijt, eamque velut mortuam reperit: quę paulatim ad ſe reuerſa eſt. Siluit autem mulier ſemper iſtud miraculum ſuaſu ſui confeſſarij, qui nolebat leuiter mulieri adhibere fidem, nam ſi ex Deo, inquit, eſt iſta vox & reuelatio, planè ſortietur effectum, verum poſt annos aliquot cū magnus ad Vrticetum Deiparæ fieret concurſus, plurimaque miracula, tunc mulier quid olim audierit cunctis retulit. Vide eundem cap. 3. & 4.

2. Subijcio aliud ſimile, nam & hîc iacebat

Deiparæ

Deiparæ imago loco vili, vnde tamen noluit eam transferri.

Non procul à Geneua (ager eſt Rochetæ) paſtor quidam oues paſcebat, cum è vicino ſpineto aliquoties audiuit planctum. Tandem cum frequentius eum eiulatum audiret, acceſſit & iconē Deiparæ in ſpinis iacentem vidit. Tangere religioni ducens, ad proximos PP. Carmelitanos rē defert. Qui eò accedentes & ipſi eundem eiulatum audierunt, & imaginem compererunt. Quā ad templum ſuum conati transferre nihil promouerunt. Vnde velle diuam ſe ibi coli intelligentes, ibidem extemporaneum oratorium extruxerunt. Quo loco crebreſcentib. miraculis magnificum templum eſt ſuperædificatum. Hanc imaginem quidam ex Delphinatu clam ſubtraxerat, & in quodam eius prouinciæ templo collocarat. At die ſequenti miraculosè reperta eſt in loco vnde fuerat ſubſtracta. Hinc maior deuotio, hinc frequentiora miracula.

Felix Aſtolfus in Hiſt. vniuerſ. imag. Deiparæ. Hæc ſub anno 1485.

3. Anno 1248. 7. Kalendas Maij (qui hodiernus dies eſt) ſubterranea Sancta Capella Pariſijs à S. Ludouico erecta, Deo dicatur à Philippo Bituricenſi Archiepiſcopo in honorem glorioſiſſimæ Virginis genitricis Dei Mariæ, poſtquam eodem die ſuperior Capella ab Odone Tuſculano Epiſcopo & ſedis Apoſtolicæ Legato, in honore ſacroſanctæ Coronæ ſpineæ Domini, & viuificæ Crucis dedicata eſſet, eò quod in ea ſacroſanctę iſtæ reliquiæ aſſeruentur.

Iacobus Breulius in Antiquitat. Pariſieſ.

4. Anno 1342. vita fungitur Auenione Benedictus Papa 12. Is indulgentias peccatorum primus dedit viſitantibus ſacram ædem Lauretanam, vnde ad eam magnus factus concurſus.

Hiſt. Pat. Turſellini.

Cumque Recinetenſes (Recinetum abeſt 3. miliaribus Laureto) ſenes aç valetudinarij eò pergere non poſſent, imagini ad Lauretanæ ſimilitudinem, ara excitata & ſacello, ad id ſe conferebant, ab eodem Pontifice impetrata indulgentia ijs qui id præſtarent. Erat autem Indulgentiæ diploma, aureis exaratum litteris.

5. Anno 1014. à Benedicto 8. ſummo Pontifice. Romæ coronatur Imperator S. Henricus quem alij 1. alij 2. nominant.

De eo vide infra 14. Iulij.

Aprilis 26.

1 HOdie anno 1580. plurimis imago quædã Deiparæ in fænili illuſtrari cæpta eſt miraculis, Romæ in montibus, I. Viminalem inter & exquilinum, ita vt breui tempore eidem Deiparæ pulcherrimum templum ſit excitatum: quod vocatur Sancta Maria in montibus, & magno populorum concurſu celebratur.

2. Occurrit aliud in eodem genere, quo & docetur quam fidendũ ſit B. V. M. benignitati.

Signin. in Chron. ordinis. Auguſtiniani Eremitæ apud Geneſtã Liguriæ oppidum, templum habebant, & monaſteriũ vetuſtate fere collapſum, quod vtrumque Petrucia quædam Geneſtanenſis voluit inſtaurare maiore voluntate quã opibus, & quæ ſuſcepto operi non reſpõderẽt. Ridebatur ergo à populo, cui illa ſpei plena reſpondit: priuſquam moriar BB. V. M. & Sanctus Auguſtinus vtrumq; perficient. Interim in opus cœptum incumbit & ecce vix annus labitur quando imago quædam Beatiſsimæ V. M. in pariete templi diuinitus apparuit. Ad quam

viſendam

viſendam tota ferè Italia ſic commota eſt vt illuc ſolemniter municipia & integræ ciuitates confluerent cum ſignis, tabulis & innumerabilibus Eleemoſynis. Ex quibus Petrucia adhuc ſuperſtite & templum & monaſterium conſtructum eſt.

3. Vita fungitur anno 914. Vinfredus comes Barcinonenſis ſeu vt alij Aragonenſis. *Indicul. Regum Aragon.*

Hic in Riuipullenſi pago, Diuæ Marię Cœnobium dicat.

Aprilis 27.

1. ANno 1584. publicis commendatur tabulis miraculoſa cuiuſdam puellæ à morte liberatio. *Hiſtor. Montiſſ.*

Erat hæc fere trimula & deciderat in cœnum profundum quò ſe exonerabant ſordes omnes molæ qua exprimitur oleum, poſtquam expreſſum eſt, eratque tres pedes profundum, altitudinis fere perticæ & dimidiæ. In iſto cœno cum iacuiſſet puella quarta horæ parte, tandem diu quæſitam parentes eam ibidem pęne mortuã reperiunt: Qui mox ad miſericordiæ matrem conuerſi eam ſupplices inuocant. Audit illa, & hora vna poſtquam è cæno exempta fuerat, eam perfectæ ſanitati reſtituit.

2. Anno 1278. iungitur ſuperis B. Sita Virgo Lucenſis. *Cæſar Francot. de SS. Lucæ.*

Hęc aliquando cum pia loca viſitaſſet & ex itinere feſſa cuidam fonti iã occumbente ſole aſſediſſet, matrona quædam honeſtiore ſpecie illi affuit, & num Lucam venire vellet, petijt. Cũq; Sita ei annuiſſet, matronamq; vſque ad portam ciuitatis

ciuitatis comitata eſſet, eamque clauſam reperiſſet, mirum dictu, ea ingredientibus ſponte ſua patuit: Cæterum cum illa matronam domum introducere voluiſſet, hæc momento euanuit, ſeque non vulgarem mulierem, ſed vel Dei genitricem (quam ſemper ſita præcipuo ſtudio coluerat) vel aliquam ex beatis illis mentibus cæleſtibus fuiſſe approbauit. Eius cadauer poſt annos 326. ſcilicet anno 1581. incorruptum repertum eſt, & medicum quendam liquorem omnibus morbis ſanandis effundens, multiſque alijs claret miraculis. Leone pontifice ſummo concedente ibi eius feſtum celebratur.

Tho. Cātipra l. 2. c. 53.

3. Obit anno 1218. Otto 4. Romanorum Imperator.

Hic quod Eccleſiæ rebellis fuiſſet, vehementiſſime doluit maximè ſub mortem. A morte apparuit cuidam conſanguineæ ſuæ Abbatiſſæ, à qua quia purgatorio detineretur petijt vt nuntios dirigeret ad varia cœnobia, & decies mille pſalteria pro ſe legi faceret, ita vt ad ſingulos pſalmos decem ictuum diſciplina, & ad vnumquemque verſum ſalutatio Angelica ac oratio Dominica addantur. Pſalmus vero De profundis quando diſciplina accipitur, dicatur. Sciēdum vero quod anno ante obitum, idem Imperator infinitam annonam tempore famis diuiſerat diuerſis monaſterijs & pauperibus larga manu: Nec mora id quod petijt præſtito, eidem conſanguineæ apparuit, eique gratias egit dicens ſe ad ęternam gloriam tranſire. Tam enim delicti ſui pœnituit vt quotidie dorſum ſuum ſacerdotibus daret flagellandum, & coquinarijs ſuis præciperet vt collum ſuum calcaneis ſuis premerent.

Albertus Crātzius

4. Octaua

4. Octaua S. Agnetis Politianæ in ordine S. Dominici. De eius in Deiparam affectu vide 20. huius.

Aprilis 28.

1. ANno 1081. inſigni miraculo materia aduecta ad ædificandum Tungris templũ in honorem Deiparæ. Cap. 7. Hiſtoriæ Tungrenſis.

2. Conſecratur Pontifex Sixtus 3. anno 432. Hic fecit (fortè inquit Baronius in ampliorem formam reſtituit, & ornauit) Baſilicam S. Mariȩ quæ ab antiquis Liberij cognominabatur. Vbi & obtulit plurima ornamenta. In ijs altare argenteum puriſſimum penſans libras quingentas. Scyphum aureum puriſſimum penſantem libras. 12. Calices aureos duos, penſantes ſingulos libras. 2. &c. Varias item ei Eccleſiæ attribuit poſſeſsiones. *In vita eius.*

Idem ſcriptis ad Orientales literis, Epheſinam Synodum quæ ad tuendum Deiparæ honorem contra blaſphemũ Neſtorium congregata fuerat, in omnibus teſte Gennadio ſtabilitam reddidit. Vnde Gregor. l. 1. Epiſt. 24. ſe non minus quam Euangelium, hoc Concilium venerari affirmat.

Aprilis 29.

1. MVltis à Deipara honorata viſitationibus & familiaritate, migrat ex hac miſera vita S. Catharina Senenſis. *Raymũdus Dominicanus.*

Inter cæteras præclara eſt illa Chriſti Domini

&

& Deiparæ in eam amoris ſignificatio, quando ipſe coram matre ſua & aliquot ſanctis mirabili modo eam ſibi in ſponſam accepit.

Alias ex parua, eaque putida farina, plurimos eoſque optimos panes facit, nimirum adeſt illi cum multis SS. & Angelis Dei Mater, quæ ſacratiſſimis ſuis manibus cum ipſa panes pinſit. Inde factum vt panes augerentur, & tam grati eſſent saporis.

Huc referre licet ex parte quod narrat Vaſtauius de B Gerechino ordinis Ciſtercienſis. Præceperat ei aliquando Abbas vt eos qui in piſtrino laborabant, adiuuaret. Ipſe artis piſtoriæ ignarus imaginem quandam B.M.V. in pariete depictam more ſolito venerando ſic affatus eſt. Domina mea cariſſima, D. Abbas præcepit vt cum piſtoribus laborem, tu autẽ ſcis me in ea arte eſſe planè rudem, tamen faciam quod præcipies. Cui imago, fac quod hucuſque feceras, & ego pro te ſeruiam in piſtrino. Abijt ille ad locum cõſuetum & orare perrexit (iugiter enim nocte dieque orare ſolitus erat) cum interim viſa ſit alia perſona Gerechini ſpeciem habens miniſtrare, ipſe vero ſub idem tempus fixus oratione deprehenſus eſt in Eccleſia.

Verum ad B. Catharinam redeat ſermo.

Semel ob leuem aliquam culpam eam dignata eſt Deipara increpare. Res ita contigit.

Dum ſemel diuinæ viſioni intenta, eam ſocio ſui cõfeſſarij Raymundi narraret, ſub ipſa narratione tranſeunte eius germano fratre, oculos paulisper cõuertit vt videret quis eſſet, celerrimè ſe referens ad cœleſtem viſionem, quare ob tantillã à diuinis diſtractionem duriſſime à ſanctiſſima

Dei

Dei genitrice, & à D. Paulo eſt reprehenſa, ita vt mox in acerbiſsimum fletum prorumpens, nihil vltra loquuta fuerit, dixeritque poſtea tam acrem fuiſſe reprehenſionem vt potius eligeret coram vniuerſo mundo ignominioſiſsimè pudefieri quam iterum ita reprehendi.

Huic Virgini Deus pater reuelauit dicens. Matri vnigeniti filij mei Mariæ Virgini datum eſt à bonitate mea vt propter incarnati verbi reuerentiã quicumque etiam peccator ad eam debita cũ veneratione recurrit, nullo modo rapiatur à dæmone. Hæc eſt enim à me electa, parata & poſita tanquam eſca dulciſsima ad capiendos homines, ac potiſsimum peccatores. *Bloſius in Monili.*

Sed vt altius rem repetamus, ipſa ab infantia ſingulari pietate Deiparam coluit. Nam cum annos dumtaxat 5. nata eſſet, ei crebro ſalutationem Angelicam offerebat, & diuinitus edocta per gradus paternæ domus aſcendendo, & deſcendendo ad ſingulos flexis genibus eandem ſalutationem pronuntiabat, per quos gradus vt plurimum Angelorum miniſterio ferebatur, ita vt pedibus eos non tangeret.

Septimum iam agens annum Deiparæ conſecrauit ſuam virginitatem.

2. Anno 1601. Clemens 8. S. Raymundum Dominicanum in album SS. refert.

De eo vide 6. Ianuarij.

3. Anno 1482. à Sixto 4. in SS. numerum refertur S. Bonauentura.

Quanto hic ſtudio ferretur aduerſus Deiparam, vide 14. Iulij.

4. S. Otto Anno 1189. à Clemente 3. refertur inter ſanctos.

De

De huius erga Virginem pio affectu vide 2. Iulij.

Iacob. Guſman in vita Margar. Hiſp. Reginæ.

5. Anno 1608. vita functa eſt Sereniſſima Maria Caroli Archiducis Auſtriæ coniux, ac Ferdinandi, qui modo imperat, mater.

Hæc ſacro aduentus tempore ſummo mane in acerrimis Germaniæ frigoribus aſſiſtebat cũ vniuerſa prole, ſacro de B.V.M. quod vocant Rorate.

Minimum quolibet anno ſemel peregrinabatur ad Deiparam Cellenſem (diſtat ea Grecio vbi ordinarie degebat 30. leucis) ibi cum verſaretur tota liqueſcebat deuotionis æſtu, quod idem experta eſt in domo Lauretana, & Montiſſerrati.

Eadem tum æſtate tum hyeme in ædem ſacram vno circiter lapide Grecio diſſitam omni ſabbatho pietatis & religionis in Virginem cauſa, proficiſci conſueuit. In itinere occurrunt vtroque ex latere 7. columnæ pari interuallo inter ſe diſſitæ, in quibus hinc gaudiorum, hinc dolorum Deiparæ expreſſa myſteria ſpectantur. Quamprimum ad 1. columnam ventum eſt, princeps ipſa, eiuſq; filiæ & è comitatu reliquæ, curru exſcendere, cõcentu muſico Litanias audire, flexo poplite ad ſingulas columnas aduolui, precatiunculas cuiq; myſterio aptas recitare, deinde in templũ ſubire, ac tribus ſacris continenter aſſiſtere.

VVion l. ligni vita.

6. Natale S. Roberti primi Abbatis Ciſtercienſis.

Hic libertatem pertæſus ordinis D. Benedicti in quo viuebat, ſtrictiorem vitæ rationem ingreſſus, Ciſtercium locum in Burgundia deſertum ſe contulit cum aliquot ſocijs, vbi noui cœnobij fũdamenta ſub Deiparæ auſpicijs anno quaſi 1098.

iacere

Digitized by Google

iacere aggreditur. In eo poſtmodum plurima facta miracula, Deiparæ & S. Roberti interceſsione. vide ex Surio Carthagenam tomo 4. miraculo 49.

Quemadmodum matri eius grauidæ Deipara dederit annulum quo eum ſibi deſponderi voluit, vide 22. Ianuarij.

7. Dodonij prope Valencenas natalis S. Auæ. *Molanus*

Hæc cum ad reliquias S. Ragenfredis quæ ibidem colitur viſum recepiſſet, predia ſua, ſeruos, ancillas & omnem ſui iuris ſupellectilem (erat enim opibus affluens) ad ſepulchrum S. Ragenfredis obtulit, Eccleſiam S. Mariæ meliorari & ad eam beatæ ſuæ medicæ reliquias transferri iuſſit.

8. Natale S. Petri martyris Dominicani.

Hic cum aliquando in ſuo Inquiſitoris in hæreticos munere, ob futuros eoſque incertos euentus timeret & ante altare Deiparæ ſuos agones ei commẽdaret, per eam ei reſponſum eſt dormiẽti. Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua. Qua fiducia fretus nihil formidabat. *Author vitæ apud Surium.*

Idem cum Pontificis Innocentij 4. iuſſu ad munus Inquiſitoris Florentiam ſe contuliſſet, nõ defuere qui nouum Seruitarum ſeu ſeruorũ Deiparæ ordinem incipientem calumniarentur, eiuſque authores tanquam rerum nouarum molitores. Viſum eſt S. Petro in eam rem ex propinquo inquirere. Quod dum cogitat ſecundum quietẽ viſus eſt ſibi amænißimũ pratũ pererrare, in quo Deipara deliciaretur, & Angelis ei coronas offerentibus, alijs quidem eas omnes promiſcuè largiretur, ſibi verò nullam reſeruaret. Mirabatur *Archangelus Gianius.*

rei

rei nouitatem, cum in momento videt 7. lilia virgini ex eo monte oblata in quo 7. viri authores ordinis nouam plantationem complantaſſent, quæ eadem Deipara limbo veſtis condidiſſet. Intellexit vir ſanctus ſeptem illos viros, 7. lilijs deſignari, qui odore famę & vitæ innocentia Deiparam oblectaſſent. Quare eorum inſtitutum laudauit, Epiſcopo commendauit, eiſque regulam S. Auguſtini præſcripſit, vitæ anchoris formulas deſignauit. Quare ſi non eius ordinis author, fautor tamen & adiutor nouellæ iſtius Deiparæ ſodalitatis fuit.

Aprilis 30.

1. ANno 1582. quidam iureiurando affirmat ſe à periculoſo morbo Deiparæ precibus liberatum.

Erat hic morbus, tumor vnius è teſticulis craſſitudine pugni, qui annum & dimidiatum ægrũ tenuerat ſummo dolore. Interim lectis miraculis Diuæ Virginis Montiſſerrati ſpem concipit ſanitatis recuperandæ, eique ſe enixè commendat ſuſcepto voto peregrinandi ad ſacram eius ædẽ, ac ſacra exomologeſi animum purgandi, & Euchariſtia reficiendi. Nec irritæ fuere preces ac vota, nam tertio poſt die nullo adhibito naturali remedio, perfectè curatus eſt, ac tumor omnis euanuit.

MAIVS.

Digitized by Google

MAIVS.

Quia feſta Aſcenſionis & Pentecoſtes plurimùm in hunc menſem incidunt, ideo eius initio locantur quæ in ijs feſtis aut ſub ea contigere ad Deiparam ſpectantia. Tertio ante Aſcenſionem die quondam Patauij in Italia celebrabatur feſtum apparitionis Deiparæ, quam ſubijcio.

1. ANno 1269. apparet ipſa piæ mulieri quæ Verona Venetias ſub feſtum Aſcenſionis Christi ad certas indulgentias conſequendas ibat, iubetque vt Venetijs relictis, Pataulum ſe conferat, vbi in templo S. Iuſtinæ Martyris conquirat latentem puteum plenum oſſibus SS. MM. Mulier exiſtimans id ſomnium eſſe, negligit iuſſum. Itaque nocte ſequenti à Deipara increpita, iterum iubetur locum inueſtigare, cuius etiam indicium ei datur ab eadem. Templi medio (poſtquam omnia ſcrutata eſſet) inuenit circulum operis teſſellati. Id putei ſignum. Mu- *Iaco. Cauacius in Hiſt. Diuæ Iuſtinæ Pata.*

Digitized by Google

lier eo comperto 12. candelas ad circulum affigit, mox cum lachrymis in orationem percubuit. Vix orare cæperat cum diuinus ignis repente candelas accendit, & de ſacra turri æra, nemine trahente, ſonuere. Locus tum ob memoriam MM. tum ob Deiparæ reuelationem coli cæptus multis etiam miraculis coruſcauit. Nunc à ſolis monachis feſt. illud agitur. Ex his SS. MM. oſſibus ante aliquot annos, Sereniſſim. Bauariæ Dux Maximilianus dum Româ in patriam rediret, impetrauit.

Die Aſcenſionis.

2. Anno 1326. cælum petijt B. Franciſcus Senenſis ex ordine Seruorum Deiparæ.

Chronic. Seruor. Huius mater antequam illum ederet videre ſibi viſa eſt per nocturnã quietem ſe lilium parere, ex cuius radice plura oriebantur, & ex ijs contextam coronam Deiparæ Virginis capiti imponere, ſacro Baptiſmate ablutus infans, præter naturam exultare, oculoſq; cum ingenti gaudio ad Deiparæ imaginem cõijcere cæpit, pueritiam ingreſſus, quingentis vicibus per diem Beatam Virginem ſalutabat. Cum multi ad eum iam religioſum fama illecti ſanctitatis confluerent, quibuſdã illam mulierum frequentiam ſiniſtrè interpretantibus, ipſe SS. Dei matrem vt iſti malo occurreret precatus, repente obſurduit, ſcilicet ne quẽpiam ad ſe accedentem audiret. Interim magno cum fructu concionabatur, ſtatim ab obitu ex eius ore lilium prodijt.

Eodem

Digitized by Google

Eodem die Aſcenſionis.

3. Anno 1246. in viuis eſſe deſijt Frater Bernardus Luſitanus Dominicanus. *Anton. Luſita. in Chronico Prædicat.*

Huic cum eſſet edituus erant duo pueri qui ſeruiendis ſacris quotidie Eccleſiam Prędicatorũ frequentabant. Eos Frater Bernardus ſacro finitô, fidei rudimenta & bonarum litterarum docebat, & eos in ſacello in quo erat ſculptilis imago Deiparæ Ieſum puerum geſtantis relinquebat vt interim diſcerent. Cum autem coram dicta imagine frequentius gentaculum ſumerent, puerili quadam ſimplicitate, puerulum Ieſum inuitarunt vt ſecum comedere dignaretur. Mirum dictu. Imago pueri viſa è gremio matris deſcendere, aſſidere, comedere & reuerti ad gremium Deiparæ. Cum autem multo tempore id feciſſet puerulus IESVS, vnus ex ijs pueris ſimplicitate puerili cæpit apud Fratrem Bernardum queri quod ipſi quotidie ſymbolum ſuum cõferrent, puero IESV nihil vnquam ſubminiſtrante, cum interim ientaculi partem ſemper vellet habere. Intellexit Bernardus quid eſſet pueriſque præcepit vt de more veniente IESV dicerent. O chare puer, ecce iam tamdiu tecum ientacula noſtra diuiſimus, cur etiam nos & noſtrum magiſtrum Fratrem Bernardum nõ etiam in domum tuam ad refectionem inuitas. Reſpondit IESVS ſe ambos & Fratrem Bernardum inuitare, atq; ad feſtum Aſcenſionis Domini omnes præſtolari.

Digitized by Google

Infra octauam Aſcenſionis Domini.

Hiſt. ordinis.

4. Anno 1265. vita ſanctiſſimè fungitur B. Ægidius Poncellanus Dominicanus gente Luſitanus.

Hic vt à dæmone necromantiam diſceret, cũ eo pactum ſanguine proprio ſyngrapha exarata, firmarat, quam factus religioſus plurimis lachrymis id à Deipara impetrauit, vt ei ſua ſyngrapha redderetur ab ipſo dęmone viſibiliter apparente, Ita in religione profecit vt ad nominis IESV auditum ſtatim in extaſes raptus, cæleſtes delitias percipiebat. Miraculis plurimis & viuens & à morte claruit. Cingulo ferreo quo ad carnem admoto vtebatur, adhuc hodie miracula fiunt.

De Pentecoſte eiuſque feſtis.

1. Primum quidem occurrit feſtum B. Virginis Odigitriæ quod & Conſtantinopoli quondam, & modo etiam, vbi aliquod ei templum vel ſacellum erectum eſt, vt Romæ, Neapoli & alibi, præſertim in Sicilia celebratur. Eiuſmodi porrò feſtum habuiſſe videtur originem à quadam imagine Deiparę à D. Luca expreſſa, quam Pulcheria Imperatrix in templo à ſe Conſtantinopoli excitato cui nomen τῶν οδηγῶν, hoc eſt viæ ducum collocarat, cum fuſo eiuſdem Deiparæ, ac quibuſdam Chriſti faſcijs. Inſuper curauit vt in templo iſto, tertio quoque ſeptimanæ die peruigilium & ſupplicatio perageretur, quod ad hũc vſque diem ſeruatur, ait Nicephorus, qui florebat

Nicephorus l. 15. c. 24.

Digitized by Google

bat anno 1311. Ad hoc autem templum & imaginem Conſtantinopolitani in ſuis anguſtijs, ſeu priuatis ſeu publicis confugiebant, nec fruſtra, vt patet ex Græcorum Hiſtorijs. Id tantũ ſubijciam. Tempore Leonis 2. Imperatoris, Saraceni à noſtris magna cæde profligati ſunt, cum iſta imago ſolemniter per vrbẽ circumferretur. Quæ ideo vocatur Odigitria ſeu deductrix, quia duobus cæcis apparuit S. Maria, & deduxit eos ad ſuam Eccleſiam, & viſum ijs reſtituit.

Huius imaginis exemplar ſimul & cultus in Occidentis partes (vt ſupra dictum) propagatus eſt, eique templa ac ſacella exſtructa, neque deſunt varia ad eam miracula vt appenſæ tabellæ teſtantur.

2. Anno circiter 1194. Atrebati Clericus & ſoror ob homicidium incendio ſunt adiudicati. Ad ſtipitem itaque ligantur, circumque ignis copioſus accenditur, infinita hominum vi præſente. Interim mulier ſummo conatu & clamore Deiparæ opem implorat, & vt idem faciat frater admonet. Illo autem in flammis mortuo, liberatur illa meritis Deiparæ ab incendio, ita vt nec pilus ei aduſtus ſit, nec odor ignis remanſerit in ea. Et cum interrogaretur quemadmodum ſalua ab igne euaſiſſet, aſtitit mihi (inquiebat) ſpecioſiſſima Domina & ab igne me liberauit. Inde in templum Dei genitricis reducitur cum populo gratias liberatrici ſuæ actura. *Ex Chronico Aquicinct.*

3. Anno 641. Maio menſe (nuſquam diem comperi) obit Heraclius Imperator.

Hic graui bello à Coſdroe Perſarum Rege impetitus, cum nullas pacis æquas ab eo conditiones impetrare poſſet, ad Dei opem ac Deipa- *Theophanes Cedrenus.*

Digitized by Google

ræ confugit. Et cum ſępius more ſolemni ſupplicaſſet & ſupplicationibus ieiunia & preces addidiſſet, die tandem paſchatis Conſtantinopoli ęgreſſus eſt, manuque dextra Deiparæ imaginẽ pulcherrimam tulit, atque in hunc modum fide & ſpe armatus, non modo binis prælijs cum immani hoſte conflixit, ſed & optatam, totique imperio fælicem victoriam reportauit.

Maij 1.

1. ANno 1586. miraculis clarere incæpit imago quędam Deiparę in templo nuncupato S. Mariæ à Ioannino quæ eſt ędes peruetus D. Ioanni Baptiſtæ ſacra. Quibus miraculis quæ etiam deinceps continuarunt, excitatus populus Romanus, eleemoſynis ſuis ædem hanc reſtituit, eamq; magna frequentia adire ſolitus eſt.

Iacob. Breulius in antiquit. Pariſienſibus.

2. Anno 1449. præcipui quidam aurifabri Pariſijs initiũ dederunt piæ illi conſuetudini offerendi D. Virgini in æde ſua ramum (Gallis *vn may*) Collocabatur autem hic ramus ſupra columnam inſtar tabernaculi plures habentis facies, in quibus viſebantur parua loculamenta cõtinentia varias icones ex byſſo auro & argento, certas exhibentes Hiſtorias ſacras. Quæ munificentia in Deiparam durauit vſque ad annũ 1607. quando aurifabri eam cõmutarunt in iſtã: Obtulerunt nempe Virgini tabernaculum ex abiete forma triangulari ſcitè admodum fabrefactum quo imagines tres continentur quæ quouis anno 1. die Maij mutantur, veteribus in ſacello Sanctæ Annæ eiuſdem templi locatis. Additur & ab ijſdem aurifabris ramus communis ad memo-

memoriam antiquitatis retinendam.

Quemadmodum hunc diem Kalendar. Maij celebraret quidque B. V. M. offerret B. Henric. Suſo vide 25. Ianuarij.

3. Duaci Parthenia Deiparæ ſodalitas apud patres Societatis IESV publicè renouat propoſitũ eidem ſeruiendi, eamque colendi, & iterato in patronam & aduocatam deligit, ſodalitatis præfecto ſingulorum nomine id præſtante. Quo facto quaſi quendam ſpiritualem ramum, illi offert vice illius qui ex arboribus decerptus, magnatibus apud nonnullas gentes offerri ſolet.

4. Anno 1308. vita exit Albertus Auſtrius Imperator.

Hic in Germania in Conſtantienſi Diœceſi cœnobium fundauit familiæ Ciſtercienſis in honorem B. M. V. in valle ſpatioſa ac cultiſſima. *Bruſchius.*

Anno 1519. in SS. Album à Leone 10. refertur S. Franciſcus de Paula inſtitutor Minimorum.

De eo vide 2. Aprilis.

5. In Ægypto natale S. Hieremiæ Prophetæ.

Hic virginitatem Mariæ diſertè præſignificauit his verbis. Nouum faciet Dominus ſuper terram (ſic enim legit Cyprianus nec diſſentit Auguſtinus, pro eo quod vetus interpres habet. Creauit Dominus nouum ſuper terram) fæmina circumdabit virum: Quaſi dicat Propheta (inquit Caniſius) nouum quod facturus eſt Dominus ſuper terram in eo conſiſtit, quod femina licet omnis virilis complexus expers, tamen carnea prole de ſpirituali ſemine gratulatur, vt verbis Auguſtinianis vtamur.

Nam certe res noua atq; inaudita eſt quod ante luciferum genitus, initium carnis ex Virgine capiat, quodque vniuerſitatis parentem vnius virginis venter includat. Succinctè Bernardus, Fæmina circumdans virum (inquit) Virgo eſt concipiens Deum.

In ſynopſi. In vita eius. Idem Hieremias teſtibus Dorotheo & Epiphanio cũ vnà cum Iudæis apud Ægyptios exularet, ijs prædixit demolitionem ſimulachrorum quæ tam inſane ipſi colerent. Eius rei ſignum fore cum Virgo pareret ac vnà infantem ſuum in præſepi locaret, Ægyptumque peteret. Huic vaticinio tantum Ægyptij tribuerunt vt ſolemnem induxerint morem, Virginem quandam in lecto & infantem in præſepi paſſim collocandi, & adorandi. Rogati à rege quodam poſtea quid ſibi vellet hic ritus; hoc eſſe myſterium reſponderũt, quod maiores ipſorum à S. Propheta traditum iam pridem accepiſſent.

Philipp. Ferrarienſ. in Catalogo SS. Italia. 6. Anno 1345. ſuperis iungitur B. Peregrinus ordinis Seruorum B. M. V.

Hic cum Foroliuij (vbi natus erat) in maiore Eccleſia ante Deiparæ imaginem, cui maximè deuotus erat, oraret vt vias ſuas dirigeret, illam vt ad ſeruos ſuos ſe conferret præcipientem audiuit. Quo mandato ſuperiori ordinis expoſito, ſtatim admiſſus eſt. De hoc illud mirandum traditur, nunquam per triginta annos ſediſſe, ſaxo pro cubili, ſi ſomno aut laſſitudine victus ſtare non poſſet, vtebatur. Illud etiam mirabile quod mortuus ex feretro, manum quaſi viueret admouit cœco qui viſum recepit.

7. Natale SS. Philippi & Iacobi.

Quomodo hi Virginem in ſuis cum filio itineribus

neribus comitati ſint, vide 17. Octobris n. 4. ex SS. PP. Iacobus autem alium etiam habebat ad Deiparam reſpectum; eius enim erat nepos ex parte Ioſephi ſponſi vt & SS. Simon & Iudas vide 28. Octobris.

Maij 2.

1. NAtalis S. Antonini Archipræſulis Florentini, qui præter cætera erga B. V. M. obſequia, quotidie eius horas ac Litanias recitabat ſub mortem intermortuis vocibus frequẽter illud iterabat: Sancta & immaculata Virginitas quibus te laudibus efferam neſcio: nempe ad Sanctam Virginem conuerſus quę ſe luctantem cum morte viſitabat.

Idem. Hæreticum quendam arte medicum Florentiæ igni adiudicauit, quod in Virginem blaſphemus fuiſſet eamque blaſphemiam mordicus tueretur.. *In vita.*

Maij 3.

1. ANno 1008. feliciter in Domino obijt S. Anfridus Vltraiectinus Epiſcopus. *Molanus.*

Hic venerabile Collegium S. Benedicti in Traiectenſi ditione ſupra montem ſanctum in honorem Deiparæ conſtruxit, in quo & ſacræ religionis habitum accepit, & ad finem vſque vitæ retinuit. Fuerat ante Comes in Brabantia, & quo loco ſit modo apud Deum, miraculis crebris declarat.

2. Anno 1606. Pro fide ſuſpenditur Londini P. Henricus Garnet Societatis IESV.

Hic

Hic in ſumma ſcala patibuli conſtitutus, moxque deijciendus poſtquam ſanctā Crucem adoraſſet, cuius hodie Inuentio celebratur, Beatæ V. M. opem implorauit, vt ſibi fœlicē obitum apud filium impetraret.

3. Anno 1587. Quidam manu captus curatur.

Hic omni prorſus leuæ manus vſu deſtitutus quæ & omni ſenſu carebat, plurima licet ei malo adhibita eſſent humana remedia. Itaque ad Diuam Montiſſerratenſem animum & preces vertit, ad eamque adit coram precaturus. Quod dum facit præuio quodam ſigno ei indicatur proximè ſecutura ſanitas, quaſi ſi quis manus affectæ digitos traheret. Et eadem hora omnino conualuit, manuſque ei reſtituta eſt.

Maij 4.

1. FEſtum Inuentionis pueri IESV duodennis in templo per Beatam Mariam & Ioſeph, celebratur hoc die, licet ea inuentio contigerit ſub feſtum paſchatis. De ea habet officiū & Miſſam Cornelius Schultingius tom. 3. parte 2. Bibliothecæ Eccleſiaſticæ. Sumitur Introitus Miſſæ ex Canticis: Surgam & circuibo ciuitatē &c. Epiſtola vt in feſto B. Mariæ Magdalenæ. Euangeliū ex Lucæ c: 2. quod eſt idem cum Euangelio infra octauam Dominicæ Epiphaniæ.

Summōtius l. 3. Hiſtor. Neapol. 2. Anno 1309. viuere deſijt Carolus Cunctator cognomēto Claudus Neapolitanorum Rex, qui ob res præclarè geſtas viuus adhuc Alexandri magni ſecundi nomen promeruit.

Hic

Hic præter 24. templa, monaſterium D. Virginis Nazaretanæ in prouincia prouinciæ ædificauit, ſanctimonialibus Diui Dominici in quo & humari voluit.

May 5.

1. PRoficiſcitur Beata Virgo Hieroſolymis ad montem Oliueti, Chriſtus in cælum aſcenſurus ei valedicit, videt eum in cælum aſcendentem. Inde redit cum Apoſtolis aliiſque Hyeroſolymam, expectans in cænaculo aduentum Spiritus ſancti. Vide cap. 1. Actorum.

2. Anno 1220. martyrio coronatur B. Angelus Carmelita. *M.S. Vatican. n. 3813. & martyr.*

Huius parentibus recens ex Iudaica perfidia ad Chriſti fidem Dei parentis ope ac reuelatione conuerſis, ab eadem Deipara in præmium conuerſionis promittitur gemella proles maſcula, prædiciturque alterum nomine Ioannem fore Patriarcham Hieroſolymorum, alterum Angelũ nomine martyrij laurea donandum. Quod & contigit, nam Panormi in Sicilia à Berengario comite, qui ab eo de inceſtu reprehendebatur occiſus eſt.

May 6.

1. NAtalis dies S. Ioannis Damaſceni, cui B.V.M. abſciſſam per ſummam iniuriam & calumniam à Tyranno manũ, quę contra Iconomachos ſcripſerat, reſtituit, relicta in ea linea in ipſa coniunctionę ad brachium, vt ea eſſet miraculi teſtis, Manu ei reddita dę nouo ſe accingit ad ſcri- *Ioannes Patriarcha Hieroſolymit*

Digitized by Google

ſcribendum in laudem ſacrarum Imaginum, cumque ei magiſter eius ac ſuperior vilibus atque externis occuparet miniſterijs, apparuit ei Beata Virgo, iubens vt eum permittat ſcriptioni ſe dare.

Martyrol. 2. Circa ann. 1080. Salerni tranſlatio S. Matthæi Apoſtoli, cuius ſacrum corpus olim ex Æthiopia ad diuerſas regiones & demum ad eã vrbem delatum, ibidem in Eccleſia eius nomine dedicata ſummo honore conditus fuit tempore Gregorij Papæ ſeptimi.

De huius ad B. V. M. relatione vide 21. Sept.

Maij 7.

1. MArtyrologium Vſuardi diem hunc feſto gaudiorum Deiparæ aſſignat. Eccleſia tamen Audomarenſis & Diui Petri Arienſis illud Sabbato Aſcenſionem Domini immediatè ſequente feſtum iſtud celebrant. Eccleſia autem Nouiomenſis, vt ex eius Miſſali conſtat, ad Dominicam quæ B. Martini tranſlationem (quæ 4. Iulij colitur) proximè conſequitur, eandem feſtiuitatem amandat.

Anaſtaſius Biblioth. 2. Anno 685. ad Deum migrat S. Benedictus Pontifex eo nomine 2.

Hic Eccleſiam B.M.V. ad Martyres (quondã Pantheon dictam) exornauit. In ea fecit coopertorium porphyreticum ſuper altare cum cruce ex gemmulis, quatuor chryſoclauos & in circuitu palergium holoſericum pulcherrimum &c.

3. Anno 973. vita excedit Otho primus Imperator.

Hic

Hic Eremitoriũ Virginis in Heluetia (ita enim vocant Deiparæ ſacellum à S. Memrado inchoatũ medijs in ſiluis poſitum) Deiparæ ſacrum eſſe voluit. Quod nuper flammis horrendis cuncta abſumentibus, integrum Deiparæ protectione ſeruatum eſt. Illud à SS. Vldarico & Conrado Epiſcopis non ſine diuino nutu conſecratum eſt, & poſtea multis claruit miraculis. *Caniſius l. 5. c. 23. & 24.*

4. Anno 1602. in cælum migrat Alexander Luzzagus nobilis Brixianus.

Hic licet laicus, varijſq; diſtentus negotijs ad maiorem Dei gloriam ſuſceptis, nihilominus quotidie aut coronam Deiparæ aut eiuſdem integrum roſarium recitabat præter bene longam orationem mentalem. Dominico die aut feria 5. eiuſdem officium cum officio S. Spiritus legebat. Ad ſalutationem Angelicam cum ruri degebat per Autumnũ, ipſemet pulſabat. Porro quas tum Virgini offerebat ſalutes, applicabat ijs qui ea nocte migraturi eſſent ad alteram vitã abſq; ordinarijs Eccleſiæ ſubſidijs, optabatque id ab omnibus præſtari: ita enim euenturum aiebat vt nemo abſque precum adminiculo obiret, quarũ præſidio ſaluus fieri poſſet. Ex eodem eximio in Deiparam ſtudio bis Brixia in Longobardia ſeſe bene longo itinere Lauretum tranſtulit, ſanctæ ædis Deiparæ viſendæ gratia: ex quibus peregrinationibus maximum cæpit fructum quem deſcribit eius vitæ Author l. 1. cap. 11. Porro qua ſedulitate vir tantus ad ianuam ſuam doceret pauperes (quos poſtea bona ſtipe donatos dimittebat) orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, & cætera ſcitu neceſſaria: Quæ eadẽ quomodo præſtaret in templis à meridie ingenti *Octauius Hermannus.*

omnium

omnium admiratione vide eundem.

5. Anno 1095. obiit Giſela S. Henrici Imperatoris ſoror.

Hundius in ſua Metropoli Saliſburgenſi.

Hæc fuit vxor ſancti Stephani Regis Hungariȩ cuius occaſione Rex abiectis idolis ſe totum Dei veri ac Deiparæ obſequio tradidit. Hæc mortuo Rege eiuſq; filio Paſſauium in Germania ad Abbatiam Dei genitricis ordinis S. Auguſtini ſeſe contulit, in quo primum monaſticum aſſumpſit habitũ paulò poſt Abbatiſſa deſignata monaſterium valde illuſtrauit & auxit.

Martyrol.

6. Romæ tranſlatio corporis S. Stephani quod Pelagio ſummo Pontifice Conſtantinopoli ad vrbem allatum atq; in ſepulchra S. Laurentij in agro Verano poſitum ibidem magna religione colitur.

De huius cum Deipara coniunctione, vide 26. Decembris.

Maij 8.

1. CReatur Pontifex S. Liberius.

Hic Eccleſiam S. Mariæ Maioris (olim dictam Baſilicam Liberij) à Ioanne Patritio Romano eiuſq; coniuge in monte Eſquiliano ædificatam Deiparæ ſacrauit anno 367. Vide fuſius 5. Auguſti.

2. Deipara ſe viſendam præbuit B. Mariæ Razziæ ex familia D. Dominici multis comitata beatis, brachijs Ieſum Chriſtum complectens. Ibi exiſtenti, præparata à Beatis magni pretij ſedes in qua conſedit. Vnde tam ipſa quam Chriſtus aliquoties illi benedixerunt. Eadem hora paulo ante ei apparuerat S. Hyacinthus eiuſdem

familiæ,

familiæ,cuius nomen cum ignoraret, eique ignotus eſſet ac propterea ex eo frequentius quæſijſſet quod ei nomen, à Deipara audiuit illum eſſe Hyacinthum,cuius opem ſępius in morbis ſuis experta eſſet.

Maij 9.

1. ANno 1291. Nicolao quarto Pontifice maximo ex Galilea transfertur Angelico miniſterio ſacra ædes Deiparę (quæ modo Laureti viſitur)in Dalmatiam à fundamentis auulſa, ingenti ſanè terrarum mariſque tractu. Quippe id ſpatium patet amplius vicies centena paſſuum millia. Verum non eſt datum Dalmatis diu theſauro iſto frui, nam quadriennio non toto interiecto ſacroſancta ædes ex ipſorum finibus ceſſit. Cauſa in incerto eſt. *Hiſtor. Turſellini c.2.*

2. Dedicatio templi Cathedralis Tornaci dicati Deiparæ.

3. Tranſlatio corporis S. Nicolai ex Myra Lyciæ vrbe,ad Apuliæ oppidum Barium. Quam is Virgini dilectus fuerit, vide 6. Decembris.

4. Natale S. Gregorij Nazianzeni.

Quàm hic in Deiparæ laudes fuerit propenſo animo,inter cætera patet ex his verſibus. Quos ad antiquitatis notitiam hic aſcribo. *In carmine de Chriſto patiēte.*

Salue puella, gratioſa mater
Virgo omnium caſtiſſima & pulcherrima,
Exercitibus præſtantior cœleſtibus,
Regina mundi, gaudium mortalibus,
Semper benignam exhibe te quæſo hominibus
Mihique ſis ſalus vbique maxima.

Idem

Digitized by Google

In Epiſt. 1. ad Cledonium. Idem multò ante Synod. Epheſinam cum inuehitur in Apollinariſtas hæreticos, impietatem quandam (quam poſtea euomuit Neſtorius Deiparæ hoſtis) apertè inſectatur. Neque enim inquit hominem à diuinitate ſeparamus: ſed vnũ & eundem profitemur. Et mox: Si quis S. Mariam Deiparam non credit, extra diuinitatem eſt.

Martyrol. Rom. 5. Trãſlatio S. Lucæ Euangeliſtæ ex Achaia Conſtantinopolim.

Quid hic præſtiterit Deiparę vide 18. Octobris, certe nemo eo luculentius expreſſit in Euãgelio myſteria quæ ad eam ſpectant.

6. Romæ item tranſlatio S. Hieronymi preſbiteri ex Bethlehem Iudæ ad Baſilicam Sanctæ Mariæ ad præſepe. Vide de eo 30. Septembris.

7. Anno 1542. æſtimato mortuo vita redditur.

Guilielmus Guinouar 9. annos natus, cultro palmos binos longo vulneratur lætaliter in capite, vnde ab omnibus habetur mortuus. Itaque ad matrem defertur quæ benignam matrem Montiſſerrati compellat certis votis ad eam conceptis, Qua ita orante, nuntiatur ei filium viuere. Angebat autem illam vulnus chyrurgorum iudicio inſanabile, propterea eandem iteratò compellat vt ſui miſereatur. Miſerata eſt miſericordiæ mater, ac intra paucos dies perfectè puerum ſanitati reſtituit.

8. Conſtantinopoli tranſlatio S. Andreæ Apoſtoli de Achaia. Quod idem diu poſt Arnulphum delatum ibi pro fidelium concurſu honoratur, ex cuius ſepulchro liquor ad languores

ſanandos

Digitized by Google

ſanandos iugiter manat.

De eius erga Deiparam ſtudio vide 30. Nouembris.

Maij 10.

1. ANno ſalutis 330. dedicatur Conſtantinopolis ſeu noua Roma, Dei genitrici, præuio incruento ſacrificio, votis ac precibus. Ipſa dies dedicationis publicis perpetuiſque monumentis eſt commendata, vt anniuerſaria die, natalis nouæ Romæ ſicut antiquæ celebraretur. Extat de his ſanctio Imperatorum in qua cum de ferijs agitur hæc habentur. His adijcimus natalitios dies vrbium maximarum, Romæ atque Conſtantinopolis, quibus debent iura deferre, quia & ab ipſis quoque nata ſunt. Porrò in Menologio die decima Maij natalis dies Conſtantinopolis in Eccleſia publicè annis ſingulis recitandus, deſcriptus reperitur, licet apud Zonaram 11. menſis Maij eadem fuiſſe abſoluta, legatur. Tanta autem (vt hoc obiter dicatur de ciuitate Virginis) erat Conſtantinopoli incolarum multitudo vt non ſine periculo per plateas ijs incedere liceret.

Niceph. l. 8. c. 26.

L. 2. de ferijs Cod. Theodoſ.

Annal. p. 3.

Roſimus l. 2.

Maij 11.

1. ANno 1603. publicis conſignatur tabulis ſanitas à Deipara reddita cecæ mulieri apoplexiâ laboranti. Fuit hæc vxor Huberti Wellem Sichimenſis quæ cum medijs humanis nihil promoueret, neque ab vllis medicamentis, quæ varia quidem adhibita fuerunt, proficeret

Hiſt. Sichimēſis.

Q quid-

Digitized by Google

Nam certe res noua atq; inaudita eſt quod ante luciferum genitus, initium carnis ex Virgine capiat, quodque vniuerſitatis parentem vnius virginis venter includat. Succinctè Bernardus, Fæmina circumdans virum (inquit) Virgo eſt concipiens Deum.

In ſynopſi. *In vita eius.* Idem Hieremias teſtibus Dorotheo & Epiphanio cũ vnà cum Iudæis apud Ægyptios exularet, ijs prædixit demolitionem ſimulachrorum quæ tam inſane ipſi colerent. Eius rei ſignum fore cum Virgo pareret ac vnà infantem ſuum in præſepi locaret, Ægyptumque peteret. Huic vaticinio tantum Ægyptij tribuerunt vt ſolemnem induxerint morem, Virginem quandam in lecto & infantem in præſepi paſſim collocandi, & adorandi. Rogati à rege quodam poſtea quid ſibi vellet hic ritus; hoc eſſe myſterium reſponderũt, quod maiores ipſorum à S. Propheta traditum iam pridem accepiſſent.

Philipp. Ferrarienſ. in Catalogo SS. Italia. 6. Anno 1345. ſuperis iungitur B. Peregrinus ordinis Seruorum B. M. V.

Hic cum Foroliuij (vbi natus erat) in maiore Eccleſia ante Deiparæ imaginem, cui maximè deuotus erat, oraret vt vias ſuas dirigeret, illam vt ad ſeruos ſuos ſe conferret præcipientem audiuit. Quo mandato ſuperiori ordinis expoſito, ſtatim admiſſus eſt. De hoc illud mirandum traditur, nunquam per triginta annos ſediſſe, ſaxo pro cubili, ſi ſomno aut laſſitudine victus ſtare non poſſet, vtebatur. Illud etiam mirabile quod mortuus ex feretro, manum quaſi viueret admouit cœco qui viſum recepit.

7. Natale SS. Philippi & Iacobi.

Quomodo hi Virginem in ſuis cum filio itineribus

Digitized by Google

neribus comitati ſint, vide 17. Octobris n. 4. ex SS. PP. Iacobus autem alium etiam habebat ad Deiparam reſpectum; eius enim erat nepos ex parte Ioſephi ſponſi vt & SS. Simon & Iudas vide 28. Octobris.

Maij 2.

1. NAtalis S. Antonini Archipræſulis Florentini, qui præter cætera erga B. V. M. obſequia, quotidie eius horas ac Litanias recitabat ſub mortem intermortuis vocibus frequẽter illud iterabat: Sancta & immaculata Virginitas quibus te laudibus efferam neſcio: nempe ad Sanctam Virginem conuerſus quę ſe luctantem cum morte viſitabat.

Idem. Hæreticum quendam arte medicum Florentiæ igni adiudicauit, quod in Virginem blaſphemus fuiſſet eamque blaſphemiam mordicus tueretur. *In vita.*

Maij 3.

1. ANno 1008. feliciter in Domino obijt S. Anfridus Vltraiectinus Epiſcopus. *Molanus.*

Hic venerabile Collegium S. Benedicti in Traiectenſi ditione, ſupra montem ſanctum in honorem Deiparæ conſtruxit, in quo & ſacræ religionis habitum accepit, & ad finem vſque vitæ retinuit. Fuerat ante Comes in Brabantia, & quo loco ſit modo apud Deum, miraculis crebris declarat.

2. Anno 1606. Pro fide ſuſpenditur Londini P. Henricus Garnet Societatis IESV.

Hic

Digitized by Google

Hic in ſumma ſcala patibuli conſtitutus, moxque deijciendus poſtquam ſanctã Crucem adoraſſet, cuius hodie Inuentio celebratur, Beatæ V. M. opem implorauit, vt ſibi fœlicẽ obitum apud filium impetraret.

3. Anno 1587. Quidam manu captus curatur.

Hic omni prorſus leuæ manus vſu deſtitutus quæ & omni ſenſu carebat, plurima licet ei malo adhibita eſſent humana remedia. Itaque ad Diuam Montiſſerratenſem animum & preces vertit, ad eamque adit coram precaturus. Quod dum facit præuio quodam ſigno ei indicatur proximè ſecutura ſanitas, quaſi ſi quis manus affectæ digitos traheret. Et eadem hora omnino conualuit, manuſque ei reſtituta eſt.

Maij 4.

1. FEſtum Inuentionis pueri IESV duodennis in templo per Beatam Mariam & Ioſeph, celebratur hoc die, licet ea inuentio contigerit ſub feſtum paſchatis. De ea habet officiũ & Miſſãm Cornelius Schultingius tom. 3. parte 2. Bibliothecæ Eccleſiaſticæ. Sumitur Introitus Miſſæ ex Canticis: Surgam & circuibo ciuitatẽ &c. Epiſtola vt in feſto B. Mariæ Magdalenæ. Euangeliũ ex Lucæ c: 2. quod eſt idem cum Euangelio infra octauam Dominicæ Epiphaniæ.

Summõtius l. 3. Hiſtor. Neapol.

2. Anno 1309. viuere deſijt Carolus Cunctator cognomẽto Claudus Neapolitanorum Rex, qui ob res præclarè geſtas viuus adhuc Alexandri magni ſecundi nomen promeruit.

Hic

Digitized by Google

Hic præter 24. templa, monaſterium D. Virginis Nazaretanæ in prouincia prouinciæ ædificauit, ſanctimonialibus Diui Dominici in quo & humari voluit.

Maij 5.

1. PRoficiſcitur Beata Virgo Hieroſolymis ad montem Olíueti, Chriſtus in cælum aſcenſurus ei valedicit, videt eum in cælum aſcendentem. Inde redit cum Apoſtolis alijſque Hyeroſolymam, expectans in cænaculo aduentum Spiritus ſancti. Vide cap. 1. Actorum.

2. Anno 1220. martyrio coronatur B. Angelus Carmelita. *M.S. Vatican. n. 3813. & martyr.*

Huius parentibus recens ex Iudaica perfidia ad Chriſti fidem Dei parentis ope ac reuelatione conuerſis, ab eadem Deipara in præmium conuerſionis promittitur gemella proles maſcula, prædiciturque alterum nomine Ioannem fore Patriarcham Hieroſolymorum, alterum Angelũ nomine martyrij laurea donandum. Quod & contigit, nam Panormi in Sicilia à Berengario comite, qui ab eo de inceſtu reprehendebatur occiſus eſt.

Maij 6.

1. NAtalis dies S. Ioannis Damaſceni, cui B. V. M. abſciſſam per ſummam iniuriam & calumniam à Tyranno manũ, quę contra Iconomachos ſcripſerat, reſtituit, relicta in ea linea in ipſa coniunctione ad brachium, vt ea eſſet miraculi teſtis. Manu ei reddita de nouo ſe accingit ad ſcri- *Ioannes Patriarcha Hieroſolymit.*

Digitized by Google

ſcribendum in laudem ſacrarum Imaginum, cumque ei magiſter eius ac ſuperior vilibus atque externis occuparet miniſterijs, apparuit ei Beata Virgo, iubens vt eum permittat ſcriptioni ſe dare.

Martyrol. 2. Circa ann. 1080. Salerni tranſlatio S. Matthæi Apoſtoli, cuius ſacrum corpus olim ex Æthiopia ad diuerſas regiones & demum ad eā vrbem delatum, ibidem in Eccleſia eius nomine dedicata ſummo honore conditus fuit tempore Gregorij Papæ ſeptimi.

De huius ad B. V. M. relatione vide 21. Sept.

Maij 7.

1. MArtyrologium Vſuardi diem hunc feſto gaudiorum Deiparæ aſſignat. Eccleſia tamen Audomarenſis & Diui Petri Arienſis illud Sabbato Aſcenſionem Domini immediatè ſequente feſtum iſtud celebrant. Eccleſia autem Nouiomenſis, vt ex eius Miſſali conſtat, ad Dominicam quæ B. Martini tranſlationem (quæ 4. Iulij colitur) proximè conſequitur, eandem feſtiuitatem amandat.

Anaſtaſius Biblioth. 2. Anno 685. ad Deum migrat S. Benedictus Pontifex eo nomine 2.

Hic Eccleſiam B.M.V. ad Martyres (quondā Pantheon dictam) exornauit. In ea fecit coopertorium porphyreticum ſuper altare cum cruce ex gemmulis, quatuor chryſoclauos & in circuitu palergium holoſericum pulcherrimum &c.

3. Anno 973. vita excedit Otho primus Imperator.

Hic

Hic Eremitoriũ Virginis in Heluetia (ita enim vocant Deiparæ ſacellum à S. Memrado inchoatũ medijs in ſiluis poſitum) Deiparæ ſacrum eſſe voluit. Quod nuper flammis horrendis cuncta abſumentibus, integrum Deiparæ protectione ſeruatum eſt. Illud à SS. Vldarico & Conrado Epiſcopis non ſine diuino nutu conſecratum eſt, & poſtea multis claruit miraculis. *Caniſius l. 5. c. 23. & 24.*

4. Anno 1602. in cælum migrat Alexander Luzzagus nobilis Brixianus.

Hic licet laicus, varijſq; diſtentus negotijs ad maiorem Dei gloriam ſuſceptis, nihilominus quotidie aut coronam Deiparæ aut eiuſdem integrum roſarium recitabat præter bene longam orationem mentalem. Dominico die aut feria 5. eiuſdem officium cum officio S. Spiritus legebat. Ad ſalutationem Angelicam cum ruri degebat per Autumnũ, ipſemet pulſabat. Porro quas tum Virgini offerebat ſalutes, applicabat ijs qui ea nocte migraturi eſſent ad alteram vitã abſq; ordinarijs Eccleſiæ ſubſidijs, optabatque id ab omnibus præſtari: ita enim euenturum aiebat vt nemo abſque precum adminiculo obiret, quarũ præſidio ſaluus fieri poſſet. Ex eodem eximio in Deiparam ſtudio bis Brixia in Longobardia ſeſe bene longo itinere Lauretum tranſtulit, ſanctæ ædis Deiparæ viſendæ gratia: ex quibus peregrinationibus maximum cæpit fructum quem deſcribit eius vitæ Author l. 1. cap. 11. Porro qua ſedulitate vir tantus ad ianuam ſuam doceret pauperes (quos poſtea bona ſtipe donatos dimittebat) orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, & cætera ſcitu neceſſaria: Quæ eadẽ quomodo præſtaret in templis à meridie ingenti omnium *Octauius Hermannus.*

Digitized by Google

omnium admiratione vide eundem.

5. Anno 1095. obit Giſela S. Henrici Imperatoris ſoror.

Hundius in ſua Metropoli Saliſburgenſi. Hæc fuit vxor ſancti Stephani Regis Hungariç cuius occaſione Rex abiectis idolis ſe totum Dei veri ac Deiparæ obſequio tradidit. Hæc mortuo Rege eiuſq; filio Paſſauium in Germania ad Abbatiam Dei genitricis ordinis S. Auguſtini ſeſe contulit, in quo primum monaſticum aſſumpſit habitũ paulo poſt Abbatiſſa deſignata monaſterium valde illuſtrauit & auxit.

Martyrol. 6. Romæ tranſlatio corporis S. Stephani quod Pelagio ſummo Pontifice Conſtantinopoli ad vrbem allatum atq; in ſepulchra S. Laurentij in agro Verano poſitum ibidem magna religione colitur.

De huius cum Deipara coniunctione, vide 26. Decembris.

Maij 8.

1. CReatur Pontifex S. Liberius.

Hic Eccleſiam S. Mariæ Maioris (olim dictam Baſilicam Liberij) à Ioanne Patritio Romano eiuſq; coniuge in monte Eſquiliano ædificatam Deiparæ ſacrauit anno 367. Vide fuſius 5. Auguſti.

2. Deipara ſe viſendam præbuit B. Mariæ Razziæ ex familia D. Dominici multis comitata beatis, brachijs Ieſum Chriſtum complectens. Ibi exiſtenti, præparata à Beatis magni pretij ſedes in qua conſedit. Vnde tam ipſa quam Chriſtus aliquoties illi benedixerunt. Eadem hora paulo ante ei apparuerat S. Hyacinthus eiuſdem familiæ,

familiæ, cuius nomen cum ignoraret, eique ignotus eſſet ac propterea ex eo frequentius quæſijſſet quod ei nomen, à Deipara audiuit illum eſſe Hyacinthum, cuius opem ſępius in morbis ſuis experta eſſet.

Maij 9.

1. ANno 1291. Nicolao quarto Pontifice maximo ex Galilea transfertur Angelico miniſterio ſacra ædes Deiparę (quæ modo Laureti viſitur) in Dalmatiam à fundamentis auulſa, ingenti ſanè terrarum mariſque tractu. Quippe id ſpatium patet amplius vicies centena paſſuum millia. Verum non eſt datum Dalmatis diu theſauro iſto frui, nam quadriennio non toto interiecto ſacroſancta ædes ex ipſorum finibus ceſſit. Cauſa in incerto eſt. *Hiſtor. Turſellini c.2.*

2. Dedicatio templi Cathedralis Tornaci dicati Deiparæ.

3. Tranſlatio corporis S. Nicolai ex Myra Lyciæ vrbe, ad Apuliæ oppidum Barium. Quam is Virgini dilectus fuerit, vide 6. Decembris.

4. Natale S. Gregorij Nazianzeni. *In carmine de Chriſto patiēte.*

Quàm hic in Deiparæ laudes fuerit propenſo animo, inter cætera patet ex his verſibus. Quos ad antiquitatis notitiam hic aſcribo.

Salue puella, gratioſa mater
Virgo omnium caſtiſſima & pulcherrima,
Exercitibus præſtantior cœleſtibus,
Regina mundi, gaudium mortalibus,
Semper benignam exhibe te quæſo hominibus
Mihique ſis ſalus vbique maxima.

Idem

In Epiſt. 1. ad Cledonium. Idem multò ante Synod. Epheſinam cum inuehitur in Apollinariſtas hæreticos, impietatem quandam (quam poſtea euomuit Neſtorius Deiparæ hoſtis) apertè inſectatur. Neque enim inquit hominem à diuinitate ſeparamus: ſed vnũ & eundem profitemur. Et mox: Si quis S. Mariam Deiparam non credit, extra diuinitatem eſt.

Martyrol. Rom. 5. Trãſlatio S. Lucæ Euangeliſtæ ex Achaia Conſtantinopolim.

Quid hic præſtiterit Deiparę vide 18. Octobris, certe nemo eo luculentius expreſſit in Euãgelio myſteria quæ ad eam ſpectant.

6. Romæ item tranſlatio S. Hieronymi preſbiteri ex Bethlehem Iudæ ad Baſilicam Sanctæ Mariæ ad præſepe. Vide de eo 30. Septembris.

7. Anno 1542. æſtimato mortuo vita redditur.

Guilielmus Guinouar 9. annos natus, cultro palmos binos longo vulneratur lætaliter in capite, vnde ab omnibus habetur mortuus. Itaque ad matrem defertur quæ benignam matrem Montiſſerrati compellat certis votis ad eam conceptis, Qua ita orante, nuntiatur ei filium viuere. Angebat autem illam vulnus chyrurgorum iudicio inſanabile, propterea eandem iteratò compellat vt ſui miſereatur. Miſerata eſt miſericordiæ mater, ac intra paucos dies perfectè puerum ſanitati reſtituit.

8. Conſtantinopoli tranſlatio S. Andreæ Apoſtoli de Achaia. Quod idem diu poſt Arnulphum delatum ibi pro fidelium concurſu honoratur, ex cuius ſepulchro liquor ad languores

ſanandos

ſanandos iugiter manat.

De eius erga Deiparam ſtudio vide 30. Nouembris.

Maij 10.

1. ANno ſalutis 330. dedicatur Conſtantinopolis ſeu noua Roma, Dei genitrici, præuio incruento ſacrificio, votis ac precibus. Ipſa dies dedicationis publicis perpetuiſque monumentis eſt commendata, vt anniuerſaria die, natalis nouæ Romæ ſicut antiquæ celebraretur. Extat de his ſanctio Imperatorum in qua cum de ferijs agitur hæc habentur. His adijcimus natalitios dies vrbium maximarum, Romæ atque Conſtantinopolis, quibus debent iura deferre, quia & ab ipſis quoque nata ſunt. Porrò in Menologio die decima Maij natalis dies Conſtantinopolis in Eccleſia publicè annis ſingulis recitandus, deſcriptus reperitur, licet apud Zonaram 11. menſis Maij eadem fuiſſe abſoluta, legatur. Tanta autem (vt hoc obiter dicatur de ciuitate Virginis) erat Conſtantinopoli incolarum multitudo vt non ſine periculo per plateas ijs incedere liceret.

Niceph. l. 8. c. 26.

L. 2. de ferijs Cod. Theodoſ.

Annal. p. 3.

Roſimus l. 2.

Maij 11.

1. ANno 1603. publicis conſignatur tabulis ſanitas à Deipara reddita cecæ mulieri apoplexiâ laboranti. Fuit hæc vxor Huberti Wellem Sichimenſis quæ cum medijs humanis nihil promoueret, neque ab vllis medicamentis, quæ varia quidem adhibita fuerunt, proficeret

Hiſt. Sichimēſis.

Digitized by Google

quidquam, ad Deiparam Sichimenſem oculos vertit, eique vouet peregrinationem ad montem Acutum, qua peracta, perſolutoque voto, tum viſum, tum perfectum membrorum vſum eſt conſecuta.

Hiſtor. Foyenſis. 2. Tibiarum vſu deſtitutus ſubito curatur Ioannes Sebaſtianus ciuis Florimienſis centenario vndecim annis minor, captus erat nouiſſimo ſex annorum ſpatio tibiæ vtriuſque vſu, nuſquã ambulabat niſi genibus adrepens, fulcriſque ac geminis malleolis innixus. Itaque rem familiarem pæne omnem in medicos, eorumque præſcriptiones inſumpſerat. Cogitat ergo cæleſtia tentare auxilia, atque incredibili conatu ad Deiparam Aſpricollenſem nec non Hallenſem ſeſe confert. Nequicquam tamen omnia. Tandem Foyenſem adit. Ad teli iactum ſacello propior acceſſerat, cum illi glaciale frigus circum tibias obrepere, & futuræ ſpem ſanitatis magnam facere cæpit. Duplicatis proinde votis & procedẽdi ardore ſacellum ingreditur, & poſtquam paucis Virginem precatus eſſet, tibias primò confirmari, tum etiam reſtitui deprehendit, quibus auſus periclitandi causâ inſiſtere, ſine vllo doloris ſenſu, ſine fulcris, ſine malleolis fidenter ambulauit; ſuperſtitem tantum ex tanto morbo tumorem, ſextus dies ad extremum abſtulit, quo etiam multis ſpectantibus ſolitas peregrinãtium circuitiones circum ſacellum, firmo gradu peregit.

3. Tres viri miraculosè liberati à plus mille hoſtibus qui eos obſidebant.

Hos principiò, numero tantum 25. narrat Hiſtoria aggreſſos tres illos pontem quendam tranſeuntes, qui cum ſeſe acriter tuerentur ingreſſi ſunt

ſunt domum cuiuſdam vt inde hoſti reſiſterent commodius. Qui ad quatuor angulos domus ignem admouent, vt & tres illos & quotquot in illa domo erant, viuos flamma abſumeret. Qui omnes conſentientibus votis ac precibus, ſupplices ad Deiparam confugiunt. Interim ad partes hoſtium accedunt ſenſim plurimi, ita vt plus mille ſe ijs adiunxiſſent. Itaque obſeſſi conſilium fugæ capiunt, ac primum pater familias per funẽ demittit quandam ſuam filiam. Quod dum obſeruatum ab hoſtibus, quidam de ijs ter eam ſclopeto ſuo petit, at ictu irrito licet prope eſſet. Similiter demiſſi ſunt ex feneſtra quadam occultiore cæteri domeſtici, remanentibus dumtaxat tribus illis viris qui triduana obſidione fortiter tolerata, domo egreſſi ſunt liberi & incolumes, neque ab vllo de hoſtibus illis agniti ſunt, Deo ſcilicet Deiparæ meritis eos (vt videtur) excœcante, oculorumque vſum negante ijs qui matris ſuæ clientulos offendere parabant.

Maij 12.

1. ROmæ dedicatio Eccleſiæ S. Mariæ ad martyres quam (ita Martyrologium Romanum) Bonifacius 4. ſub ann. 613. expurgato Deorum omnium veteri fano quod Pantheon vocabatur, in honorem B.V.M. & omnium martyrum dedicauit tempore Phocæ Imperatoris. Meminit autẽ Phocæ quia id ab eo impetrauit. Teſte Beda in ſuo Martyrologio. Vide diem 1. Nouembris infra.

2. Puerulus ad vitam reuocatur.

Anno 1546. Petri Alphonſi infantulus trien-

Digitized by Google

nis in flumen decidit, à quo & abripitur ad medium miliare & eò amplius, aquis immerſus duarum horarum ſpatio. Parentes triſti audito nuntio, eum Deiparæ Montiſſerrati enixè commendant, atque interim ex aquis mortuum educunt. Ingeminant itaque preces. Mirum dictu. Dum in ijs perſeuerant, puer ad vitam redit. Parentes ad Montem-ſerratum ſe conferunt Deiparæ gratulaturi, & rē omnem coram idoneis teſtibus iureiurando confirmant.

3. Conſtantinopoli natalis S. Germani Epiſcopi.

Martyrolog. Hic Leonem Iſauricum aduerſus ſacras Deiparæ imagines & aliorum ſanctorum edictum promulgantem magna fiducia redarguit. In Epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Syrinadon, ita ſcribit pro imaginibus Deiparæ. Nos intemeratæ Chriſti iuxta carnem matris S. Deiparæ Virginis ſimilitudinem referimus, hoc modo oſtendentes quod mulier iuxta naturam exiſtens, & à noſtra maſſa haudquaquam aliena, Deum inuiſibilem & omnia manu ſua continentem, vltra omnem & hominum & Angelorum exiſtimationem in ventre ſuo conceperit, & ex ſe incarnatum genuerit. Etenim eam vt vere Dei matrem veneramur & quauis viſibili & inuiſibili creatura ſuperiorem reputamus. Ad quæ ita Caniſius. *L. 5. c. 22.* Eximia quidem hæc eſt Deiparæ commendatio, cuius imaginem tantò maioris facere conuenit quantò præſtantior perſona eſt: eſt autem omnium præſtantiſſima ea quæ per imaginem nobis repræſentatur. Idem S. Germannus varia compoſuit de laudibus Virginis.

4. Salaminæ in Cypro natale Sancti Epiphanij

phanij Epiſcopi.

Hic validiſſime contra Antidicomarianitas hæreſi 48. Mariæ Virginitatem omnimodam propugnauit. Tenebant hi Mariam SS. poſt natum Saluatorem de Ioſepho filios procreaſſe. In oratione de laudibus S. M. Deiparæ pluribus eã celebrat. Inter cætera ait Angelos eã gloria proſequi quæ mulierum infirmitatem verè glorioſam reddidit, & quæ lapſam Euam erexit.

Idem conſtanter voce θεοτόκε vtitur in ea ſalutanda.

May 13.

1. ROmæ anno 1577. creatur Pontifex Gregorius 13. De quo v. 10. Aprilis.

2. Anno 1608. puer 9. menſium continuo fletu ad extrema redactus, flere deſinit & à mortis periculo ope Deiparæ eripitur. Res ita habet. *Fornerius in Hiſtor. VVeyer.*

Laurentij Seiler Siluarum cuſtodis in Bamberis, Ennicheuretenſis territorij vxor, circa D. Bartholomæi feſtum ann. 1607. peperit ei filium. Hic lucis vſuram aſſecutus inceſſanter nocte dieque flere cæpit idque nouem ſolidis menſibus. Quare eò deuenit vt vix oſſibus hæreret. Itaque omnis conſilij expers parens ad Deum confugit & ad Deiparam Weyerenſem, cuius Baſilicæ ſe pollicetur oblaturum cereum non exigui ponderis. Ergo proficiſcitur cum vxore & filio Weyeram. Eum ad ſacram aram præſentat cum votiuo munere. Nec fruſtra. Domum enim redit cũ infantulo iam iam taciturienre. Collocat eum mater in lectulo, quod antea quamdiu vixerat,

minimè factum, quietè dormit tota nocte, ceſſat fletus, ceſſat virium imbecillitas, ſucceditque integra ſanitas.

Maij 14.

1. ANno circiter 524. natale S. Pomponij Epiſcopi Neapolitani.

Petrus Steph. Neopol. de locis ſacris Neapolitanis.

Hic Neapoli templum S. Mariæ Maioris extruxit, in eoque conditus eſt. Poſtea anno 533. Ioan. 2. ſummus Pontifex S.Pomponij conſanguineus, Baſilicam hanc conſecrauit, in qua etiã oſtenditur imago Deiparæ à Diuo Luca depicta.

2. Quidam mortis periculo in fæda tempeſtate maris liberati.

Petro Ferreo cum ſocijs anno 1581. tendentibus ex Italia in Hiſpaniam, ſæua coorta eſt procella, inſuper & fulmen tertiò feriens malum nauis, ipſum igne conſumpſit. Quid agerent miſeri vectores, niſi ſupplices ad Deiparam adiutricem confugere? Ad eam itaque confugiunt tanquam ad ſacram anchoram varijſque ſe onerant votis. In cæteris peregrinationis ad eam in montem Serratum obeundę nudis pedibus. Audita eorum ſupplicatio, & incolumes, optatum diu portum tenuere.

Anton. Vaſconcell

3. Anno 1490. ad fœliciorem vitam emigrat Ioanna Luſitaniæ princeps.

Hæc in extremo morbo, grauiſſimiſque doloribus Chriſti & Deiparæ auxilium mira teneritudine ac lachrymis ſępius implorauit. Quoties in aliquod Chriſti aut Dei genitricis incurrebat ſimulachrũ mira animi & corporis ſubmiſſionę repe-

repetere ſolita erat verba iſta: Domine Deus meus, miſerationũ Domine, auerte faciẽ tuam à peccatis meis. Sub mortem animam efflans audita ab ea verba iſta ſummo animi ſenſu prolata. Tibi Domine IESV & Beatiſſimæ matri tuæ Mariæ ſemper Virgini animam meam commẽdo, & vlterius Virginem ipſam allocuta. Monſtra, inquit, te eſſe matrem &c. Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

Maij 15.

1. DEipara anno à Chriſto nato 34. ætatis ſuę 48. in monte Sion ſimul cum Apoſtolis repletur Spiritu ſancto P. Chriſtophorus à Caſtro in Hiſtoria virginali ſæpe memorata.

Maij 16.

1. ANno 1605. creatur Romæ ſummus Põtifex Paulus 5.

Hic anno 1619. nouum equeſtrem ordinem de ſacra militia Chriſtiana, ſub protectione BB. Virginis ac aliorum SS. præcipuo eius authore Carolo Gonzaga Duce Niuernenſi confirmat. Iſti ordini multi principes ac proceres germani, Itali, Galli, Poloni nomen dederunt. Menſe autem Martio Viennæ in Auſtria aduerſus infideles inſtitutus eſt. De hoc pontifice vide 8. Decembris 27. & 28. Ianu. 9. Iulij. 8. & 31. Auguſti. & 12. Sept. *Spondanus.*

Idem poſtulante Henrico 4. Galliæ rege anno 1608. erigit ordinem militarem ſub regula & deQ 4 nomi-

nominatione B.V.M.de monte Carmelo pro nobilibus & ingenuis viris nationis Gallicæ. Magiſtratus eius diſpoſitionem omnimodam Regi tribuit. Magiſter ab eo prouiſus infra tres menſes à ſede Apoſtolica confirmationem impetret,& fidei profeſſionem ad eam tranſmittat. Contra Romanæ Eccleſiæ hoſtes pugnare promittant. Vide Bullarij P. 231. vbi varia ei ordini priuilegia conceduntur à Paulo 5. qui militiæ iſti adſcriptis iniungit vt quotidie officium B. V. vel coronam recitent. Feſtis & Sabbati diebus Miſſam audiant.Feſtis B.V.M.Euchariſtiam ſumāt. Die feſtiuitatis B.M. de monte Carmelo ad eius celebrationem conueniant.

2.* Anno 1617. vitæ diem claudit extremum Nicolaus Montmorencij Vendangij regulus ac Stegrarum comes.

Io. Buzel. Hic anno 1604. ſanctimoniales D. Brigittæ (quæ ſe Deiparæ filias merito vocant) Inſulis cōſtituit, eaſque dotauit.

Idem anno 1605.author fuit condendi monaſterij religioſarum D. Benedicti, quod à Beata Virgine pacis nomen habet. Idem varijs ſuis opuſculis,eximiæ ſuæ aduerſus eam pietatis, plurima reliquit monumenta.

Onuphr. &c. 2. Anno 1204. Balduinus Flandrię comes primus ex Latinis creatur Orientis Imperator.

Meyerus. Hic Cortraci Collegium Canonicorum cū tēplo Deiparę dicato cōſtituit,aut,vt alij,inchoauit.

De hoc illud principibus imitandū fertur quod bis qualibet hebdomada veſperi proclamari iubebat, ne quis in ſuo palatio recubaret qui alienam mulierem attigiſſet. Ipſe porrò caſtiſſimus erat & quamdiu à coniuge ſua abſuerat, ne impudicè

Digitized by Google

pudicè quidem mulierem eſt intuitus.

3. Burdegalæ natale B. Simeonis Stok Carmelitæ.

Molanus in additus ad Vſuard.

Hic Deiferæ Virgini Mariæ, ſingulariter fuit addictus ac miraculorum operatione prægloriosus, & ab eadem Deipara donatus ſcapulari tanquam teſſerâ amoris ſui in totum ordinem. Cum enim nocte quadam vir ſanctus in Cella oraret, ac teſſeram, hanc & pignus amoris ab ea flagitarer, iubar cæleſte & Angelorum cætum intuetur, in quorum medio SS. Virgo Maria ei apparet quæ ſcapulare quoddam manibus deferens ſic illum eſt allocuta. Dilecte fili hoc recipe tui ordinis ſcapulare, meæ confraternitatis ſignum. Tibi & cunctis Carmelitis priuilegium in quo quis moriens non æternum patietur incendium, ecce ſignum ſalutis, ſalus in periculis, fœdus pacis & pacti æterni. Huius rei mirandæ fama fecit vt Ludouicus Galliæ & Odoardus Angliæ reges & permulti alij nocte & die ſcapulare geſtarent. Accidit etiam vt multi ſcapulare tangentes ægri conualeſcerent. Eadem virgo cupiens hunc ordinem illuſtrare, Ioanni 22. apparuit ei præcipiens vt euulgaret fratribus Carmelitis, & omnibus, cũ illo ſcapulari ſepultis in purgatorio exiſtentibus, aſſiduis ſuis apud filium ſuum precibus & ſingulari ſua protectione, primo ſabbati die ab eorum obitu à purgatorio liberandos. Eandem indulgentiam conceſſere Clemens 7. Gregorius 13. Sixtus 5. Greg. 14. Clemens 8.

In eius vita.

Cartagena de antiquit. ordinis iſtius.

Maij

Maij 17.

1. NAtale Sanctæ Reſtitutę Virginis & martyris.

Huic à Conſtantino Baſilica Neapoli erecta eſt, & adiecta ſacello Sanctæ Mariæ à principio ab Helena extructo & à S. Silueſtro conſecrato, ad maiorem ſacri illius ſacelli venerationem.

Molanus. 2. Rotuaci in Belgio feſtum S. Cœleſtini Papæ ob reliquias tunc eò tranſlatas.

Decius erga Deiparam ſtudio vide 6. Aprilis.

Maij 18.

1. IN monte Serrato publicis conſignatur tabulis inſigne Deiparæ beneficium quo puella bimula à præſentiſſimo mortis periculo eripitur. De eo vide 15. Aprilis.

Anno 1587. viuere deſijt B. Fœlix in ordine S. Franciſci Capucinorum conuerſus vt vocant. Hic Deiparam in primis coluit. Cum mendicaret, victum fratribus, perpetuo roſarium manu tenebat. Vigilijs feſtorum Deiparæ aqua & pane ieiunabat. Ieiunabat item B. V. M. quadrageſimam imitatione S. Franciſci ab octaua Apoſtolorum Petri & Pauli aduſque feſtum Aſſumptionis. Eius feſta magno animi ſenſu & deuotione celebrabat, & in eorum honorem ſpirituales cantiones componebat. Dici nequit quanto honore proſequeretur virgineum eius partum, & quanta animi præparatione ad eum celebrandum ſe diſponeret, & ad idem ſeculares induceret.

Solitus

Solitus erat in choro erigere Chriſto præſepe vile quidem at pietatem ſpirans. Neque aberant B. Virgo S. Ioſeph, bos, aſinus, paſtores, Angeli, oues. Ipſe coram eo genibus nixus & orans totus reſoluebatur in lachrymas. Frequenter dum roſarium recitaret, cogebatur illud interrumpere ob amoris vehementis quo aduerſus Deiparam ferebatur, exceſſum. Quodam die dum meditaretur immenſum amorem quo Deus homo factus habitarat in nobis, tanto arſit amoris incendio vt illud amplius ferre non valens ad princeps altare accurrerit, & à Deipara filium ſuum ſibi dari poſtularit ad mitigandum mentis ardorem ac deſiderium quo vehementi flagrabat. Nec fruſtra, apparuit enim ei Virgo, eique tradidit puerum Ieſum. Quo obtento quantam vim ſolationum cœleſtium ſenſerit, difficile eſt enarrare. Illud conſtat præ amoris dulcedine vberrimè fleuiſſe. Sub vitæ finem ei Deipara apparuit, eum ad cæleſtem gloriam inuitans.

Maij 19.

1. ANno 1610. vita fungitur P. Thomas Sanchez Societatis IESV. *Ribadeneyra in Catalogo ſcriptorũ ſocietatis*

Fama eſt hunc cum ſocietatem ambiebat, ſæpe à ſuperioribus repulſam paſſum quod impeditioris eſſet linguæ. Cordubæ in templum Sanctiſſimæ Virginis Mariæ quod à fonte ſancto nomen habet confugiſſe, & multis ſuſpirijs, lachrymiſque à SS. V. Deipara efflagitaſſe impedimentum illud vt auferret, quo in ſocietatem admitteretur, atque etiam profeſſum ſe domum ſuã non reuerſurum niſi quod petebat impetraſſet.

Quid

Quid multa? impetrauit & ſublato impedimento ad ſocietatem aggregatus eſt. Quod beneficium ita deinceps memoria tenuit, vt quoties Cordubam repeteret, & ſi profunda nocte, ad SS. Virginis liberatricis ſuæ ſacellum etiam prius quam ad ſocietatis Collegium adiret, poſtridie vero in eo ſacello ſacrum faceret, diemque integrum ibidem meditando exigeret. In quodam ſuo libello qui à morte eius inuentus eſt, inter cætera hæc annotarat. Omnis mea cura erit Venerabilis Euchariſtia, IESVS crucifixus, Virgo Maria, erga quam ſingulari ſtudio afficiar, ad illam vt ad matrem in omnibus meis neceſſitatibus recurram, perque eam Deo gratias agam, pro quouis opere facto in Dei obſequio, per eam veniam precabor pro quouis defectu admiſſo, per eam illos Deo commendabo qui mihi moleſtiam aliquam exhibuerint. In eius peruigilijs vt & feſtorum Chriſti, pane & aqua dumtaxat contentus erat.

Hiſt. Sichimẽſis. 2. Anno 1606. ſupplicio afficitur quædam quæ falſa miracula finxerat de Deipara montis Acuti.

Nempe publicauerat in vulgus malitioſa mulier filiolum ſuum cœcum, claudum, ſurdum, mutum (& quid non?) Deiparæ ope ab his omnibus curatum. Quibus miraculis ſe Iudaiſmum (nam & ſe Iudęam mentiebatur diuitis cuiuſdam Iudęi Geneuæ filiam, inſuper & comitiſſam) abdicaſſe ac Leodij baptizatam in templo S. Seruatij. Verum cunctis rite diſcuſſis comperta eſt mendaciſſima mulier apertiſſimorum mendaciorum rea, quare in foro Bruxellenſi publicè in theatro virgis cæſa eſt, ac

ac lingua ei ferro candente perforata. Denique toto Dominio principis exacta in perpetuum.

3. Anno 1597. Deipara apparuit B Mariæ Razziæ ex ordine S. Dominici eiuſque capiti ſpecioſiſſimum impoſuit diadema, eamq; Reginam proclamauit. Inſuper eam Regi Regum Chriſto Domino deſpondit, annulumque addidit ſummi pretij pro arra ſponſalitiorum.

4. Anno 1313. Cæleſtinus quondam Pontifex à Clemente 5. in SS. Album refertur. De huius erga Deiparam ſtudio vide 8. Ianuarij & hic infra n. 7.

5. Inuentio imaginis Deiparæ in Hiſpania monitu eiuſdem Deiparę. Cuius inuentionis Hiſtoria ſic habet ex vetuſtiſſimis manuſcriptis. Cum Pariſijs Simon Robanus (vulgo dictus Simon Vela) verſaretur, ſemel atque iterum diuinitus admonitus eſt per quietem vt in Gallica rupe verſus occidẽtem, Deiparæ imaginem ſtudioſè perquireret: Qua rupe in Gallijs toto fruſtra quæſita quinquennio, in Hiſpaniam ad D. Iacobum profectus, & Salmanticæ aliquamdiu commoratus D. Virginem impenſius orabat, vt ſibi rupem Gallicam vbi tandem eſſet, certo aliquo indicio demonſtraret. Haud ita multò poſt, carbonarij iudicio, atque aliorum reſponſa ſecutus, cum ad eam rupem ſyluamque lætus perueniſſet, poſt preces ibi fuſas, per ſomnum ei oblata eſt Deiparæ ſpecies filium geſtantis in vlnis, multo lumine circumfuſa, quæ iuſſit ſuam ex eo loco effoſſam imaginem in ſummo montis apice collocari ac ibidem templum erigi. Itaq; anno 1434. die 19. Maij, imaginem effodit, effoſſam

effoſſam in tuguriolum quoddā ex lignis raptim excitatum infert. Tantaque ibi miracula ſtatim fieri cæperunt vt ijs quotidie increbreſcentibus ei templum erectum ſit, quod à Ioanne 2. Caſtellæ rege ſacro ordini D. Dominici traditum eſt. Situs eſt autem hic mons ſeu rupes editiſſima in Salmaticenſis Diœceſis confinio. Hiſpani ſuo idiomate vocant La Pigna di Francia.

Osbertus monachus.

6. Dies natalis S. Dunſtani Archiepiſcopi Cantuarienſis qui inſtar Samuelis in templo (eóque dicato B. V. M.) educatus fuit. In eo dum adhuc materno vtero clauſus eſſet, diuino miraculo deſignatum eſt, præclarum mundo per eum lumen oriturum. Cum enim mater eius grauida, ſe ad templum Dei genitricis die ſacro Purificationis contuliſſet cum maxima tum virorum, tum mulierum multitudine qui omnes accenſas faces geſtabant, accidit vt inter Miſſarum ſolemnia, cælo licet ſereno cuncta luminaria extincta ſint, cunctis ſtupentibus ac timentibus. Verùm dum ita attoniti hærent ac pauidi, intuentur flammam ignis cælitus labi, & cereum quem mater Dunſtani in manu tenebat ex ea accendi. Accedunt itaque ſinguli ad illam, & ex cereo diuinitus accenſo ſuos accendunt. Quo prodigio inſinuabatur vt modo dictum eſt Sanctam Dunſtanam lumen fore, vnde alij lucem mutuarentur.

Petrus de Aliaco Cardinalis.

7. Natalis dies S. Petri Cœleſtini, illius qui rariſſimo exemplo ſummo ſe pontificatu abdicauit. Is dum adhuc puer eſſet vidit ſæpe B. V. M. & D. Ioannem Euangeliſtam ad ſe venientes dulciterque canentes tollenteſque lib. è manib. quem lectitabat. Præterea cum triennis tantum

eſſet

eſſet ligno acuto in dextro oculo percuſſus, excæcatur, & à Deipara ei viſus reſtituitur victa matris eius feruentiſſimis precibus & lachrymis, quæ eum ad quandam Deiparæ Eccleſiam eius rei cauſa detulerat.

Maij 20.

1. BEatus Andreas de Chio natione Græcus, inter grauiſſima quæ ei à Mahometanis inferebantur tormenta anno 1465. Deiparam inuocat his verbis. Virgo Maria adiuua me, quod & facit 8. ſequentibus diebus, nec fruſtra, nam ſequenti ſemper die poſt immania ſupplicia ſanus ac integris membris & viribus reperitur. Durauit ea carnificina 9. dies. Ac primo quidem die diriſſimè loris cæſus eſt. 2. Ferreis vngulis dilacerata membra. 3. Membra ei è ſuis locis diuulſa. 4. Humeri gladijs, carnibus denudati. 5. Clunes carne nouaculis ſpoliantur. 6. Partes inter genua & clunes carnibus priuantur. 7. Suris carnes abſtrahuntur. 8. Femora cum vicinis partibus excoriantur. Nona, totum corpus à capite ad pedes verberibus cæditur, & maxilla ei vno ictu carne nudatur. At ſingulis quibuſque cum tortoribus congreſſibus, magna voce Deiparam inclamans ab ea ſanatur, ſtupentibus Mahometanis. Tandem cum mira iſta in crucem Domini, atque Beatæ Virginis opem referret, ſecuri percutitur. Eximius erat hic B. Martyr, cultor Beatæ Mariæ, à qua & à febri lethali curatus fuerat, eique in gratiarum actionem votum nuncuparat Virginitatis, cuius ſeruandæ vt memorem ſe exhiberet, candida deinceps veſte vſus

Georgius Trape. Surius 29. Maij.

.i. Deo in eius honorem.

ſte vſus

ſte vſus eſt.

Buzelinus. 2. Anno 1581. Deipara Gratiarum dicta prope Inſulas, ſecundo miraculo aut ſaltem inter prima patrato ſeſe celebriorem reddit. Cum Varennæ Domina, dinaſtæ Breukani germana eius meritis ab apoplexia liberata fuit. Vide ſupra 23. Aprilis.

3. Natalis dies S. Bernardini Senenſis qui impensè dilexit SS. Deiparam. Eam amicam ſuã vocabat. Qua appellatione quemadmodum diu conſobrinam ſuam ſanctiſſimam fœminam (cum ei diceret ſe pulcherrimam habere amicam, quam niſi quotidie inuiſeret, dormire nequiret) tenuerit ſuſpenſam, & quomodo ipſa timeret ne aliquid mali ſubeſſet, vide lepidè in eius vita apud Surium p. 413. tom. 3.

Solebat autem quotidie fundere preces ante imaginem Deiparæ quæ ad portam ciuitatis erat, idque adhuc ſecularis, quam & frequenter etiam poſtmodum inuiſebat religioſus.

Anno 1427. dum Senis concionaretur die Natiuitatis B.V.M. ego, inquit Frater Bernardinus, ſemper fui deuotus B. Virgini. In die enim Natiuitatis eius natus ſum, eodem baptizatus, eodem religioſum habitum indui, itemque vitam religioſam profeſſus ſum. Eodem primitias celebraui. Eodem die cupio exire ex hac vita. Ego vero hoc affirmare poſſum (inquit author vitæ) nunquam me quemquam audiuiſſe de Beatiſsima hac Virgine deuotius, lubentius, feruentius concionantem.

Illo, Aquile in Italia concionante, illudque ex Apoc. 12. in laudem Virginis explanante. Signũ magnum apparuit in cælo, in capite eius corona ſtella-

ſtellarum 12. cum primam ſtellam exponeret de eius virginitate, ſole licet radiantiſſimo, viſa eſt ſuper caput Bernardini, ſtella etiam ſole ſplendidior, quæ ſuos radios in faciem eius vibrabat. Quod vniuerſus populus ſtupore plenus vidit. Tandem omnibus admirantibus euanuit. Fuit autem illa ſignum illud magnum quod apparuit in cælo, ipſa Chriſti IESV mater Maria, ineffabili claritate reſplendens, iudicare volens hunc ſanctum Dei hominem ſuumque peculiarem miniſtrum, totius perfectionis exemplar eſſe & vas atque ſpeculum virtutum omnium, qui paulo poſt in ea vrbe diem clauſurus eſſet extremum, (quod ipſa ſtellæ deſitione figurabatur,) & in æterna beatitudine eſſet coronandus.

Narrat Pelbartus, Bernardino, ſemel coronam magno animi ſenſu recitanti, Deiparam apparuiſſe, eumque ſic compellaſſe: Bernardine, deuote mi famule, multum mihi in tua deuotione complacui, pro qua impetraui tibi à filio meo gratiam verbi & miraculorum. Ac ſcito tandem te in cælo gaudij mei participem futurum. Quod vtrumque conſecutus eſt Bernardinus. *In Stellario l. 2. p. 2. & 3.*

Quidquid gratiæ & chariſmatum hic Diuus vnquam deſurſum obtinuit, id teſtatus eſt ſe impetraſſe per deuotam gaudiorum B.V.M. recordationem, in quorum honorem quotidie coronam recitabat.

4. Anno 1510. obitus Colombæ Rietenſis in ordine S. Dominici ſanctimonialis. Hæc circiter quinquennis Deiparâ in ſingularẽ aduocatam electa, frequentius per diem eam ſalutatione Angelica in genua procidens venerabatur.

Huic dæmon roſarium nonnunquam frangebat, globuloſque huc illuc diſſipabat, vt eam ab eius recitatione Deiparæque honore impediret. Ipſa natiuitatis nocte ei ſe præbuit viſendum Chriſtus Dominus in præſepi cum matre Virgine ac S. Ioſepho, audiuitque eodem ipſo tempore cæleſtem Angelorum ſymphoniam concinentium Gloria in excelſis.

Maij 21.

P. Spinelli tractatu de exemplis ac miraculis c. vlt.

1. IMago Deiparæ depicta rudi penicillo in pariete cuiuſdam domunculæ, in qua retia, aliaque huiuſmodi nautica inſtrumenta ſeruabantur Salerni in regno Neapolitano ann. 1611. hora ante ſolis occaſum, prodigioſum cepit ſudorem emittere, aqueo liquori perſimilem, guttula etiam rubra velut ſanguinei coloris ex eius fronte fluxit, quod à viris 4. obſeruatum eſt. Fuiſſe videtur hic ſudor prænuntius ingentis cladis quæ die ſequenti (qui erat dies Pentecoſtes) contigit, quando monaſterium nobiliſſimũ montis Virginis non procul Neapoli conflagrauit plurimis abſumptis. Videtur quoque Deipara tam multorum interitum miſerata, precibus apud filium pro eorum incolumitate enixè fuſis quaſi laboraſſe atque exſudaſſe. Euulgato autem hoc imaginis ſudore, ingens ad imaginem concurſus factus, ibique nobile templum ilicò piorum eleemoſynis exædificatum eſt, hoc diſticho ad imaginem ſuppoſito.

Virgi-

Digitized by Google

Virgineus cum mons multorum cæde flagrauit
Sudorem hæc viſa eſt mittere ſanguineum.

Et ne quis ſuſpicaretur hunc ſudorem vel caſu vel naturaliter, vel alia de cauſa profluxiſſe, ex eo primum tempore cepit imago illa Deiparę, miraculis illuſtrari, die enim ipſo Pentecoſtes qui tum erat 22. Maij (ideo ad ſequentem diē iſtud referendum) clericus quidam cui brachium ſiniſtrum vna cum manu iam ſupra bienniū inaruerat, deſperata à medicis ſanitate, hoc ſudore à ſacerdote, manu arida illita, ſtatim brachium cum eadem manu mouere cepit. Vide plura apud P. Spinelli.

Hoc eodem die quaſi prænuntiare vellet Deipara cladem ſupra memoratam, de qua fuſius die ſequenti, vidit quidam Eremita ſub noctis initium, exeuntem è lampade, quæ in templo montis Virginis ante Virginem lucet, mirificè coruſcantem ſplendorem, ſimilem ei qui emittitur ex carbonibus valde accenſis, quò fiebat vt Virginis ſacellum multo quam antea lucidius videretur.

2. Hic porro ſudor ad ſe vocat aliud exemplum antiquius. *Gabr. Pennotus Cano. Regul. l. 3. Hiſtor. ſui ord. c. 34.*

Anno 1494. in Epiſcopatu Spoletano prope oppidum Triuij, malorum Italia prognoſticum apparuit. Erat prope oppidum, quoddam ſacellum in compito, vt multis in locis fieri conſueuit vbi BB. V.M. imago depicta in pariete, lachrymas fundere viſa eſt à plurimis. Eius rei fama multos abuſque Roma exciuit, collatæ eleemoſynæ, ex quibus templum inibi miræ magnitudi-

 nis &

Digitized by Google

nis & ſpeciei ad Dei & Beatæ Virginis Mariæ honorem erigitur, quod S. Maria de lacrymis etiam nunc vocatur.

3. Ludouicus Pius Caroli Magni filius viuere deſijt.

Cratzius in Metropoli l. 1. c. 20.

Hic templa in honorem Deiparæ erexit, cui ita addictus erat, vt ne venatum quidem proficiſceretur, quin eius imaginem ſecum ferret, vt coram ea etiam in media ſolitudine preces funderet.

Idem in Suburbio Wormatienſi monaſterium noſtræ Dominæ condidit.

Erſengrenius in Chron. Spirenti.

4. In feſto Venerabilis Sacramenti quod in hodierni diem incidit, Deipara apparet B. M. Razziæ ordinis S. Dominici cũ Diuis Catharina & Cæcilia. Cumque ſubuereretur Maria, ne dæmon ſuis preſtigijs ei vellet illudere. Vade, inquit, Satana, renuntio tibi, nec quicquam volo tecum habere commune. Si quid hic tuum eſt diſcede miſer. Quæ dum diceret ſignabat ſe ſigno Crucis, prout ſolita erat facere. At Deipara ei omnem metum abſterſit. Vide, inquiebat, natum hunc meum quàm ſpecioſus eſt. Ad quæ illa: Non mereor ô Domina frui tam grato obiecto. Tum Deipara eadem repetit verba, additque, quas mecum cernis Virgines; eæ ſunt Catharina & Cæcilia, à quibus noueris te multum diligi: Ad quæ verba tota in lacrymas ſoluta eſt, & quàm potuit maximas egit gratias pro tam eximijs beneficijs.

Maij

Maij 22.

1. VIndicta Dei & Deiparæ in eos, qui cum religionis ſpecie ad monaſterium & tẽplum montis Virginis in regno Neapolitano cõfluxiſſent ipſa vigilia Pentecoſtes, quando eius templi dedicatio celebratur, auſi fuerũt profanis cantibus, choreis etiam intra templum, comeſſationibus, ebrietatibus, impudicitijs (vt minora omittã qualia ſunt eſu carnis, ouorum, aliorumque ciborum, quos ne quidẽ eo loci inferre fas eſt, nã ibi non niſi cibis quadrageſimalibus veſci licet) locũ violare. Quod miraculo cõfirmatur; ſi quis enim ſeu caſu ſeu per ignorationẽ alios cibos eo deferat, repentè ingentes procellæ ac pluuiæ excitantur. Vindicta autẽ, quam de ijs ſumpſit Deipara, fuit ignis, quo accenſo in hoſpitio peregrinorũ, quod peramplum eſt, & aliquot peregrinorum centurias capit, (non tamen omnes cum ibi numerentur ſubinde eorum octo millia quod quidem hoc anno dicitur contigiſſe) de ijs circiter quadringentos abſumpſit, inſigni documento; quemadmodum & quanta cum reuerentia ac puritate Deiparæ feſta ſint celebranda. *Spinelli.*

Neque hoc ſolum vindictâ iſtâ docuit B. Virgo, at ſimul quàm ei cordi ſint, qui eam colunt, puerum enim paruulum ſibi impensè deuotum, qui præter cætera pietatis officia, bis quâlibet hebdomadâ in eius honorem ieiunabat, manu propria apprehenſum ab incendij periculo liberauit.

Alia habet Spinelli. Sed illud omittere nefas eſt, quod hoc eodem die contigit ſingula-

re Dei & Deiparæ amoris monumentum in religioſos patres huiuſce montis Virginis. Qui cum aduerterent ignem, iam ipſius templi (hoſpitium enim de quo initio, templo eſt attiguum) tectum ligneum peruadere, venerabile Sacramentum efferunt aduerſus ignis procacitatem. Tum flamma reflante vento repente repreſſa, Virginis téplo & adiuncto religioſorum cœnobio viſa eſt parcere, cælique reginam reuereri, quæ in eo montis receſſu tot religioſorum virorum quadrageſimalem vitam ſeruantium obſequio colitur.

Hoc monaſteriũ fundatorẽ agnoſcit S. Guilielmum patria Vercellenſem ſub ann. 1126. tẽpore Honorij. 2.

De gloria MM. c. 9.

2. Eximius Virginis cultor Imperator Conſtantinus anno Chriſti 337. viuendi finem fecit, æternum victurus. Hic ciuitatem ſuam Conſtãtinopolim Deiparæ conſecrauit. Vide ſupra decimo huius. Idem teſte Greg. Turonenſi in Gallia eidem templum excitauit, in cuius erectione inſigne miraculum accidit. Nam cum adductæ columnæ præ magnitudine leuari non poſſent, eo quod eſſet circuitus earum 16. pedum, & diebus ſingulis caſſo labore fatigarentur operarij, apparuit architecto ſancta Virgo, noli inquiens mæſtus eſſe, ego enim oſtẽdam quomodo columnas attollas, & oſtendit illi quæ aptarentur machinæ, qualiter ſuſpenderentur trochleæ atque funes extenderentur, addens vt 3. pueros de ſcholis acciret, quorum ope id perficeret. Quæ cum perfeciſſet omnia, ac pueros etiam adhiberet erexit ſumma velocitate columnas, ſtupentibus omnibus id à pueris perfici quod viris fortibus negatum fuerat.

Petr. Stepha. de locis Sac. Neapol.

Idem Neapoli templum S. Reſtitutæ Virginis & Martyris erexit, quod adiecit ſacello ſanctæ Mariæ dictæ à principio, quod Helena mater

eius

eius ædificarat, ad maiorem eius ſacelli venerationem, vide 8. Ianuarij.

Idem in vrbe media ampliſſima, ad mare Caſpium ſita (quam nunc Camarit vocant) perhonorificum Deiparæ templum condidit. Ita in itinerario quodam Perſico quod libris Haytonis Armeni attexitur. *Bozius l. 9. de ſignis Eccleſ. c. 9.*

4. Anno 1310. Natale B. Humilitatis.

Hæc ab ineunte ætate Deiparæ addicta fuit. Cum inuita matrimonio iuncta fuiſſet, marito author fuit vt vterque in cœnobium ſe abderet, fecit ipſe, fecit & ipſa annum agens 24. poſtmodum monaſterij Virginum S. Mariæ prope Florentiam in Italia ædificati aliorum perſuaſione ſuſcepit, curam. Colitur Fauentiæ in propria Eccleſia. *Vita SS. Vallis Vmbroſa.*

5. Natale S. Ioannę vxoris Chuzę, procuratoris Herodis. *Luce c. 8. & 24.*

Hæc indiuidua comes Deiparæ Chriſtum ſequebatur Euangelizantem per vicos & caſtella. Hæc eadem cum Deipara (vt eſt probabile) & cum Magdalena alijſque pijs mulieribus parauit aromata vt vngeret corpus IESV.

6. Anno 1605. Hiſpali vitam claudit P. Frãciſcus Arias ſocietatis IESV. *Ribadeneyra in Catalog.*

Hic librum compoſuit de imitatione Deiparæ cui erat addictiſſimus, & de eius roſario, in quibus diuinas eius virtutes piè admodum docteq; explicat & omnibus imitandas proponit.

7. Anno 1450. à Nicolao 5. adlegitur in SS. numerum S. Bernardinus Senenſis. Quam fuit hic Diuus Dei genitricis ſtudioſus vide 20. Maij.

Digitized by Google

Maij 23.

1. ANno 1555. creatur ſummus Pontifex Paulus 4.

Hic Lauretanæ B. V. cultum auxit. Vetera Pontificum in eam ædem beneficia nouis cumulauit, ædificationem ſedulò iuuit, auxit numerum miniſtrorum, Collegium ſocietatis IESV auctius reddidit.

Menologium. 2. Sinnadę in Phrygia S.Michaelis Epiſcopi. Hic cum eſſet rectæ fidei obſeruator, Leonis Iſaurici hæreſim redarguens propter Chriſti, Deiparę,& SS. imaginum venerationem, quam libera voce profitebatur in exilium miſſus; cum bonum certamen certaſſet migrauit ad Domiminum.

Maij 24.

1. ANno 1622. Gregorius decimus quintus, conſtitutionem Pauli 5. præceſſoris ſui, ne in publicis actibus audeat quiſquam aſſerere B. V. M. conceptam in originali, extendit etiam ad priuata colloquia & ſcripta, vetatque de hac opinione affirmatiua aliquo modo agi ſeu tractari. Præcipit item, vt in ſacroſancto Miſſę ſacrificio ac diuino officio celebrandis tam publicè quã priuatim, nemo alio, quam conceptionis, nomine vti debeat, additis grauiſſimis pænis pro tranſgreſſoribus. Vide infra 8. Decembris.

2. Bononiæ anno 1233. tranſlatio corporis S. Dominici de eo vide 4. Auguſti.

Digitized by Google

Maij 25.

1. ANno 1572. Romæ coronatur ſummus Pontifex Gregorius 13. vide ſupra 13. Maij, de eius propenſo in Deiparam ſtudio vide 10. Aprilis.

2. Aſſiſij in Vmbria tranſlatio S. Franciſci Confeſſoris. *Martyrol.*

De eo vide 4. Octobris.

3. Verulis in Hernicis tranſlatio S. Mariæ Iacobi cuius corpus plurimis miraculis illuſtratur. *Martyrol.*

De ea vide 9. Aprilis, eadem eſt enim cũ Maria Cleophæ cuius erat vxor, vt & mater Iacobi Minoris.

4. Gregorius 7. Pontifex ad Dominum migrat.

Hic templum S. Mariæ in Porticu prope theatrum Marcelli vetuſtate pene collapſum, olim à S. Galla in proprijs ædibus ædificatum, reſtaurauit & conſecrauit. Cuius etiam tempore nobile illud ciborium, quod adhuc viſitur, extructum fuiſſe putatur, in quo viſitur ſacra miraculoſaque Deipara imago, cuius occaſione templum fuit conditum. De qua fusè ſupra 14. Martij.

Græci ſecundam celebrant inuentionem ſacri capitis præcurſoris Domini, quando Comanæ, vbi in vaſe aureo latebat iterum repertum, Conſtantinopolim eſt tranſlatum.

De eius cum Deipara neceſſitudine vide 24. Iunij.

Digitized by Google

Maij 26.

Ex Hiſt. VVeyerẽſi l.3.c.7.

1. DE quodam atrociſſimis mulctato verberibus, & hora vna iam exanimi, Deiparę precibus in vitam reuocato.

Anno 1613. 26. Maij, qui dies erat Pentecoſtes, coram parocho plurimiſque teſtibus ſequens miraculum enarratum eſt. Gaſpar Singer Bambergenſis filium horrendis excipit verberibus. Nec his contentus, etiam impetuoſo deiectu, terræ allidit, & in capite ad tempora, in lateribus, in inguine plane furioſus peſſundat. Abitque relicto puero. At vbi iræ feruor detumuerat, poſt horas aliquot filium vocat iterum & tertio. At fruſtra. Accurrit ergo vbi eum reliquerat, trahit, vellicat. At incaſſum. Vas aquæ frigidæ capiti ſuperinfundit. Nec hîc vitæ veſtigium apparet, plumula ori admouetur, at ea nullo halitu commouetur. Feruenti cera tempora, genæ, labia, manus & pedes ſtillantur, nullus doloris ſenſus. Tum pater facti pænitens ſeſe pugnis verberat. Suadẽt domeſtici & vicini vt fugiat ne parricidij à magiſtratu pænas luat. At memoriæ occurrit portus afflictorum glorioſa Virgo. Ergo maximo affectu eius implorat opem. Addit votum ſemel quotannis ſacram eius Eccleſiã Weyerenſem cum çereo & argenteo dono inuiſendi. Dum hæc pater, filius oſcitare, ſternutare & patrem iam fugere parantem, inclamat: ſtatimque ſanus ſe erigit, remanentibus tamen ictuum veſtigijs, lurido nigricantique pallore ſuffuſis. Tum ilico parens cum filio & quotquot aderant humillimas Dei matri gratias agunt. Et vterque parens

Digitized by Google

rens cum filio Weyeram venit, ipſo in loco gratias acturi, qui hæc publicè atteſtati ſunt.

2. Anno 1595. natale S. Philippi Nerij. Hic erga Deiparam eximia fuit pietate. Pro ſigillo eius imagine vſus eſt, quod & voluit à ſuis alumnis Congregationis oratorij (cuius ipſe inſtitutor) vſurpari. Frequentius à Chriſto Domino eiuſque matre in cubiculo exiſtens viſitabatur. Sed peculiariter anno 1594. cum deſperata à medicis ſalute, prope moribundus Beatiſſimam Virginem ad ſe in lectulo iacentem venire conſpexit, ac illicò integram ſanitatem recepit. Ipſe vero toto corpore nullo fultus adminiculo & vnius circiter cubiti altitudinem ſublimis, mirum in modum attollebatur & Virgini clara voce vberrimis intermixta lachrymis dicebat audiẽtibus qui aderant. O chariſsima mihi Virgo ad me veniſti vt me his doloribus liberares! Et quis ſum ego qui tua præſentia ſum dignus? *In eius vita.*

Alias anno 1576. cum tignum cui tectum ediculæ ſacrę ſuperponebatur, altera ex parte totum extra murum, fulciente nemine ſtaret, vidit noctu Deiparam ſuis illud manibus ſuſtentantem ex quo præſentiſsimam eius opem in tanto diſcrimine intellexit, ſtatimque à fabris tectum ne ſponte corruens aliquem opprimeret, demoliendum curauit. Cum aliquid à Deo conſequi vellet, Deipara vtebatur mediatrice. Et hoc modo ann. 1572. Cœſari Baronio tunc eius alumno poſtmodum S. R. E. Cardinali valetudinem impetrauit, licet iam de eo lethali febre laborante iam eſſet conclamatum.

Anno 1576. cuidam grauiſsimis capitis doloribus & febri afflicto, manibus capiti ægri impoſitis

ſitis cum his vocibus: peccata fuge, ſanctiſſimam Dei matrem magno pietatis affectu venerare, ſanitatem breui tempore reſtituit. Imo poſt obitum rogatus à nonnullis, vt ſibi à SS. Virgine aliquid exoraret, illico fructum precum eius ſunt experti. Cum enim quædam mulier anno 1595. Octobri menſe fœtum mortuum effudiſſet, obſtetrix multis remedijs fruſtra adhibitis, ſanctiſſimæ Virgini pro puero votum fecit, ſed cũ non exaudiretur, orauit B. Philippum vt BB. Virginem ipſe rogaret, vt puerum à mortuis excitaret, quo ſacro fonte baptiſmi ablui poſſet: Aliquot inſuper capillos Beati viri admouit, & mox defunctus in vitam redijt. Cuidam puellæ grauiter ægrotanti Deipara cum B. Philippo ad quem puella cũ parentibus confugerat, per quietem viſa, ei dixit ſe Beati Philippi interceſſione morbum depulſuram, atque ita breui conualuit. Vide plura in eius vita.

Chronicon Ciſtercienſe Meyeri.

3. Anno 1149. conſecrata eſt Eccleſia B. Mariæ Valcellenſis cœnobij ordinis Ciſtercienſis à Samſone Remorum Archiepiſcopo. Eſt autem templum iſtud longè pulcherrimum & inter cætera huius ordinis apud Belgas ampliſſimum, quodquè templum cathedrale Cameracenſe ſuperat longitudine, à nobis aliquando cum admiratione ſpectatum.

Maij 27.

1. NAtalis dies S. Ioannis eo nomine primi Pontificis & martyris.

Hic à Sancta Galla admonitus eſt in domum ſuam

Digitized by Google

ſuam delatam eſſe miraculosè Angelicis manibus, Deiparæ, filium ſuum in vlnis fouentis imaginem, aureis lineis in lapide pretioſo Zephirino Angelicis manibus efformatam, ac multa luce circumfuſam. Is cum in domum veniſſet, fuſis ad Deum precibus, campanis nullo impulſu, ſed ſponte ſua tota vrbe concrepantibus, in aëre ſuſpenſam imaginem admirabundus conſpicit, quæ nouo miraculo ab Angelis in eius eſt depoſita manibus. Atque eo ipſo die Virginis SS. beneficio, quę tota vrbe graſſabatur peſtis depulſa eſt.

2. Anno 534. vita fungitur Ioannes 2. Pontifex.

Hic Neapolitanum templum cui S. Mariæ Maioris nomen eſt à Sancto Pomponio ædificatum, (cui erat conſanguineus) conſecrauit, vt in lapide pro foribus templi inciſum legitur. Id templum frequentatur ob imaginem à S. Luca depictam.

3. Natale venerabilis Bedæ presbyteri.

Hic magnus extitit Deiparæ preco, qui veteres hæreticos Mariæ oblatrantes, cum infenſis & infeſtis Chriſti hoſtibus Phariſæis, ac Eccleſiam Catholicam cum Euangelica muliere Domini matrem publicè celebrante, rectiſſimè confert. Ibidem contra Eutychetem negantem Chriſti carnem ex Deipara ſumptam ſtilum exacuit. Vide 26. Iunij. *In c. 11. S. Lucæ.*

Anno 1564. infelix mors Io. Caluini Hæreſiarchæ. *Bolſecus.*

Hic Deiparam in multis accuſat negatque laborandum, vt eam ab omni peccato eximamus. *Iacob. Gautier in Chronolog.*

mus. Ait ipſam in multis imprudẽter ſeſe habuiſſe. Negat Chriſtum magni eam feciſſe, imo ad communem cæterarum fæminarum cœtum eam amandaſſe affirmat, neque dignatum fuiſſe eam matrem nominare. Vixque aliquo in pretio habuiſſe quod ipſa eum peperiſſet. Negatque eam inuocandam, negat eius imaginem colendam, ſumma, omnem ei adimit honorem, multaque ei longè falſiſsima ore blaſphemo attribuit. Quarum blaſphemiarum in Virginem vt & in Chriſtum, & variarum hæreſum ſtipendium fuit miſerrima mors, nam morbo pediculari interijt à vermiculis illis corroſus, potiſsimum in partibus pudendis ebullientibus, vbi fœdo vlcere torquebatur. Inſuper dæmones inuocando, execrando, diris ſeſe deuouendo, iurando. Diei & horæ qua primum litteris & ſcriptioni operam dediſſet maledicendo, miſerrimam animam efflauit.

Maij 28.

1. ANno 1600. Amsberga ciuitas Weſtphaliæ horribili incendio intra paucas horas tota conflagrauit, ita vt ipſi murorum lapides paſsim in calcem verterentur. Erat ibidem in aditu curiæ ſtatua B. V. M. ad murum poſita, cancelliſque ferreis præmunita. Cumque paulò ante in feſtis Pẽtecoſtes habita fuiſſet proceſsio, relicta eſt ea ſtatua in ornatu quem tunc habuit, ſcilicet noua veſte ex rubro ſerico, appoſitis candelis tum cereis, tum ſebaceis, inſuper & ramuſculis. Mirum eſt dictu & viſu. Tota curia in cineres, ferrum in ſcoriam vertitur. Statua cum ſupradicto ornatu ne fumum quidem ſenſit, neque cande-

candelæ liquefactæ nec ramuſculi læſi. Res eſt maximè nota, & quæ loco Catholico facta, ad eum ex omnibus vicinis partibus homines ſpectandi cauſa exciuit.

Huc refer quod cum anno 1495. Ferdinandus rex Neapolitanus Gallorum reliquias eijcere tẽtaret & Fraguellum oppidũ oppugnaret, quantum ſint D.V. M. ſuæ imagines curæ, euidenti miraculo oſtendit. Eius enim oppidi exuſto ſacello, ligneum eius ſimulachrum eſt inuentũ integrũ quod ſumma veneratione Neapolim tranſmiſſum eſt. *Albinus Lucanus commentario de bello Gallico.*

2. Anno 1617. 28. huius qui incidit in Dominicam, Venetijs celeberrima & frequentiſsima habita eſt ſupplicatio in qua inter cæteras reliquias, circumlatæ ſunt maxima pompa & ditiſſimo apparatu variæ Deiparæ Virginis reliquiæ, de eius lacte, toga, pallio, velo, cingulo & alijs. Nunquam viſa, Venetijs talis ſupplicatio, neque fortè in vniuerſa Italia à multis annorum centurijs. In ea delata fuerunt magno numero theatra in quibus aurei, argenteique tum montes, tum leones, tum pyramides, tum ſoles, tum ſtellæ, aliaque eius generis circumferebantur. Solum loculamentum ex cryſtallo permagnum in quo repoſitæ ſunt reliquiæ & ſanguis Chriſti æſtimabatur 10. millibus aureorum. *Ex Hiſtoria ea de re impreſſa Venetijs.*

3. Anno 1374. in monaſterio Waſtenenſi in regno Suetiæ recondita ſunt ſacra oſſa S. Brigitæ, eò Roma trãſlata. De huius erga Deiparam ſtudio ac viciſſim Deiparæ erga illam vide 23. Iulij.

4. Anno 1279. Conſecrata eſt Eccleſia Flinenſis monaſterij prope Duacum (quod eſt Virginum

ginum ordinis Ciſtercienſis) in honore ſemper Virginis Dei genitricis Mariæ à Petro Rhemenſi Archiepiſcopo. Vide 10. Februarij.

Maij 29.

1. MArtyrium S. Andreæ de Chio eximij cultoris Deiparæ, à qua & ſanatus fuit in tormentis, vide ſupra die 20.

2. Anno 1605. Paulus 5. B. Franciſcam SS. Catalogo aſſcribit de ea vide 9. Martij.

Maij 30.

1. ANno 1126. die ſacro Pentecoſtes, qui cecidit in 30. Maij conſecratur in honorē Virginis matris templum, in edito monte, dicto monte Virginis, non procul Neapoli. Opera S. Guillielmi id extructum eſt, cum cœnobio ordinis cuius ipſe author eſt. Vide de hoc templo & cœnobio, & adiacente hoſpitum domo plura 21. & 22. Maij.

2. Anno 1036. Balduinus cognominatus Pulchro-barbus diem clauſit extremum.

Hic ſacellum dictum Deiparæ Smelcemmenſis prope Inſulas, excitauit, dotauit, ſacellano in eo collocato, qui ibi certis diebus ſacrū qualibet hebdomada faceret. Qua autē occaſione id ſacellum erexerit habet libellus, qui de primordijs eius ſacelli agit, excuſus Inſulis anno 1625. Cum enim annorum 17. ſpatio incurabili ſanguinis profluuio laboraſſet, ad quandam Deiparæ imaginem in arbore collocatam in eodem loco vbi poſtmodum ſacellum ædificauit multis celebrem miracu-

miraculis ſe contulit, à qua & perfectè curatus eſt. Inter cætera, quod primum accidit cæteriſque occaſionem dedit, eſt de paſtoribus quorum oues ante dictam imaginem non minus quam ipſi venerabundę quotidie genua flectebant: tacitè quodammodo ſectarios noſtros carpentes quod Deiparæ imagines nõ modo non venerantur, at etiam deſtruunt & comminuunt.

3. Anno 1252. vita fungitur princeps laudatiſſimus Ferdinandus 3. legionis & Caſtellę Rex.

Hic Corduba pulſis Mauris capitalibus Deiparæ hoſtibus, princeps eorum templum ſeu Moſqueam eius honori dedicari curauit eliminata omni Mahometi ſpurcitia. *Lucas Tudenſis.*

Idem (licet id extra rem ſit) campanas Cordubæ repertas, quas Mauri ante ducentos ſexaginta annos Compoſtella abſtulerant in victoriæ monumentum, & in Cordubenſe templũ intulerant, exęquata ignominia fecit vt Mauri Succolantes Compoſtellam referrent. Iter eſt Corduba Compoſtellam circiter 150. miliarium.

Maij 31.

1. ANno 1528. hæreticus quidam Pariſijs caput aufert imagini cuidã Deiparæ, cuius loco Rex Franciſcus aliã ſubſtituit ex argento inaurato, intereſtq; ſupplicationi quæ ex ſummo tẽplo ad locũ ſupradictæ imaginis proceſſit, atq; ipſe manibus ſuis nouã imaginẽ in truncatæ altarius loculamentũ ſubrogat, tota ſpectãte ciuitate. Mutilata autẽ imago ad templũ S. Geruaſi delata eſt cum ſolemni ſupplicatione. Ea vocatur noſtra Domina de tolerantia. Rex publicè proclamari *Ex Iacobi Breulij Antiquit. Pariſienſ.*

S iuſſit

Digitized by Google

iuſſit vt qui violatorem iſtum ſacrarum imaginum deferret, ei pro præmio mille aurei numerarentur, quod ſi mortis reus eſſet aut alias pænæ obnoxius, generalem omnium amniſtiam, & caudonationem criminum conſequeretur. Vide infra 27. Decembris.

2. Anno 1434. vitâ fungitur laudatiſſimus Poloniæ Rex Vladiſlaus.

Crommerus. Hic præter plurima tum templa tum monaſteria à ſe erecta, vnum Lublini Diuæ Brigittæ condidit, quod triumphus Mariæ dicitur, poſtquam de Pruſſis victoriam reportaſſet. Ex quo Chriſti fidem ſuſcepit, pluſquam 30. paganorum millia ad fidem conuertit. In luco vbi perpetuus nutriebatur & adorabatur ignis, Eccleſiam collegiatam deſtructo igne, conſtruxit, & clerum tam copioſum ibidem locauit, vt neque die neque nocte vllo momento ſit quies à Dei Deiparæque laudibus concinendis.

Meyerus. 3. Anno 1393. Cum Sluſæ in templo B. M. V. Epiſcopus quidam ſchiſmaticus creaturus eſſet ſacerdotes, magnũ in parochia B. V. ortum eſt incendium, taliſque perturbatio totius oppidi vt ſacerdotes ordinare Epiſcopus non poſſet, ſed perplexus & confuſus mox diſceſſerit, imprecantibus illi oppidanis malam peſtem, arbitrantibuſque ſibi tale infortunium obtigiſſe, eò quod Pſeudopapæ Clementi contra Vrbanum adhæreret nec permiſit Beata Virgo in templo ſuo à ſchiſmatico Epiſcopo ſacerdotes conſecrari.

De viris illuſtr. 4. Natale Beati Iacobi Veneti Dominicani.

Hic adhuc ſecularis & in ætate tenera quotidie Deiparam colebat recitatione ſui officij. Ad gra-

gratiarum actionem cibo ſumpto addebat Salue Regina. In grauiſſimo cancri dolore qui eius pectus inſederat hoc vnicum loquebatur. Laudetur Ieſus Chriſtus. Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ.

5. Anno 1523. ſanctis adſcribitur S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus. De eius in Deiparam ſtudio vide 2. Maij.

IVNIVS.

1. Quia feſtum corporis Chriſti fere in hunc menſem incurrit, ideo eius initio ponentur quæ in illo contigerunt ad Deiparam ſpectantia.

A Atrebatis feſtum Dominæ noſtræ Ardentiū quod inchoatur ipſo profeſto Venerabilis Sacramenti,& Dominica infra eiuſdē octauam, ſolemne admodū eſt, ſacro cereo ſubter anguſtū conopeum ad ſummā ædem Virginis, comitantibus primoribus vrbis delato, ac fuſa ibi prece, ſuum in locū pari pompa relato. Fuit autem hic ſacer cereus anno 1095. à Virgine matre duobus hiſtrionibus Itherio & Normanno traditus ad curandos eos qui igne ſacro incenſi erant, ē pota aquâ in quam ex illo guttæ aliquot ſtillauerāt. Atq; ipſo ſtatim dati pignoris initio centum quadraginta quatuor ab iſto igne ſacro ſtatim ſanati ſunt. Gaudet autem iſto priuilegio cereus iſte ſacer, vt quantumlibet accendatur, nunquam minuatur. De eo plura Dominus Guilielmus Gazeus.

Meyerus in Annalibus Flandriæ

2. Ad hunc etiam menſem pertinet feſtum miraculorū B.V.M. quod in Breuiario ad vſum

inſignis

inſignis Eccleſiæ quondam Collegiatę D. Audomari, nunc Cathedralis notatur Dominica immediatè ante feſtum D. Ioannis Baptiſtæ.

Iunij 1.

1. ANno 1413. Ludouicus comes Vindocinenſis voti ſoluendi cauſa nudum ſe ſiſtit in templo Deiparæ Carnutenſis, vbi ante eius imaginem genuflexus cereum circiter 30. pondo manu geſtans, ſupplex ab Canonicorum Collegio quod ei obuiā proceſſerat petit, vt ſuo nomine grates agant eidem Deiparæ quod per eam à duro carcere nouem aut decem menſium, à vitæ periculo, à bonorum omnium & Dominiorum iactura liberatus eſſet ipſo die Annuntiationis. Cuius beneficij cauſa ipſe ſe in æternum profitetur humilem ſeruum & clientulum tum SS. Deiparæ, tum Eccleſiæ Carnutenſis. Porro Canonici magnas ſe profeſſi ſunt gratias agere Deiparæ pro tanto beneficio, & in gratiarum actionem cecinerunt hymnum. O quam glorifica luce coruſcas & cætera. Comes autem finitis precibus ſuis manibus cereum ſuum Deiparæ offert cum centum alijs minoribus quos geſtarant nobiles qui eum comitabantur. *Hiſtor. Carnot. parthen. c. 5. n. 12.*

Idem comes inſtituit vt poſtridie Aſſumptionis, Natiuitatis, Conceptionis, Purificationis & Annuntiationis Deiparæ ſolemne admodum celebraretur quotannis in perpetuum ſacrum, ea pompa externa qua ipſo die, cum ſupplicatione, luminaribus organis, campanarum feſtiuo ſonitu & cætera. Et vt in ſacro adderetur iſta

collecta : Deus qui iuſtificas impium &c. Quod vt ſine ſuo diſpendio fieret ab Eccleſia, certos reditus aſſignauit. Præterea nouum ſacellum in eodem templo extrui curauit ſuis ſumptibus. Et pleraque alia ad Deiparæ honorem inſtituit quæ breuitatis cauſa omitto. Illud tamen non ſilendum, obtuliſſe eum auream imaginem S. Mariæ Maioris figura ouali & ſingulis annis deinceps auri vnciam.

2. Anno 1191. vita exijt Philippus Elſatius Flandriæ Comes.

Hic æmulatus patrem Theodoricum (de quo 17. Decembris) varijs muneribus & exemptionibus Abbatiam & Eccleſiam B. Mariæ Laudenſis prope Inſulas locupletauit.

3. Anno 1597. liberatur quidam præſenti mortis diſcrimine.

Hiſt. Mōtiſſ. Tribus hic ſclopeti ictibus impetitus, quorum vno transfixum ei fuerat pectus, ac pro mortuo à prædonibus poſtquam eum ſpoliaſſent derelictus, nihilominus Deiparam inuocat ſibi vt tantum impetret virium vt in domum ſuam ſe referre poſſit. Impetrat & ſatis facilè eò pertingit. Aduocantur itaque chyrurgi qui pronuntiant letale eſſe vulnus. Nihilominus perſeuerante illo Deiparam precibus implorare, intra paucos dies perfecte illi ab ea ſanitas reſtituta eſt.

Iunij 2.

1. ANno 1616. fide publica conſtitit Deipara inuocata, duo dumtaxat Domicilia toto municipio conflagrante ab incendio ſeruata.

Gaſpar

Gaſpar Hemfidelius patria Leogaſtenſis non procul Weyra, at modo in Morauię Hognicenſi oppido conſiſtens, è longinquo per tot miliarium ſpatia à tutelari patriæ ſuæ patrona Deipara Weyerenſi auxilium petit ac impetrat. Terribile incendium in ſupradicto oppido ortum maiorē eius ędium partem abſumpſit. Ipſe in genua procumbit, Deiparamque precatur vt domicilio ſuo atque ſupellectili parcat ignis, vouetque ſe ad ſacram eius ædem argēteum donum & ceræ maſſam abſque certi ponderis determinatione quā primum deſtinaturum. Audit hoc vicina mulier & eius exemplo vtrumque facit. Mirum accidit. Totum municipium ab incendio ſic vaſtatur vt ne bouile quidem aut harra ſteterit à flamma immunis, illæ duæ dumtaxat ædes quæ Deiparam inclamarāt cum omnibus quæ ambitu ſuo complectebantur ſaluæ permanſerunt. *Hiſtor. VVeyerēſis.*

2. Anno 1622. Gregorij 15. decretum circa immaculatam conceptionem Deiparæ publicatur, atque ad valuas Baſilicæ principis Apoſtolorum atq; in acie Campi Floræ, vt moris eſt, affigitur. Vide ſupra 24. Maij.

Iunij 3.

1. ANno Chriſti 1567. Ipris Guilielmus Theroef laqueo punitus eſt, quia ijs qui altaria demoliebantur in Sacello D. Virginis Thunenſis apud Minoritas, & in templo S. Petri, ſocium ſe adiunxerat & adiuuerat, & imaginem D. Virginis Annuntiatæ conſcenſis ſcalis deturbarat. Eodem tempore Michael vander Schoor eorum in hoc ſacrilegio adiutor, quia

minus peccarat quam alter, iuſſus eſt primum nudo capite, lineis indutus, & tædam ardentem trium librarum manu præferens, publicè comparere, & genibus flexis veniam delicti à magiſtratu ſupplex petere, deinde à Flandria exulare ad annos 50.

Iunij 4.

Paulus Æmilius

1. ANno 1214. Philippus Auguſtus in pugna Bouinenſi contra Othonem Imperatorem & alios principes poſt multa pericula B. V. M. ope, cui ſe ex animo commendarat, victor euadit. In cuius honorem templum prope Syluanectum extruxit, locupletauitque, addito à Victoria cognomine.

2. Anno 1093. obit Sanctus 4. Aragoniæ Rex.

Hic Beatæ Virgini in Tomerienſi monaſterio in territorio Narbonenſi regulæ Sancti Benedicti primo offert amabile ſibi pignus (vt loquitur) ſcilicet filium ſuum Raymirum. Tum prædia permulta, facultates temporales, iura, exemptiones, & cætera quæ non ſine ſtupore legi poſſunt in diplomate ſuper ea re ab ipſo conſcripto.

Vide Indicul. Reg. Aragoniæ in tomis Hiſpa. illuſtrata. Ad Martyr. Vſuardi.

Iuny 5.

1. FEſtum D. M. de victoria Bruxellæ. De quo ita Molanus. Bruxellæ commemoratio S. Mariæ ſemper Virginis inſtituta ob glorioſam victoriam quam hoc die apud Werongiam (locus eſt ſub Archiepiſcopatu Colonienſi) obtinuit Ioannes

Ioannes eius nominis primus, Lotharingiæ, Brabantiæ, & Lemburgiæ Dux. Erat Woringia prædonum nidus, qui negotiatoribus ac peregrinis plurima inferebant damna. Quare eam Ioannes Dux precibus comitum Iuliaci & Montium, ac ciuium Colonienſium eam obſedit, ac cæpit, & licet decuplo plures eſſent hoſtes obuiam tamen ijs proceſſit, acerrimeq; ipſemet pugnauit, ac poſt diuturniorem conflictũ victor euaſit, paucis è ſuis deſideratis, multis vero à parte hoſtili peremptis.

Idẽ Molanus de ſacra militia ducũ Brabantiæ c. 63. Lipſius in Louanio l. 2. c. 9.

2. Viuere deſijt Benedictus 11. Pontifex ſummus.

Hic ordinem ſeruorum S. Mariæ approbauit. Vide de eius origine 15. Auguſti.

3. Natale S. Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini.

Hic Aurati ad Almonum fluuium ſiti domicilium Deiparæ ſacrum condidit. Idem cum Thuringos ad fidem conuertiſſet, Erfordiæ quæ eorum eſt Metropolis, Virgini item ſacram ædem ædificauit, quam & Pontificali Cathedra ornauit, quæ non multo poſt tempore Moguntiam migrauit.

Hartmãnus Scedulius de ætat. mũdi, ætate 6.

4. Anno 1601. Sanctæ Angelæ Politianæ ex familia D. Dominici primum Romæ in templo Diuæ Mariæ ſuper Mineruam ſacri honores habentur. De eius erga eam ſtudio vide 20. Auguſti.

5. Anno 1538. à Deipara quidam à letali vulnere conualeſcit.

Cum quidam Sacerdos Gallus Dominus Guillelmus Lock, Sacro ruri celebrato in domum ſuam reuerteretur, tres eum prædones aggreſſi

aggreſſi ſunt, pecuniam ab eo mutuam petentes, quam cum ille mutuo ſe daturum negaret, vnus de ijs punctim gladio cæſum ſauciat grauiter in ore, labia abſcindit tribus excuſſis dentibus, ictu per guttur penetrante. Qui cum ſe in tantis videret anguſtijs, Deiparam Montiſſerrati vt ſibi ſit propitia aduocat. Quod cum facit, ecce tibi eundem prædonem qui in inteſtina parat ictū gladij vibrare, at miſerorum mater eius conatui obſtat, efficitq; vt gladius ei è manu effluat, ita vt quāuis ſummo adhibito conatu nunquā eū è terra leuare potuerit. Quod cum aduerterent prædones, illum vt erat deſeruerunt ablatis pauculis nummis ac toga. Vocati ſunt confeſtim medici qui de eius ſalute actum eſſe pronuntiarūt, neque plus quatuor horas vitæ ei ſupereſſe. Interim æger nō deſiſtebat Deiparam implorare, in qua vna ſpem omnem ſuam collocarat. Nec fruſtra, nam poſt dies aliquot ab ea perfectam ſanitatem conſecutus eſt, ac exactis diebus quindecim ſacrum more ſuo incolumis celebrauit.

Vaſconcellus. 2. Anno 1443. vitam beatam viuere incipit Ferdinandus Luſitaniæ princeps.

Hic quouis die Sabbati & qualibet vigilia feſtorum Deiparę aqua & pane ieiunabat, vt omittam Chriſti Domini ſolemnitatum & vndecim ſanctorum quibus peculiariter addictus erat peruigilia, quibus idem factitabat. Sub mortem Deiparam vidit, ſpecie matronæ ſublimi loco inſidētis multiſque cinctæ aulicis miro ſplendore collucentibus. Ex ijs S. Michael ſupplicabundum ſe coram ea abijciens dicebat: Oro Domina vt ſeruum tuum tibi mihique ſemper impensè deditū tot malis exuas, & copijs noſtris adiungas. Vix

finierat

finierat cum S. Ioannes Euangeliſta hæc ad eam protulit. Ne tuum hunc aſſeclam, mater & Domina, pluribus damnis atteri patiaris. Iam ad cōuiuium nuptiarum Agni inuitetur quando nullis vnquam ſordibus veſtimenta inquinauit. Horum precibus exorata Virgo, pijs illum aſpexit oculis, & hac eadem luce dixit illum cæleſtibus annumerandum. Itaque Chriſtum Dominū Beatiſſimamque eius genitricem, ac Diuorum omnium merita implorans placidiſſimè quieuit in Domino.

Iunij 6.

1. PVella trimula merſa in lacuna ad vitam reuocatur.

Anno 1609. hac die quæ incidit tunc in peruigilium Pentecoſtes, honeſtus ciuis, Hohenberger in Leogaſtenſi municipio non procul à Deipara Weyerenſi, negotiorum cauſa cum vxore profectus erat, relicta domi paruula iſta. Hæc incautius à limine domus digreſſa in profundiſſimam lacunam quæ parum inde aberat, priore capite cecidit. Poſt aliquot horas redeunt parentes, cumque puellula (quam vnicam in multorū annorum matrimonio ſuſceperant) ijs non occurreret vt aſſolita erat, inquirunt à domeſticis. Negant omnes illam à ſe viſam. Hic ploratus oriri & tota vicinia concurrere, omnes quærere vbinam lateat. Accurruntque ſuſpicantes quod res erat ad lacunam, & capite in limo fixam, supernè elatis pedibus eam reperiunt, quam iam pridem expiraſſe aduertunt. Educunt nihilominus, abluunt. Adſtant mæſti, an cor adhuc palpitet explo-

Digitized by Google

explorant, at expiraſſe perſpiciunt. Quanta hinc parentibus doloris & triſtitiæ ſeges, cuique procliue eſt cogitare. Itaque ad funus neceſſaria curantur. Interim vterque parens diuino quodam inſtinctu ad D. V. Weyerenſis patrocinium implorandum ſentit ſe impelli. Ergo vnanimi voto defunctam ardentiſſimis precibus ei commendant. Vix votum finierant, & ecce puellula iam ſepulchralibus inuoluta faſcijs, cunctis aſpectantibus, è lurido nigrore rubeſcit in facie, ſternutat, labia mouet, os aperit & reuiuiſcit. Huius miraculi teſtes ſunt tot quot ciues & inquilini Leogaſtenſes ac Weyerenſes, imo eò vſque huius rei fama diuulgata eſt vt vel ex ipſis vltimis Bohemiæ & Morauiæ finibus Diuam Virginem Weyerenſem inuiſentes, puellulam rediuiuam videre voluerint & affari.

2. Natale Sancti Nortberti Magdeburgenſis Epiſcopi & Præmonſtratenſis ordinis authoris.

Inſt. ord. Pramõſt. Hic Beatiſſimæ Virginis Mariæ auſpicijs & præmonſtratione candidi quem gerunt habitus ab Angelo facta, ordinem iſtum fundauit *P. Azor.* ſub regula Sancti Auguſtini anno ſecundum aliquos 1116.

Iunij 7.

1. ANno 1606. in pago Meldertano territorij Bruxellenſis publico teſtimonio confirmata eſt miraculoſa tibiæ curatio.

Quadraginta ſeptem aperturis hiabat tibia iſta, quæ nulla chyrurgorum arte coire poterant,

Digitized by Google

rant, qui & pronuntiabant ad tibiæ ſectionem progrediendum: Quod cum non admitteret æger, vota ſua ad Deiparam Sichimenſem conuertit, terque ad eam peregrinatus eſt, quamuis egerrimè multoque in eo itinere impenſo tempore, ac fulcro nixus. Tertia porro vice fulcrum ſuum in eodem ſacello Deiparæ appendit monumentum miraculi, nam & tibia detumuit & foramina illa occluſa ſunt.

2. Sanctus Henbertus Archiepiſcopus Colonienſis Beneuenti Pontificalem accipit honorem. *Surius.*

De eo vide Martij 16.

Iunij 8.

1. DE quodam puero à periculoſa febri curato. *Hiſtor. VVeyerēſ. l. 3. c. 16.*

Anno 1617. Puer quidam Bambergenſis cum ſuis ad B. V. M. Weyerenſem peruenit, eidem gratias acturus, atque acceptam gratiam deprædicaturus. Is febri acutiſſima penitus confectus menſibus aliquot decubuerat, ità vt iam de eo conclamatum eſſet à medicis. Fit pro eo votum ad Deiparam Weyerenſem, & mox ſanus è lecto ſurgit.

Iunij 9.

1. NAtalis S. Cyrilli Alexandrini Epiſcopi, qui totis viribus in Concilio Epheſino dignitatem Dei matris contra Neſtorium propugnauit, vide 6. Aprilis, & 22. Iunij.

2. Anno

2. Anno 1597. obit P. Ioſephus Anchieta ſocietatis IESV, alter Thaumaturgus.

In vita ipſius. Hic dum Conimbricæ in ſtudijs verſatur, virginitatem ſuam Virgini matri dicat, ad quam & confugit in grauiſſimis in quibus in Braſilia verſatus eſt tum corporis tum animi periculis. Adiecit & animum ad eius laudes in media ipſa barbarie Braſiliorum, latino verſu celebrandas. Cũ illi certum diem barbari illi hominum deuoratores, quo illius carnibus ſe ſaturandos eſſe iactabant: Non ita erit (reſpondit ipſe) nondum venit hora mea. Cumque poſtmodum non nemo ab eo ſciſcitatus eſſet, qua tandem ſpe fretus id tam conſtanter affirmaret: Matris inquit Dei promiſſo nixus, quo certus eram mihi vitam non eripiendam niſi quæ de eius encomijs inchoaram abſoluerem.

Miracula per Virginem eo impetrante patrata, vide l. 4. vitæ eius.

Iunij 10.

1. SAnctæ Margaretæ Reginæ Scotiæ natalis dies de qua ſcriptor vitæ. Cum noctu paululum quieuiſſet, Eccleſiam ingreſſa nocturnas preces quas matutinas dicunt primum de SS. Trinitate, tum de S. Cruce, tertio de BB. Maria ſola abſoluebat.

Aſcanius Perſius in Hiſtoria. 2. Anno 1585. Deipara ſitim ſuorum clientulorũ in monte Guardiæ prope Bononiam miraculo pellit. Cum ad imaginem B.V.M. quæ in hoc monte colitur 2. feria Pentecoſtes magna hominum vis confluxiſſet & ſiti confecti aquam à Virginibus ſacris quæ ibi degũt peterent, duas

illæ

illæ hydrias quas è longinquo ad vſum ſuum procurarant (arefacta ſcilicet præ æſtu ciſterna) eis obtuletunt. At ijs mox ſiccatis, cum ſubinde noui ſuccederent aduenæ potum petentes, nec eſſet quod ijs daretur, vna earum virginum valde anxia, tandem alteram hydriam quam vacuam ſepoſuerat, plenam optima aqua reperit, quæ omnium ſiti ſedandæ ſatis fuit. Id miraculi loco ab vniuerſis habitum eò quod ſatis conſtaret neminem tunc ingreſſum qui aquam inferre potuiſſet, & domi ne guttam quidem aquæ relictam. Cui ſimile adhuc accidit ibidem biennio poſt. Vide eundem.

3. Anno 1553. vrbs Morinorum cum peruetuſto ac Cathedrali Deiparæ templo à Carolo 5. Cæſare extremo ſui fato exſcinditur. *Chronographicū Morini DeletI.*

4. Anno 1612. publice vota ſoluuntur Deiparę Weyerenſi ob tibiam periculosè inflammatam ſanitati reſtitutam.

Eo morbo tenebatur D. Andreas Nideckerus Eccleſiæ S. Martini Vormechiæ Decanus, quo & grauiſſimè nocte dieque cruciabatur, quoq; plura adhibebantur ei remedia, eò magis in dies gliſcebat periculum, dolor augeſcebat. Tandem Norimberga magno ſumptu aduocatur peritiſſimus chyrurgus qui fatetur ſe morbum iſtum nō noſſe, multo minus quid remedij illi adhibendum ſit. Itaque æger ad Deiparam ſe vertit, vota ei nuncupat, ſupplexque eius expoſcit opem. Nec fruſtra, nam eodem die, præſente adhuc chyrurgo illo, abſceſſit dolor, tumor reſedit, inflammatio euanuit. *Hiſtor. VVeyerēſis.*

Iunij

Digitized by Google

Iunij 11.

Petr. Beech in Aquiſgrano. Arnoldus ex quo alij.

1. ANno 1190. vitâ migrat Federicus 1. Imperator, immẽſis planè ſuperatis itinerũ, hoſtium, penuriæ, aliarum immenſarum difficultatum laboribus in expeditione pro terræ ſanctæ recuperatione poſt victos ſępiſſime miraculoſe Turcas, Deiparæ hoſtes qui ei pręcipuum matris Dei honorem adimunt.

Hic priuilegia vniuerſa à Carolo Magno conceſſa Eccleſiæ S. Mariæ Aquiſgrani, eiuſque ciuibus (quæ quidem permagna ſunt) diplomate ſuo confirmauit.

2. Romæ tranſlatio S. Gregorij Nazianzeni cuius corpus Conſtantinopoli in vrbem ante delatum atq; in Eccleſia Dei genitricis ad campum Martium diu aſſeruatum, Gregorius 13. in capellam à ſe in Baſilica, ſancti Petri magnificentiſſimè exornatam. Summa celebritate tranſtulit, ac poſtridie ſub altari digno honore condidit.

De huius in Deiparam ſtudio vide 9. Maij.

Junij 12.

Hiſt. Mõtiſſerr.

1. DEipara curat mutum & paralyticum.

Anno 1537. Cum quidam 19. menſibus ob dolorem de filij nece conceptum, tum mutus, tum vtriuſque brachij vſu per paralyſim priuatus fuiſſet, ita vt ne vnum quidem verbum proferre poſſet, poſtquam mane preces ad Deiparam coram imagine Montiſſerrati fudiſſet, reliquum diem exegit in intuendis varijs tabulis pictis in monaſterio templi Appenſis, teſtibus fi-

delibus

delibus infinitorum miraculorum. Tum iterum ſub veſperam ſeſe in preces dedit tanto cum affectu ac ſenſu pietatis, vt eius mota precibus Deipara ei linguæ vinculum ſoluerit, ita vt non minus quam ante expeditè loqueretur. Iam quoad paralyſim, antea ab eadem curatus fuerat, concepto voto peregrinandi ad ſacram hanc ædem, nam cum primum vt eo ſe liberaret in viam ſeſe dedit, illico ſe ab omni paralyſi liberum ſenſit. Quæ fuit cauſa cur maxima ſpe fretus etiam linguæ vſum reſtituendum ſibi à Deipara, reliquum iter peregerit, atque ad Deiparam contenderit, à qua & vt modo dictum curatus eſt.

2. Anno 1598. Deiparam videt Maria Razzia. Oranti ſeſeque ad ſacram ſynaxim comparanti hæc viſio contigit. Erat autem Deipara ſplendidiſſima veſte & pallio amicta, quo nonnihil ſublato ei oſtendit quemadmodum ſub eo ſecuri laterent vniuerſi pro quibus continenter orabat, affirmans illos ſub ſua eſſe protectione ac cura.

Iunij 13.

1. ANno 1604. Sichemij in monte Acuto ſacellum D. Virginis è ſecto lapide, eidem Virgini dicatur & conſecratur ab Archiepiſcopo Mechlinienſi, maximo hominum è remotis etiam locis confluxu. Quanta ibi & quam frequentia miracula, narrat Iuſtus Lipſius qui Hiſtoriam conſcripſit.

2. Hodie apparet Deipara S. Anton. Patauino, vt cũ in perículoſa mortis lucta roboret & ſoletur. *L.5.c.27. Chronici ordinis S. Frãciſci.*

T Impera-

Impenſè ei tota vita addictus fuerat, ac ſingulari ſenſu pietatis, ſolitus erat recitare Hymnum, O glorioſa Domina, quem & immediatè ante obitum recitauit. De quo Hymno id obiter ſuggero, in Chronicis ordinis S. Franciſci extare reuelationem qua Deipara docet quendam præ omnibus Hymnis & Canticis, hunc ei placere maximè. Porro eius Hymni virtutem alias S. Anton. erat expertus, cum enim ſatanas fructui concionum eius inuidens nocte quadam in quadrageſima, ſancti viri guttur magna vi compreſſiſſet vt eum ſuffocaret, ipſe Deiparæ nomen inuocans & ſignans ſe cruce, ſimul Hymnum hunc recitans nequiſſimum ſpiritum effugauit.

Chronic. p. 3. l. 1. c. 36. 37. Antonio Vicentiam proficiſcente largus de cælo decidit imber, cumque in medijs agris nihil occurreret quo ſe tegeret, roſarium ſuo capiti impoſuit, orans Deiparam vt à ſe pluuiam arceret. Mirum dictu, vix verba finierat, & ecce velut ſi roſarium in tectum verſum fuiſſet ita eum texit vt ad vrbem vſque Vicentinam peruenerit, ne leui quidem pluuiæ guttula reſperſus.

3. Anno 1456. eleuatio ſolemnis corporis S. Vincentij Ferrerij in Britannia apud Vanuenſes, per Alanum Cardinalem.

De eo vide 5. Aprilis.

Iunij 14.

Amphiloq. in vita Baſilij 1. FEſtum S. Baſilij.

Hic in Cappadocia in Deiparæ æde ante eiuſdem iconem orans vt impius Iulianus tolleretur è medio, cœlitus cognoſcit telo transfigendum à S. Martyre Mercurio, ante cuius etiam

Digitized by Google

etiam imaginem preces fuderat. Vidit enim Martyrem ad tempus obſcurum, at paulò poſt haſtam cruentam tenentem, ex qua re didicit quid eſſet euenturum. Vide infra 26.

2. Natale S. Methodij Epiſcopi Conſtantinopolitani anno 847.

Hic ſanctas Christi Deiparæ Diuorumque imagines oppugnantium errorem; grauiſſimis diuinarum ſcripturarum teſtimonijs redarguens, orthodoxam fidem protegens, multas erumnas ab hæreticis perpeſſus, pro ſancto venerabilium imaginum cultu ſeruando laborans, æternam requiem adeptus eſt. *Menologium.*

Iunij 15.

1. IN ordine Cluniacenſi celebratur feſtum Inuentionis Manticæ B. Mariæ Virginis. Putatur ea eſſe cum qua confecit iter è Nazareth in Ægyptum.

2. Anno 1467. Philippus Bonus Burgundiæ & Brabantiæ Dux, Flandriæ & Arteſiæ comes vita fungitur. *Lipſius.*

Hic in primis Diuæ Virgini, quę Hallis in Belgio colitur, addictiſſimus fuit. Docent monumēta quæ affectus & cultus ſui reliquit. Primò ipſius Virginis ſtatua grandiuſcula in media ara poſita, ſed auro puro inducta. In pectore monilis vice ſunt vniones ſex, puri, grandes, & in eorum medio Pyropus ſeu Rubinus. At in capite corona eſt puri puti auri: ſunt deinde in eadē ara 12. Apoſtoli ex argento, fabrè ſatis facti. Ad latus vtrumque aræ 2. Angeli eodem metallo, candelabra præferentes. Supra has ſtatuas ibi-

dem duæ ſunt militares, altera pedeſtris, equeſtris altera, quo ſignificauit vtramque militiam ſuam Diuæ conſecraſſe. Iſtæ pariter ex argento. Sed fuerunt quondam & duæ eodem militari habitu puri auri. Idem lampadem auream dedit. Nec ſine mercede hanc Diuam coluit, quippe quæ pariter illum extulit, & ad id æui diuulſas Belgicæ prouincias paulatim conciliauit & vnius illius imperio ſubiecit. Lipſius.

3. Hodie ſuperis iungitur Reparata ordinis Minimorum.

Hæc Reginam Angelorũ ordinariè videt (dũ à ſanctimonialibus caneretur Salue Regina) deambulantem in choro, quã & varijs corporis inclinationibus & extraordinaria reuerẽtia ſalutat. Quod animaduerſum à præſide ſeu correctrice (vt vocant) iubetur reddere facti ſui & inſolitæ illius pietatis rationem. Quare iubente S. obedientia, faſſa eſt quod erat. Miraculis poſt mortem claruit.

Cantacuzenus l. 2. de Andronico Imper. Idem libro 3.

4. Anno 1341. vitâ fungitur Andronicus iunior.

Hic pace compoſita cũ auo Andronico ſeniore, ingreſſus Deiparæ Hodegetriæ templum ampliſſimas Deo pacis authori & SS. eius matri gratias agit. Ad bellum proceſſurus ante Deũ Deiq; matrem pro fœlici ſucceſſu comprecabatur, & ſacrificium laudis ijſdem ſacrificabat. Idem cizicum traiecit vt Deiparæ ſignum in templo apud Hirtacium aſſeruatum veneraretur.

Vide de eo 12. Febr.

5. Natale S. Landelini.

Molanus

Hic Lobium conſtruxit monaſterium & in

eo templum Dei Genitrici dicatum.

6. Romę anno 1620. tranſlatio corporis B. Aloyſij Gonzagæ.

De huius erga Deiparam ſtudio vide 21. Iunij.

Iunij 16.

1. NAtalis dies S. Lutgardis cui Deipara frequenter apparuit. Semel in veſte ac vultu lugubri, cum hac voce. Ecce inquit iterum ab hęreticis crucifigitur filius meus (erant hi Albigenſes) præcipitque ei vt ad auertēdam Dei iram 7. annos ieiunet. *Thomas Cantipratenſis.*

Frequenter eam comitabatur Deipara ad Euchariſtiam accedentem, vt & S. Ioannes Baptiſta, & Angeli qui eā ſuſtentabant & mediā locabāt. Aliquot annos ante vitæ finē pene quotidie videt aut B.V.M. aut Angelos aut alios ſanctos.

2. Gregorius Papa 9. anno Domini 1132. Pontificatus ſui anno ſexto in ſanctorū Album refert S. Antonium de Padua.

De huius Diui erga Dei genitricem ſtudio vide 13. Iunij.

Iunij 17.

1. DE quodam ob morbum mente capto, ſanitati & menti reddito. *Hiſtor. VVeyerenſ. l.3.c.24.*

Anno 1617. Weyeram ad Beatæ Virginis ædem hoc die peruenit Ioannes Amblingus ciuis Weſchenfeldenſis qui omnibus, acceptum iſtud à Deipara benefactum deprædicat. Multis menſibus phrenetica febri iacuerat à mente alienus, vix vnquam redeunte vel

breuiſſimo interuallo rationis vſu, niſi poſt enormiſſimos furores, quibus etiam non raro multo vehementius agitabatur.

Contigit autem vt die quadam cum detumuiſſet agitatio, vt qui eum inuiſebant de quodam conciue ægroti, cui Deiparæ ope viſus reſtitutus fuerat, ſermones coram eo miſcerent. Itaq; animatus & ipſe, votum vouet ſe eius ædem ſacram inuiſurum. Vix id ab eo factum, cum illico phreneſis omnis euaneſcit, corporis exhauſti vigor redit, moxque voto ſe exoluit ad B. V. ædẽ cum ingenti gratiarum actione profectus.

Vide eandem Hiſtoriam l. 3. c. 4. & 5. de diuturna tabe totius corporis curata, & de quadam abortum paſſa, è vitæ periculo liberata, quæ & hodie publicis inſcripta monumentis.

Iunij 18.

1. DE veneficijs ope Virginis à pecoribus pulſis.

Hiſtor. VVeyerẽſ. l. 3. c. 25. Anno 1617. mulier quædam Kunigunda dicta, hodie ad ſacram ædem Weyerenſem peruenit, quæ ijs qui loco præſident ſanctè affirmauit ſe beneficium iſtud à Deipara accepiſſe, cum muliercularum occulto faſcino grauia in pecoribus ſuis ac vaccis maxime detrimenta ſuſtineret, variaque ad ea arcenda remedia, & fortaſſe ſuperſtitionem redolentia applicuiſſet fruſtra; tandem præſtantiori vſa conſilio pro ſe ac tota domo & vniuerſis poſſeſſionibus ſuis voto ſe aſtrinxit BB. V. M. Weyerenſi. Et ecce armenta mox ſanata ſic priſtinum vigorem receperunt vt nihil ex ijs ne vngula quidem peſſum iuerit.

2. Anno

2. Anno 1354. Gandaui coortum incendiū ad D. Petri vbi cum templo Virginis Deiparæ Nongentæ periere domus. *Meyerus.*

3. Anno 1505. Cęlum petit B. Oſanna Mātuana ex familia S. Dominici.

Hanc & legere & ſcribere dum adhuc puella eſſet, docuere Chriſtus eiuſque parens ſanctiſſima.

Cum 18. ætatis annum attigiſſet, Chriſtus Dominus cum ſacratiſſima Deipara ac Regio Propheta ei apparuit, eamque ſibi deſponſauit annulo in eius digitos indito.

Nocte Natiuitatis Chriſti rapta fuit ſemel ad clarè perſpicienda quæcumque eo tempore contigerunt. Vidit itaque & audiuit Angelicum cōcentum, vidit Chriſtum matremque eum ſinu fouentem, vnde incredibilem hauſit voluptatem.

Die Purificationis poſtquam ſacram Euchariſtiam ſumpſiſſet fuit ſpiritu rapta Hieroſolymam in templum Salomonis. Ibi clarè ei datum eſt videre Virginem Chriſtum Dominum vlnis complectentem, eumque S. Syemeoni offerentem: quem iterum ab eo receptum, offerebat Virgini Oſannæ, eamque blandis oculis ac ſerenafronte inuitabat ad eum complexandum. At ipſa genibus nixa perſiſtebat Dei miſericordiam pro ſe & vniuerſo mundo implorare. Tandem Deipara eam coegit illum brachijs complecti, ſinuque fouere. Quod ſumma cum reuerentia ab ea factum eſt, additis precibus quibus certa quędam ab eo flagitabat. Tandem illum reſtituit SS. eius genitrici.

Iuny 19.

Chronic. ordinis. 1. ANno 1341. cœlum petijt B. Iuliana Falconeria ordinis Seruorum Deiparæ.

Hæc ab ipſis incunabulis Dei Genitricis cultui addicta quolibet Sabbato pane & aqua ieiunabat. In Diuæ Mariæ Annuntiatæ templo condita eſt, multiſque eſt illuſtris miraculis. De ea non ſilendum eam ita in Dominicæ paſſionis meditatione exarſiſſe vt crucifixi imaginem carni ſuæ iuxta cor impreſſam haberet, vt conſtat ex relatione eorum, qui corpus defunctæ curauerunt.

Baro. Zona. 2. Anno 740. obit Leo 3. Orientis Imperator cognomento Iſaurus.

Hic Iudæis authoribus Chriſti Deiparæque effigies concremauit in foro, minaci edicto propoſito in eos qui ſacras aſſeruarent imagines. Moritur autem tabe dyſenteriaque conſumptus, magna etiam Reipub. perturbatione ſtatim conſequente.

Iunij 20.

Anto. Iepez. 1. ANno 599. natale S. Florentinæ ſororis S. Leandri Hiſpalenſis Epiſcopi.

Hæc 40. monaſterijs ordinis D. Benedicti præfuit in Hiſpania: In ijs vnum erat propè oppidum Ecyam ad flumen Vereniclium cui cœnobio nomen noſtra Domina de Valle, in quo trecentæ ſanctimoniales numerabantur.

Digitized by Google

Iunij 21.

1. ANno 1586. extremum diem Romæ clauſit Doctor Martinus Nauarrus Diuini humanique iuris conſultiſſimus.

Hic Miſcellanea ſcripſit centum, de oratione, ac potiſſimum de pſalterio & roſario Virginis matris, quod vocat genus orandi nunquam ſatis laudatum, eiuſque varios modos recitandi præſcribit. In quibus vnum fuſe perſequitur quem ait poſt ſeptuageſimum ſuæ peregrinationis annum præ alijs quos antea expertus erat, placuiſſe, & quo etiam nonageſimum annum agens vtebatur, vſurus inquit eodem dum vita manebit. Idem commentarios ſuos de regularibus, cœlorum reginæ dedicauit, verbis plane eximiam aduerſus eam pietatem ſpirantibus. *Miſcella. 24.*

Anno 1566. 8. Iulij in Carthuſiam Sanctæ Mariæ à Paular Madridio pene mortuus delatus ibi, Virgo Mater eius patrona in tertium diem ſanitatem impetrauit, religioſorum in ea commorantium interceſſione. *Vide cõmentario 1. tom. 1. Tractatu de reditibus Eccleſiaſticis quæſt. 1.*

Alias fatetur ſe Deiparæ plus alijs obſtrictum teneri. Primo quod in Eccleſia S. Mariæ ſim baptizatus. 2. Quod in beatiſſimam matrẽ oculos fixos habebam cũ in fluuium lapſus pro ſuffocato habitus, ſuauiſsime extractus fui. 3. Quod in die S. Mariæ ſuſcepi habitum ſacri ordinis Roncæuallis, eademque die profeſſus. 4. Quod eadem die primum ſacrificaui. 5. Quod me ab vbere pendentem mater mea nomine Maria, Mariæ Dei genitrici dicauit. Vide ibidem alias *Tractatu de horis Canonicis ca. 19.*

rationes

rationes Minoris momenti.

Antonius Nebriſſẽſis. 2. Anno 1484. Ferdinandus Rex Catholicus Aloram Maurorum in regno Granatenſi ciuitatem expugnat. Fanum quod erat hoſtium Moſquea, in honorem atque nomen Diuæ Matris Dei, incarnationi Dominicæ dedicari imperat.

Lipſius. 3. Anno circiter 1604. mulierem quandam apoplecticam ſanat Deipara Aſpricollis. Illa latere ſiniſtro ita erat affecta, itemque pede & manu vt eæ partes mortuæ viderentur. Ipſa quidem manus in pugnum aſtricta, nec aperiri vi aut arte vlla poterat.

Decem ſeptimanas ita fuit, in quarum exitu ad collem aſperum ſe contulit. Vt vicina fuit, faſſa eſt ſe pruritum ſentire in affecta manu, & mirabatur quia iamdiu adeo ſine ſenſu ea pars, vt nec ſtimulis aut punctionibus excitaretur. At tunc deinde nō ſenſum ſolum, ſed veterem vſum recepit, eam ſpectantibus aperuit, mouit, capiti admouit, ipſa ſibi in proximo tuguriolo capillos diſpoſuit. Idem in reliquo corpore factum, ſana abijt, ſana perſeuerauit.

4. Natale B. Aloiſij Gonzagæ è ſocietate IESV.

Hunc mater Deiparæ ope enixa eſt vide 9. Martij.

Vix 10. annos natus Florentiæ in æde B. V. Annuntiatæ Deo ad eiuſdem honorem votum virginitatis nuncupauit vide 15. Auguſti. Eandē apud Deum interpoſuit mediatricem vt ab eo intelligeret, quodnam vitę inſtitutum amplecteretur. Quare quaſi clara voce audit ſibi in ſocietatem IESV ingrediendum eſſe. Ad humilitatem com-

comparandã, Deiparæ patrocinium inuocabat, aiebatq; hoc idē pręſtandũ ijs qui hanc virtutem conſeqũi optarent. Eiuſdem virginis ope (cui valde fidebat, eamque filiali amore proſequebatur) nullis vnquam carnis ſtimulis fuit commotus, nullis turpium rerum imaginibus turbatus. Adhuc in ſęculo exiſtens, ſabbato in honorem Deiparæ ieiunabat, præter ieiunium feriæ 4. & 6. quo die pane & aqua contentus erat. Adhuc puerulus ad quemlibet gradum, aſcendendo pronuntiabat ſalutationem Angelicam. Cum de B. V. M. loqueretur aut cogitaret, aut eius audiret nomen, ſpirituali quodam deuotionis ſenſu totus colliqueſcere videbatur. Cum Romam ad tyrocinium ſocietatis proficiſceretur, tranſijt per Loretum, vbi exprimi nequit quantis à Deipara ſit cumulatus gaudijs, neque quantis ipſe viciſſim eam amoris ſignis proſecutus ſit. Videbatur nõ poſſe auelli à ſanctiſſima illa eius æde. Tandem ſanctè Romæ obijt poſt quinquennium religionis. Eum Deus multis miraculis illuſtrat.

5. Anno 1624. Michael Marſi natus in pago Marquigniaco non procul à Baſſea, ob varias in Deiparam blaſphemias Audomaropoli prolatas, publicè virgis cæſus eſt poſtquam eas habitu pænitentis vt dictum ſupra 28. Februarij eas reuocaſſet.

2. Plurima ſunt huius generis exempla quibus leges humanæ in Deiparæ hoſtes, & in eos qui eam contumelijs afficiunt, zelum ſuum exerunt, ſed non extant pauciora eiuſdem criminis à Deo ſeuerè vindicati monumenta. Dabo hoc memoria dignum.

Carolus Houedanus ad ann. 1198 annaliũ p. 2.

In quadam ciuitate non procul à Ianua (Gallis Gennes)

Gennes) primò quidam ciuis ob peccata ſua dæmoniacus factus eſt, & intra paucos dies adeo creuit eorum numerus vt quilibet ſibi timeret ne etiam dæmoniacus fieret. Communi igitur Concilio ciuium venerunt ad eam ciuitatem vocati viri religioſi ac potiſſimum quidam Abbas Ciſtercienſis, vt quid agendum pauidis ciuibus eſſet deliberarent. Indictum eſt itaque triduanum ieiunium. Tertia vero die conuocatis coram ſe dæmoniacis obteſtabatur dictus Abbas in nomine Ieſu Chriſti, vt ſignificarent cur præ cæteris hanc ciuitatem vexarent, & vt exirent à famulis Chriſti nomine ſignatis. Equibus vnus horrendè clamans, Cogitis ait nos exire ex vaſis nobis rationabiliter conceſſis. Nos quidem ſumus legio illa dæmonum quam IESVS veſter ab homine eiectam permiſit præcipitare porcos in mare. Nunc autem vinculis quibus tenebamur ſoluti, poteſtatem accepimus tantum in blaſphematores Virginis Mariæ. In hac igitur ciuitate tales inuenimus, & inuentos ſicut dignum eſt, torquere debemus. Tandem ad ſecundam abbatis iuſſionem exiere cum magna tamen difficultate.

3. Huic non abſimile quod narrat Brouius poſt alios de quodam hæretico Albigenſi in feſto Deiparæ eiuſque roſarij (de quo frequenter tum D. Dominicus ad populum) in quem quindecim dæmonum millia ſunt ingreſſa, qui interrogati à S. Dominico de cauſa ingreſſus, inter reliquas hanc protulere. Peccatum, inquiũt, irreuerentiæ in Dei matrem quod nos ſummo odio proſequimur. Cur autẽ 15. millia? Reſponderunt

derunt ob 15. decades SS. Roſarij,contra quas malè ſanus blaterabat. Tandem D. Dominicus ſingulos de populo eſt hortatus vt altè roſarium recitarent. Recitabat & ipſe, tuncque ad ſingula Aue Maria multitudo dæmonum è corpore in ſpecie carbonum ardentium erumpebat.

Iunij 22.

1. CElebratur Epheſi in templo Sanctę Mariæ prima ſeſſio celeberrimi Concilij atque œcumenici Epheſini, in quo contra Neſtorium Beatam Virginem Mariam vere θεοτόκον, id eſt, Deiparam appellandam eſſe decernitur à Patribus ducentis, præſide D.Cyrillo Epiſcopo Alexandrino. Ideo autem in templum B. Virginis conuenerunt patres, vt eius honorem, in Eccleſia eius etiam nomini dedicata, aduerſus calumniantium hæreticorum furorem tuerentur. Ita ex Cyrilli Apologia ad Theod. Baronius anno 431.nu.41.

Ann.431 Cœleſtino ſummo Pontifice.

Hoc tempore ſalutatio Angelica hoc additamentũ: Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus &c. accepiſſe creditur. Quo eodem tempore Pulcheria Auguſta templum inſigne Conſtantinopoli ad littus maris in honorem Dei genitricis extruxit, ſicque auguſtiſſima illa Virgo, cui draco teterrimus laudes debitas inuidebat, amplioribus poſtea laudibus celebrata fuit.

Iunij

Digitized by Google

Iunij 23.

1. NAtale S. Ioannis Euangeliſtæ. Hoc enim die defunctum aſſerit Cardinalis à Vitriaco in vita B. Mariæ Oegniacenſis. Durandus verò in rationali morti eius 24. huius aſsignat.

De D. Ioanne vide 27. Decemb.

2. Natale B. Mariæ Oegniacenſis anno 1213.

Hæc in alijs ſuis virtutibus Deiparæ fuit ſtudioſiſsima. Quotannis Eccleſiam eius Oegniacenſem ad duo milliaria diſsitam rigente hyeme nudis pedibus inuiſebat, & illo die & ſequenti nihil omnino edebat, totamque noctem peruigil in Eccleſia ducebat, qua in via flexuoſa nec ſatis ei nota præeunte lumine & Angelis eã dextrâ leuâque ſuſtentantibus nunquam errabat, & inter imbres de cœlo ruentes diuinitus interdum intacta redibat.

Eadem intra quandoque 24. horas millies & centies flectens genua ſalutabat B. V. M. & hoc ſalutandi officium 40. dies continuabat in hunc modum. Primum ſexcenties flectebat genua ſine intermiſsione. Deinde integrum pſalterium ſtans legebat, & ad ſingulos pſalmos Deiparæ flexis genibus ſalutationem Angelicam offerebat. Tum trecentis vicibus ad ſingulas genu-flexiones virga ſe percutiebat, & tribus vltimis ictibus copioſum ſanguinem extrahebat. Tandem quinquagies flexis ſimpliciter genibus, ſacrificiũ hoc conſummabat. Cumque miro ſalutis animarum deſiderio teneretur, multis ieiunijs, lachrymis ac precibus à Deo impetrauit vt donum cõcionandi

cionandi, quod per ſe ipſa exercere non poterat, alteri daret. Quod & fecit Dominus. Qui concionator magnum in animis auditorum fructum fecit. Ipſa porrò pro eodem dum concionaretur Deiparæ centies ſalutationem Angelicam offerebat. Fertur eandem ſolitam ſingulis annis in feſto Purificationis vidiſſe SS. Dei matrem in templo filium offerentem, Simeonem occurrentem, diuinumque puerum amplexantem. Vnde quid hauſerit voluptatis, facilius eſt cogitare quam eloqui.

Eadem ægritudinis ſuæ vltimæ tempore frequenter à Deipara viſitata fuit, vt & à Chriſto Domino, & ab Angelis qui ei famulabantur, & ſuſtentabant, dum ei ſurgendum erat, in lectulumque reponebant. Paulo ante mortem Canticum Magnificat decantauit. Cum extremam acciperet vnctionem, adfuit ei eadem Deipara cum Apoſtolis omnibus Chriſtoque Domino, qui ſignum crucis ad eius pedes fixit. *Iacob. de Vitriaco.*

Præter hęc eadem Virginitatem cum viro ſuo in matrimonio ſeruauit.

3. Actio 2. Concilij Epheſini pro SS. Deipara contra Neſtorium. *Baron. t. 5.*

In ea Cyrillus Præſes, habuit homiliam cuius hoc eſt exordium. Alacrem video congregationem ſanctorum omnium, qui huc promptè à SS. Deipara vocati conuenerunt, & cæli, vbi plura in laudem eius locutus in Neſtorium acerrimè (vt par erat) inuectus eſt.

4. In Anglia natale Sanctæ Etheldredæ Regis Angliæ filiæ, quæ licet bis nupta, cum vtroque tamen viro (inaudito pudicitiæ exemplo) pudicitiam ſeruauit. *Hiſtor. Anglica.*

Hæc

Hæc cœnobium Diuæ Virgini Mariæ dedicatum & poſtea à Merciorum Tyranno euerſum; inſtaurauit.

Iunij 24.

1. NAtiuitas S. Ioannis Baptiſtæ.

Hic cognatus erat SS. Deiparæ. Hic ab ea adhuc in vtero exiſtens viſitatus eſt. Hic ad ſalutationem matri ſuæ Eliſabeth factam ab eadem Deipara geſtiens in vtero exilijt. Item cognoſcit Dei matrem ac Dominum in vtero eius præſentem, & in eo eſt anticipatus rationis vſus: Ad ſalutationem Virginis ſanctificatur adhuc in vtero. Suo geſtu & exultatione veluti reſalutat ſalutantem Virginem, & gaudium ſuum de præſentia Domini teſtatur, eique velut occurrere & reuerentiam exhibere feſtinat.

Quemadmodum hic pugnarit cum B. V. M. in pugna Rhodienſi contra Turcas vide infra Iulij 27. n. 2.

Quomodo apparuit cum Deipara vide Iunij 16. n. 1.

Hiſt. Mõtiſſ. 2. Deipara liberat quendam è manibus numeroſiſſimorum hoſtium.

Cum anno 1535. Michael Colomna Hiſpanus contra Turcas in Africa confligeret, ab eiſque pluribus locis lethaliter eſſet ſauciatus, omni humano deſtitutus auxilio ad Deiparam animum & preces dirigit. Vix verba finierat, cum ecce tibi momento è poteſtate hoſtium numero octingentorum eripitur, ita vt nemo ei deinceps nocuerit, quin potius ipſe vnum de ijs valde opportunè ſauciarit. Quod autem ad lethalia vulnera

ſpectat,

ſpectat, ipſe eiuſdem Deiparæ ope aliquanto poſt ab ijs perfectè curatus eſt.

3. Anno 1340. poſt inſignem naualem victoriam pridie S. Ioannis Baptiſtæ partam de Gallis inter Sluſam & Blancobergam, Eduardus Angliæ Rex Rotenburgium prope locum pugnæ, acceſsit ſupplicatũ ad memoriã & honorẽ Virginis Matris. In ea pugna periere triginta Gallorum millia, Anglorum millia amplius quatuor. *Meyerus.*

4. Anno 1132. cælo naſcitur Frater Ioannes Baptiſta Tolomeus Dominicanus.

Hic Deiparæ precibus reuelationibus multis illuſtratus fuit. Erat enim ei perquam addictiſsimus, quotidieque eam multis precibus atque importunis interpellabat. Dum concionaretur, viſa Virgo (creditur fuiſſe Deipara) coram eo ſtare tenens codicem apertum, vnde quæ concioni diceret, depromebat.

5. Anno 1158. viuendi finem facit Sereniſsima Caſtellę Regina Sanctij Regis coniux. *Mariana l. 11.*

Eius corpus in Regũ Nauarræ ſepulchra Anagari, Diuæ Mariæ regio monaſterio illatum. Cui ipſa monaſterio oppidũ Neſtarẽ ante paucos dies dono dederat, proquo merito, ſacra quotannis hoſtia, die obitus anniuerſario, Reginæ manibus parentatur.

Iuny 25.

1. ANno 1604. Herpes à Deipara in Aſpricolle curatur: Erat hic ex illo peſsimo genere, quẽ exedentẽ medici vocãt, inſtar ignis peruadẽs & abſumẽs. Puſtulæ erãt & papulę ſed ſtillantes putre ſordido, atque eæ toto corpore, tota *Lipſius.*

 facie

facie ſparſæ vt liberum nihil præter os ſolũ eſſet. Et iam penetrabant vlcera & exedebant cutem, carnem ad ipſa vſque oſſa. Medici adhibiti, abſiſtere, indomitum malum cenſere. Diua aduocatur, parens vterque, puer. Defert & offert, redeunt, nec medelæ copiam primo vident. Sed mox deinde apparuit vlcera ſiccari, euaneſcere, vt intra 16. dies nihil maligni in corpore eſſet, ſpecie omni morbi cum ipſo depulſa. Ne cicatrix quidem (ô mirabile ?) vſquam conſpici potuit.

Authores vitæ S. Dominici. Petr. Monach. Ciſterc.

2. Anno 1218. in bello occumbit laudatiſsimus princeps Simon comes Monfortius.

Hic Deiparę ope anno 1213. centum millia hæreticorum Albigenſium pars proſtrauit, pars fugauit. In ijs Petrus Rex Aragoniæ perijt. E cruceſignatis nobilibus vnus omnino interijt, cũ paucis admodum atque his neque ſanguine inclitis. Porro Simon non plures quam octingentos equites, & mille circiter pedites numerabat, quos tamen in pręlium egredi noluit. Ita patuit Deiparam pro eo in hoſtes pugnaſſe.

3. Natale S. Gulielmi Confeſſoris.

Hic parens fuit Eremitarum montis Virginis, prope Neapolim. De eo vide 20. Septembris vbi de Alexandro 3. qui ordinem illum confirmauit.

4. Natale S. Proſperi Epiſcopi.

Hic Eutychetem ſcripto confutauit negantẽ Chriſti carnem ex Deiparæ vtero ſumptam. Vide diem ſequentem.

Iunij

Iunij 26.

1. ANno 363. Beata Virgo orthodoxorum precibus interpellata à Deo exorat Iuliani Apoſtatæ crudeliſſimi Eccleſiæ perſecutoris interitum. De eo ita Damaſcenus. Baſilius Dominæ noſtræ adſtabat imagini, in qua Mercurij etiam martyris erat deſcripta figura, adſtabat autem ſupplicans vt impius Iulianus è medio tolleretur. Ex qua quidem imagine didicit quid eſſet euenturum. Vidit enim martyrem ad exiguum tempus obſcurum, non multo autem poſt haſtam cruentam tenentem. Et in vita S. Baſilij per Amphilochium aſſeritur, mandato Deiparæ Virginis per S. Mercurium magni Baſilij precibus, deſertorem hunc religionis traiectum fuiſſe. Ita B. V.M. procurante & perficiente, Iulianus letale ſibi, at orbi vniuerſo ſalutare (vt loquitur Greg. Nazianzenus) vulnus accepit, vnoque facinore multorum perniciosè vetitorum pœnas exoluit. *Baronius*

2. Natale S. Vigilij Epiſcopi Tridentini & martyris.

Hic contra Eutychem ſcripſit qui non ſolum Verbi diuini & carnis vnam eſſe naturam, verum eandem quoque carnem non de ſacro Virginis corpore aſſumptam, ſed de cælo deductam fuiſſe deblaterabat, mentiebatur quoque impudenter Chriſtum non de ſacro Virginis vtero verè natum eſſe, ſed per eundem Virginis vterum, tanquam ſolis radios penetraſſe.

Digitized by Google

Iuniȷ 27.

1. ANno 1570. A grauibus vulneribus præſeruatio.

Id beneficij collatū à Deipara Ludouico Claueryе inſtitori Hiſpano qui equis curſorijs tendebat in Franciam. Quo in itinere ex altis rupibus in profundam vallem per ſaxa volutatus ipſe cum equo decidit: Quo in caſu tam pie Deiparā Montiſſerrati inuocauit, vt ab ea auditæ eius preces fuerint, nec quicquam mali ſit paſſus.

Hiſtor. Carnot.

2. Anno 1582. Rex Henricus huius nominis tertius, Diuæ Virgini Carnutenſi argenteam lampadem donauit, quæ in choro ſuſpenſa, hūc ſupra modum illuſtrat. Ibidem tria fundauit ſacra, vnum poſtridie Aſſumptionis, alterum ipſa Annuntiationis luce, tertium Sanctæ Mariæ Magdalenæ ſacro die conficienda.

Iunij 28.

1. ANno 1608. Bruxellæ publicis conſignatū eſt tabulis miraculoſa inſoliti cuiuſdam morbi à Deipara curatio.

Fuit hic monſtruoſa coxendicis inflatio quæ æquabat craſsitudinem quam habet vir in medio corpore, tibia interim à genu deorſum vſq; arida ac gracili. Poſt varia incaſſum adhibita remedia & ſectiones (vnde fœtidiſsimum pus manabat) tandē ægra ad Deiparæ patrocinium inuocandū animū applicat, & ad collem acutū ſeſe transfert, vbi cū vix aliquid profeciſſet, ſecundò eam peregrinationem ex ipſo ducatu Luxemburgenſi, (loco Pettingem dicto, vbi nata) fulcris nixa ſuſcipit, quo toto itinere bene longo ſatis cōmodè habuit,

buit, neq; admodũ ſe fatigari ſenſit, addẽte nimirũ Deipara vires. Tandẽ ad montẽ Acutũ peruenit vbi poſt fuſas preces reperit ſe perfectè curatam. Curata ſunt etiam axillarum vulnera à fulcris inflicta in tam longo itinere.

2. Natale S. Irenei Epiſcopi & Martyris.

Hic Valentinum & Apellem Deiparæ Virginitatis infeſtiſſimos hoſtes acerrimè inſectatus eſt, & virginitatem eius multis confirmauit. *In lib. contra Valentin.*

Junij 29.

1. NAtale S. Petri Apoſtoli.

Hic teſte Volaterrano, Tortoſæ ſacellũ (quod etiamnũ extat) Dei genitrici excitauit primus omniũ, in quo primũ ipſe quoq; ſacrificauit. Tortoſam Neoterici antiqui Antaradum quaſi ante Aradum Tripoteos in Syria ſitum. Idem tanquam Apoſtolorum caput, cæteris cooperantibus Virginalem domum ſeu cubiculum in quo Deipara genita & educata, & in quo Verbum caro factum eſt, in templum conſecrauit & in templi formam redegit. *In Geograph.* *Annales Flumenſes apud Angelicam.*

2. Fœliciter obit in Domino Paulus Papa primus ann. 767. Hic intra Eccleſiã B. Petri Apoſtoli foras muros vrbis Romanæ, oratoriũ in honorẽ Deiparæ cõſtruxit, muſiuis, & diuerſis metallis illud adornãs. Ibi & ſtatuã Dei genitricis ex argento deaurato pẽſantem libras centum collocauit in quo oratorio & ſepulturam ſibi parauit. *Anaſtaſius.*

3. Natale S. Mariæ matris Ioannis cognomento Marci.

Huius in ædibus in monte Sion manſit poſt Chriſti Aſcenſionem B. V. M. & in ea mortua eſt, de quo vide fuſius citatum authorem. *P. à Caſtro in Hiſt. virginali c. 20.*

Iunij 30.

1. COmmemoratio S. Pauli Apoſtoli.

Hic ſemel meminit in ſuis Epiſtolis SS. Deiparæ. Miſit, inquit ad Galat. 4. 4. Deus filium ſuum factum ex muliere. Quibus verbis ex mente Sancti Cyrilli Hieroſolym. Epiſcopi adſtruit eius virginitatem, non enim dicit ex viro & muliere, at ex muliere dumtaxat, hoc eſt ex Virgine, mulierem enim etiam Virginem appellari prius oſtendimus. Hæc SS. Pater. Vide Ianu. 25.

Catheches. 12.

Significat ergo Apoſtolus Chriſtum ſine patris ſemine conceptũ & formatum ex ſola matris ſubſtantia & puriſſimis ſanguinibus.

Indicat etiam Chriſtum non ſumpſiſſe corpus è cœlo quod tranſeundo per B. V. M. tanquam per canalem in terram detulerit, vt olim aiebant Valentiniani & modò Anabaptiſtæ, ſed Chriſti corpus ex Virgine factum & formatum eſſe.

Franſciſ. Moſchus.

1. Anno 1228. natale B. Arnulphi ordinis Ciſtercienſis.

Hic initio ſtatim conuerſionis cæpit B. V. M. deuotus amator exiſtere, pijſſimam attentè venerari & ſalutare frequenter omni laude digniſſimam, vt quo plenius obtineret matris gratiam, eo facilius per matrem conſequeretur filij miſericordiam. Studuit etiam quotidie ſedula meditatione reuoluere 7. gaudia quibus Virgo Beatiſſima cum adhuc hic viueret, ſpecialiter gauiſa eſt. Volens autem Deipara deuotionem famuli ſui ſublimioribus cumulare gaudijs, apparuit ei: Cur, inquiens, tãtum meditaris ea gaudia quibus in

Digitized by Google

in mundo fæliciter affecta ſum, recole etiam ea quibus modo fruor. Qualia autem ea ſint, eum tunc docuit. Ea vide 25. Decembris.

Idem enim contigit D. Thomæ Cantuarienſi quod huic Diuo. Quibus dictis valefaciens ei Virgo, ab oculis eius euanuit. Neque vero ſilendum Deiparam ei frequenter apparuiſſe, & ita familiarem ſe illi exhibuiſſe vt quoties ille negotium aliquod haberet, toties piiſſima Virgo illud ad filium ſuum deferret, donec tandem illi expectanti, & vt ita dicam ore cordis hianti, à filio ſuo gratiæ cæleſtis buccellam pariter cum effectu petitionum eius impetrans reportaret. Cum eſſet aliquando vir Dei orans, cuperetque ardenter SS. choris intereſſe; apparuit ei Chriſtus, eique apertis cælis oſtendit omnes SS. choros, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, Angelorum. Tum Chriſtus ad eum: ſufficiunt ne tibi iſta? Illo negante, ei oſtendit genitricem ſuam ſupra omnes exaltatam inenarrabili decore & gloria pleniſſimam. Alias nocte quadam cum ſolus eſſet, Deipara ei filium quem vlnis geſtabat, obtulit amplexandum, cumque magnitudinem conſolationis qua perfuſus erat ferre nequiret, rogauit Virginem vt reciperet filium ſuum.

Tantum autem dulcedinis ſaporem tunc percepit, vt poſtmodum fere per quadraginta dies quoties ederet aut biberet, omnis cibi & potus ſapor ei inſipidus videretur.

2. Anno 1607. piè obit Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius.

Ex Henrico Spōdano in ſua epitome Annalium eiuſdem.

Hic ex ipſomet matris vtero futuræ aduerſus

Dei matrem pietatis non obſcura dedit ſigna. Appropinquante eius matre ad Dei parentis templum ipſe pariter quaſi ſemet vltro Virgini offerre vellet, inuſitato quodam motu intra materna viſcera commotus eſt, ac veluti eum præ gaudio proſilire ſenſit mater. Vnde ſimul illum in lucem edidit, eundem Beatiſſimæ Virginis patrocinio obtulit & commendauit. Ac meruit vt cum exacto biennio infantulus de vita periclitaretur, ipſa eidem ad Eccleſiam D. Virginis deducto poſt triduanas preces, pene mortuo in cunabulis iacenti ſanitatem de repente impetrarit, voce hac ad eam ex improuiſo delapſa: Bono ſis animo, filius tuus nequaquam morietur. Eandem ipſe Virginem adultus coluit obſeruantia planè ſingulari ac eius ſe obſequijs totum deditum & conſecratum fuiſſe & in ipſis Annalibus frequentiſſimè oſtendit, & in ſcedulis, libris, tabulis, imaginibus huiuſmodi arbitraria nota quam hic ad marginem vides ſexcenties deſignauit,



cuius inſcriptæ litteræ hunc ſenſum reddunt Cœſar ſeruus Mariæ, eiuſdemque depictam imaginem aſſiduè gerebat in pectore. Sub mortem oblatam ſibi eiuſdem iconem magna cum animi pietate oſculatus eſt. Tandem die B. Virgini Mariæ (ſcilicet ſabbato) ſacro placidiſſimè in Domino quieuit.

3. Anno 1616. Puerulus merſus in ſtagno vitæ redditur.

Tam certum erat puerum hunc verè mortuum fuiſſe, vt iam quæ funeri opportuna erant pararentur, nullo in puero vitæ indicio poſt varia experimenta dato. Interim mater, Deiparæ

Weye-

Digitized by Google

Weyerenſis impenſius opem implorat, votiuumque donarium ad ſacram Virginis ædem (à qua non procul aberat, degebat enim Leogaſti) tranſmittit. Vix eò donarij lator peruenerat cum puer mortuus oculos aperit, aliquoties oſcitat, ac poſt iteratam ſternutationem loquitur, & velut è ſomno experrectus matrem rogat an necdum parens Norimberga redijſſet. Iuuatur matris manibus vt ſe erigat, erigitur & vomitu aquam quam hauſerat eijciens, oblata in cibum & potum libat ac valetudine integrata eodem die cum matre, alijſque notæ fidei hominibus ad ſacram ædem Weyerenſem progreditur.

IVLIVS.

by Google

IVLIVS.

Meyerus. *Anno 1382. reconciliantur Brugenſes, comiti Flandriæ : atque ob pacem tam facilè adeptam in Virginem matrem grati, ad eam Roſebecam, nouam calanticam deferunt, ſeu velum & tegmen muliebre, quod etiamnum menſe Iulio quotannis obſeruant.*

Iulij 1.

Molanus. 1. NAtalis ſanctæ Reginæ beati Aldeberti Auſtrauandiæ Comitis coniugis. Hæc cum viro Dononienſe monaſterium in honorem Deiparæ exſtruxit ad Scaldim fluuium propè Valencenas. Vbi numeroſum ſanctimonialium cætum (cui Beata Ragenfridis filia præfuit) & clericorum Dei gregem inſtituit, reditibus ac prædijs decenter ad Dei ſeruitutem legatis.

Mariana cæteriq; Hiſp. rerũ ſcriptores 2. Hodie anno 1109. Vita excedit Alphonſus 6. Caſtellæ Rex. Hic Saracenis Toleto pulſis, tem-

Digitized by Google

templum maximum exterminatis barbarorum ſpurcitijs, ac impijs ritibus, per Bernardum virum integerrimum Toletanum Pontificem; curat Chriſtianis ceremonijs conſecrari, ac Diuæ Virgini dedicari. Intelligat autem lector hoc eſſe templum quod circiter 60. annos antequam Toletum in Barbarorum veniret poteſtatem (quod anno 714. contigit, quod & annos 361. tenuerunt) Beatiſsima Virgo ſua pręſentia, ſuo ſermone, veſteque mundiſsima, Beato Ildephonſo oblata, illuſtrauerat.

Idem profitetur quodam ſuo diplomate ſe Spiritus ſancti inſpiratione motum, ad Eccleſiam Dei genitricis Mariæ ab antiquo fundatam in monte qui vocatur Diſtercij, & in valle Venaria poſitam, iam pene à ſua nobilitate deiectam ſuo priſtino decori reſtituendam, imo ampliori pulchritudine decorandam. Tum varia ei priuilegia indulget, eiuſque monaſterio quod erat ordinis S. Benedicti. Inſuper reddit prædictæ Eccleſiæ Dei genitricis, aliam Eccleſiam ſub eodē nomine dedicatam cum ſuis vineis, terris & cætera. *Anto. Iepez.* *Gallicè noſtre Dame de Valuanere.*

Huic porro Eccleſiæ & monaſterio ædificando occaſionem dedit imago Deiparæ in ſupradicto loco inuenta, diuina reuelatione. Inuenta autem eſt in medio quercus cum aluear & melle, mirum ex ſe emittens ſplēdorem. Ad quam mox plurima facta ſunt prodigia & maximi concurſus. Vide Anto. Iepez in Chronico. Qui addit (vt hoc obiter etiam dicatur) mulieres ſi vltra diem nonum hic hæreant, mori. Quod & exemplis firmat.

3. Anno 1418. Martinus 5. Pontificatus ſui anno

anno 2. confirmauit canonizationem S. Brigitæ factam à Bonifacio 9.

De huius Diuæ erga Deiparam propenſo animo conſule 23. Iulij.

4. In monte Hor depoſitio ſancti Aaron primi ſacerdotis ordinis Leuitici.

Numerorum 17.

Sermone 14. de natali Domini.

Hom. 2. de B. V. M.

Caniſius l. 2. c. 6.

Hic ſua virga quæ miraculosè floruit ac nuces edidit, adumbrauit Deiparę virginitatē, quemadmodū S. Auguſtinus & multi SS. PP. annotarūt. Cōtentus ero hoc D. Bernardi teſtimonio. Quid rogo (inquit) virga Aarō florida nec humectata, niſi Mariā concipientē quāuis virū nō cognoſcētē portēdebat? Nec virgæ virorē floris læſit emiſſio, nec virginis pudorē ſacri partus editio. Hæc Bern. Ac mirè profectò Marię virgineā fœcunditatē virga hæc ſacerdotalis adumbrabat, quę neq; mortali manu conſita neque terreno ſucco irrigata & cœlitus concipiendo floruit & ſine cruciatu pariens fructum viuificum edidit.

Eiuſdem Aaronis conſanguinea erat B. V. M. nā non ſolū ad Iudæ & Dauidis regiam ſtirpem pertinebat, ſed etiā ad tribum Leuiticā, ſacerdotalem ſeu Aaronicam, quod patet ex c. 1. Lucæ & 2. nam Eliſabeth cognata Deiparæ erat de filiabus Aaron & ſacerdotis Zachariæ vxor.

5. Anno 1590. viuis eximitur Sereniſſimus Archidux Auſtriæ Carolus parens Ferdinandi Imperatoris qui modo imperat.

Iacob. Cuſman in vita Margaretæ Hiſp. reginæ.

Hic itinere ex Auſtria ad Deiparam Cellenſem acuta febri correptus, nō deſtitit tamē porrò pergere (reluctantibus licet medicis) donec eò pertigiſſet. Ibi exiſtens, quamquā vomitionibus, pungentibuſq; dolorum aculeis multum affligeretur, nihilominus diuinis interfuit officijs, & cōcionibus

bus toto biduo quo ibi hæſit. Idque tanta animi conſtantia vt exterius omnẽ diſſimularet dolorẽ, quo interius cruciabatur ſumma ſuorũ domeſticorum & potiſſimum medicorum admiratione.

Iulij 2.

1. VIſitatio Deiparę quãdo ipſa licet Dei mater, atq; in vtero Chriſtũ Dominũ geſtãs, cognatã ſuam Elizabeth ſummo humilitatis exẽplo inuiſit. Hoc feſtũ teſte Antonino ab Vrbano *4.p.tit.15*
6. circiter ann. 1385. inſtitutũ, & à Bonifacio 9. *c.24.*
confirmatũ aut verius promulgatum anno 1389. ad Dei genitricis opem implorandã ob grauiſſimum Eccleſiæ ſchiſma. Hanc feſtiuitatem Deus *Baronius*
& reuelationibus & miraculis confirmauit. Vr- *in Mar-*
banus autem his qui officio aut miſſæ iſto die in- *tij ad diẽ*
tereſſent conceſſit indulgentias nonnullas quas & *2. Iulij.*
Bonifacius confirmauit.

2. Cõciliũ porrò Baſileenſe œcumenicũ ann. *Vide t.4.*
1441. ſeſsione 43. ad promerendã virginis gratiã, *Cõcilior.*
in tot Eccleſiæ, quibus tũc ea premebatur, angu- *ſeſſione*
ſtijs innouat huius feſti celebrationem, atque in- *43.*
dulgentias ſimiliter impertitur ijs qui eo die aut Miſſæ aut diuinis officijs interfuerint.

3. Anno 1566. reædificatũ Romæ iuſſu Põtificis tẽplũ S. Mariæ Tranſpontanæ, quod ad muniendũ arcem S. Angeli, cui proximũ erat, dirutũ fuerat, & ad illud tranſlata imago Deiparæ. Eius templi feſtum precipuũ eſt viſitatio B. Virginis.

4. Huc reuoco inſtitutionẽ nouæ cõgregatio- *Vide vi-*
nis ſororum à Reuerendiſsimo D. Frãciſco Salez *tam.*
Epiſcopo Gebẽnenſi ſub titulo viſitationis B.M. Earum inſtitutum in eo potiſsimum eſt vt ægros ac maxime ægras viſitent, iuuent, proſpiciant ijs, de rebus neceſſarijs tam animo quam corpori.

Digitized by Google

Natalis S. Ottonis Bambergenſis Epiſcopi, hic ſacram ædem Weyerenſem in honorem Deiparæ ædificauit. Id enim vouerat Deo pro fœlici paganorum conuerſione. Fuerat hic ab infantia Diuæ Virgini à parentibus conſecratus. Inſuper ei ſua ſponte vehementer addictus erat. Eandem ſacram ædem ipſe Epiſcopali ritu conſecrauit atque in Dei laudem ſub nomine Dei matris ac tutela dedicauit annuiſque reditibus affatum ditauit. Modò & ab auorum memoria, infinitis claret miraculis Deipara in hoc ſacratiſſimo templo.

Lotrius. 5. Namurci feſtum Viſitationis B.M.V. iubilatione compotalitiâ annua feſtiuiſſimè celebratur.

Idem feſtum Brugis in Flandria ſeruatur tanquam obligans ex præcepto vt & alibi maximè in Flandria.

Baron in Martyrolo. 6. Anno 1588. à Sixto 5. in Album SS. relatus eſt S. Didacus ordinis Minorum.

Quam hic eximius extiterit Deiparæ cultor vide 12. Nouembris.

Hiſtoria ſociet. t. 2 7. Anno 1558. Romæ eligitur à congregatione Generali, Generalis ſocietatis IESV P. Iacobus Laynez. Vnus è 10. primis S. Ignatij ſocijs.

De huius in Deiparam ſtudio vide 19. Ianuarij.

8. Anno 1616. obit P. Bernardinus Realinus ſocietatis IESV.

Hic Deiparæ fuit in omni vita deditiſſimus, quo in genere quid ſingillatim præſtiterit dabit fuſius vita quæ fertur conſcribi. 15. die aliquo Virgini ſacræ migrare valde optabat, cuius &

voti

voti compos factus eſt, nam in die ſabbati ipſa die viſitationis animam Deo reddidit. Paulò ante infirmarius ei indicarat diem illum eſſe ſabbati & viſitationi Deiparæ ſacrum. Quod cum intellexit ita lętatus eſt vt collectis viribus in hæc verba proruperit ſummo animi affectu: O Domina mea ſanctiſsima: quaſi præſentem eam intuitus fuiſſet.

9. Anno 1618. voto ſe liberat ſacerdos emiſſo ob curationem à grauiſsimis calculi doloribus atque æſtuantiſsima febri.

Huic nomen erat Martinus Wernerus Paſtor Bauacenſis, qui varijs fruſtra ad ſupra nominatos morbos adhibitis remedijs, tandem ad peregrinationem noſtræ Dominæ Weyerenſis, vbi tantiſper pedibus inſiſtere poſſet, ſe deuouit. Vix votum fecerat cum eadem hora melius habere cæpit, & intra paucos dies planè conualuit.

10. Anno 1619. diſtorto ac monſtruoſo corpus reparatur.

Engelbertus Nimerleus adoleſcens hoc malo tenebatur, & 4. annos mancus, truncus etiam ac toto corpore diſtortus fuerat, monſtro quam homini ſimilior. Præcipuum alterius os femoris in ventrem fœdo aſpectu reuocatum protuberabat. Iam nec ſtare poterat nec incedere niſi altera manu, malleolo niteretur, altera genu premeret. Accedebat deformis gibbus. Itaque à parente Baſtonienſi ciue, Foyam adducitur ipſo die viſitationis. Vix Deiparam conſalutarat, cum ſtatim mōſtruoſam relinquit figuram, hominique congruam aſſumit. Inde ſanus atque integer remoto omnis morbi veſtigio erectus hodieque incedit,

11. Anno

Archangelus Gianius in Annalib. PP. Seruit.

11. Anno 1490. B.V.M. ſe duabus paſtoritijs puellis viſendam præbet. Res ita habet. In agro Feſulano per nemora montuoſa oues paſcebant duæ puellæ, quę ſub meridiem ad declinandum ſolis æſtum ſub rupe quadam declinabant, vbi preces Deiparæ coram Antiquiſsima eius imagine, ibi ab immemoriali tempore collocata fundebant. Voluit Deipara eas ſua præſentia recreare. Itaque die viſitationis ſuper nube lucida vna cum filio inter duos Angelos albis induta, ſaxo cuidam inſidens, ſpecioſiſsima vtriq; apparuit, perterritaſque ſolata admonuit velle ſe ibi templum habere ac patrem earum ibidem alloqui. Accerſito illi viſendam ſe præbuit, ac de templo à populo extruendo edocuit. Huius rei fama multos ad ſaxum illud euocauit, quare eadē Deipara 22. Auguſti eadem ſpecie plurimis apparuit, & de templo voluntatem aperuit. Cliuus aſperior erat quam vt poſſet complanari. Ergo ex oppoſito templū ædificarè cœperunt ad quod facilius aſcenderetur. Cœterum quidquid interdiu opere extruxiſſent, noctu corruebat. Vnde voluntate Diuæ Virg. perſpecta eò loci vbi ſupra ſaxum conſpecta eſt, circumcirca lapidem, templum erexere cui à ſaxo titulum indiderunt. In quo miracula plurima facta ſunt.

12. Hucreuoco (quatenus ex hoc exemplo conſtat velle Deiparam imagines ſuas honorari) alias duas Hiſtorias paucis vt credo cognitas.

Felix Aſtolfus in Hiſt. vniuerſ. imagin. B.V.M. libro 10.

13. Anno 1483. Amplificatur hac occaſione Mediolani Deiparæ cultus. Ad portam ciuitatis cognomēto Ludouicam proſtabat exiguum oratorium eò loci conſtructum vbi S. Ambroſius corpora SS. MM. Nazarij & Celſi repererat.

Ibidem

Ibidem eminebat columella cum loculamento cancellis ferreis clauſo, in quo Deiparę picta imago ſeruabatur. Dum Petrus Portus vir Eccleſiaſtica dignitate illuſtris ibi ſacris operatur, duo Angeli auguſtiſſima ſpecie ante cancellos illos cunctis viſibiliter genu flexi apparuere, qui velum, quo imago tegebatur, ſuis manibus retexerunt, quo repanſo, etiam ſe viſendum præbuit ad cancellos Deipara longè pulcherrima ſpecie & mirum odorem ex ſe ſparſit. Vnde maximus populi concurſus, miracula, & oratorium in baſilicam venuſtiſſimam commutatum, imago in locũ eminentiorem tranſlata, & votiuis auri, argenti, gemmarumque donarijs ornata. Octo & viginti hominum extant teſtimonia qui ſanctam ſanctorum apparentem videre meruerunt.

14. In Sabaudiæ agro Viuonenſi bubulcus arabat. Hic cuidam loco propinquus cum boues arantes ſtiua ante ſe ageret, mouere eos loco non potuit. Percuſſit frequenter eos at fruſtra. Quod vt vidit quidam nobilis monuit eum vt deſiſteret, quæreret potius num quid eò loco ſecreti lateret. Fodit itaque ruſticus, & ſtatim reperit pauimentum lateribus perpolitis quaſi recens ſtratum, quo diruto imaginem Deiparæ aſpexit ibi conditam. Quæ inde ad templum quoddã ſolemni proceſſione delata eſt. Mirum, nam ſequenti die inuenta eſt eò loco vbi à ruſtico primum reperta eſt. Quod ſecundo & tertio accidit. Quare templũ in agro extructum & Carmelitanis vna cum imagine aſſignatum. *Hæc ſub ann. 1485 ex eodem.*

X Inth

Iulij 3.

1. CONſtantinopoli feſtum depoſitionis veſtium Deiparæ in Blachernis, quod eſt templum Deiparæ à Pulcheria Auguſta admiranda ſpecie in ipſis vrbis ſuburbijs erectũ. Has aſſerunt eſſe faſcias ſepulchrales à Iuuenali patriarcha Heroſolymitano ad eandem Pulcheriã miſſas. Molanus ad Vſuardi Martyrologium hac die, dicit eſſe depoſitionem ſtolæ B. Virginis.

Authores Grec. Hiſt. paſſim.

2. Anno 1332. apparet Deipara alba induta veſte B. Elizabethæ Luſitaniæ reginæ, decumbenti ex morbo cuius vi poſtea ſanctè in Domino obijt. Vide diem ſequentem.

Chronic. S. Franciſci t. 2. l. 8.

3. Pariſijs anno 1418. miles quidam ſeu cælo egreſſus è taberna, deſperabundus ob luſu amiſſam pecuniam vniuerſam atque inſuper veſtes, percutit cultro imaginem quandam Deiparæ in angulo plateæ Vrſorum dictæ. Ex quo vulnere copioſum fudit ſanguinem. At non effugit hominum vindictam ſacrilegus, nam ſupremi ſenatus Pariſienſis decreto alligatus fuit ad palum coram dicta imagine, ibique ab hora ſexta matutina vſque ad veſperam flagellis cæſus, donec inteſtina diffluerent. Inſuper lingua ei ferro candente perforata fuit.

Iacobus Breulius in Antiquitat. Pariſiẽſ.

Eodem loco & die ſingulis annis ingens excitatur ignis in monumentum tanti miraculi, & ante imaginem appenditur tapes qui Hiſtoriam iſtam exhibet.

Anno 1348. cœlitibus iungitur B. Silueſter Camaldulenſis.

Chronicõ Camaldul.

Quidam eius tempore ſanctitatem S. Catharinæ

rinæ V. & M. admiratus, auſus eſt pertinaciter dicere, ſi tempore incarnationis vixiſſet, in Dei parentem præ SS. Dei genitrice Maria eligendam.

Ad quam blaſphemiam Silueſter exhorreſcens, veſanum blateronem doctiſſimis rationibus (quamquam idiota eſſet) confutauit, probauitque illam propoſitionem eſſe hæreticam.

5. Anno 1611. hypochondriaca melancholia, hemicranij dolores acutiſsimi, ac phreneſis curantur.

His tenebatur morbis Margareta quædam, eratque phreneſis tam valida vt vix à 6. vel 8. robuſtiſsimis teneri poſſet. Malum omnino humanitus immedicabile. Ad Diuam itaque Weyerenſem peregrinandi, vbi primum liceret, coram multis teſtibus votum concipitur. Vix votum pronuntiatum erat, cum eo ipſo die ægra longè melius habere cæpit, & intra octiduum morbi omnes euanuerunt.

5. Anno 1598. adoleſcenti lingua exſecta à prædonibus, redditur ſimul cum ſermone.

Gallus erat hic adoleſcens, & in Gallia accidit miraculum iſtud hac occaſione. Quidam vir pius motus commiſeratione miſeriæ iſtius, ei ſuadet vt Deiparę Montiſſerratenſis opem imploret, nihil ei negare filium, poſſeque illam, ſi piè interpelletur, linguam loquendique vſum ei reddere. Paret adoleſcens vouetque ſe ad eam peregrinaturum ſi curetur. Erat autem is dies viſitationi Deiparæ ſacer. Poſtridie autem eius diei benigna mater ei linguam reſtituit, quæ & viſa eſt à plurimis. Nondum tamen eius vſum, quod biduò poſt ab ea præſtitum, quando ex viſu quo-

Digitized by Google

dam noctu euigilans pauidus in hæc prima verba prorupit. IESVS, Virgo MARIA Montiſſerrati opem fer. Indeque in poſterum perfectè non minus quam antea locutus eſt. Huius miraculi ampliſsimum detulit poſtea adoleſcens teſtimonium à magiſtratu loci ad B. V. Montiſſerratenſem.

6. In India feſtum S. Claræ ex Dominicana familia.

Hæc filia Regis Indi Deo ſe, ſuamque virginitatem in ordine D. Dominici ſacrauit, maximè ad id inducta exemplo Deiparæ Virginis. Quotidie à 60. Angelis in cælum deferebatur. Eamque ibi Chriſtus cum SS. matre ſua veſte ſummi pretij gemmiſque diſtincta induebant. Quod quidem viſum eſt à nonnullis eius miraculi teſtibus. Nonnunquam dum ſacratiſſima hoſtia tempore ſacrificij eleuaretur, vidit Chriſtũ ea plane figura qua ipſum peperit Deipara in ſpelunca Bethlemitica.

7. Tranſlatio S. Thomæ Apoſtoli ex India cuius reliquiæ Tortonam in Apulia poſtea ſunt tranſlatę.

De eo vide 21. Decembris.

Iulij 4.

Richardus Canon. Londin. in itinerario Rich. Regis Angliæ.

1. ANno 1191. Deipara apparet noſtris Ptolemaidem in Syria obſidentibus & noctu vigilantibus. Poſt inquit 4. diem vrbs veſtra erit, idque vos à me ducibus veſtris renunciate. Renuntiant illi, omniumque animis nouũ, labores omnes capeſſendi ardorem immiſerunt. B. Virgo autem beneficium verbis initum ipſa

re

re poſteà præſtitit vrbe capta 7. Iulij.

2. Natale S. Vdalrici Epiſcopi Auguſtani. Quid obſequij hic præſtiterit Deiparæ vide 7. Maij vbi de Othone 1.

3. Natale S. Oſeæ Prophetæ.

Hic de Virgine Maria prophetauit his verbis c. 13. Adducet vrentem ventum Dominus de deſerto aſcendentem & deſiccabit venas mortis. Quis enim alius mortis deſiccabit venas niſi Ieſus Chriſtus, quem nobis intemerati ventris deſertum refudit vt exponit Gilbertus ſerm. 15. in Cant. Hieronymus quoque per deſertum, vult Mariæ Virginalem vterum deſignari, quod abſq; ſemine humano pullulauit.

4. Anno 1336. ad ſuperos euolat S. Elizabetha Luſitaniæ regina. *P. Petrus Perpinianus Vaſconcellus.*

Hæc in honorem Deiparæ, ante eius Aſſumptionem quadraginta dies ieiunabat, pane tantum & aqua contenta. Quod idem in peruigilijs eius feſtorum, nec non ſabbathis, ac feria 6. vſurpabat. Eadem ſingulis diebus præter officium horarum canonicarum ſacerdotum proprium, præter 7. pſalmos, præter officium defunctorum quæ quotidie recitabat, addebat etiam officium paruum Deiparæ.

Sub mortem in imaginem SS. Deiparæ oculos defixit, eius auxilium implorans, quam & ſanctiſſimè coluerat in omni vita & quam pridie mortis viderat præſentem. Perpinianus orat. 5. in S. Elizabetham.

Eam anno 1625. Vrbanus 8. ipſo S. Trinitatis die 25. Maij in ſanctarum numerum retulit.

5. **Anno Domini 1374. Roma tranſlata**

ſunt in Suetiam oſſa D. Brigittæ.

Quantis hæc S. Vidua affecta ſit à Deipara beneficijs vide 23. Iulij.

6. Tranſlatio Sancti Martini in nouam anguſtioremque Baſilicam à Perpetuo Epiſcopo facta.

Quemadmodum D. Martino apparuit Deipara vide 11. Nou.

7. Iuxta Menologium Græcorum celebritas Andreę Cretenſis inter Eccleſiaſticos ſcriptores nominatiſſimi.

Hic magnus fuit laudum virginis præco. patet ex eius encomijs de dormitione Mariæ, ex ſermonibus de ſalutatione Angelica, qui paſſim à neotericis Caniſio Spinelli &c. citantur.

Iulij 5.

Hiſt. Mõtiſſerrati 1. ANno 1563. puerulus mortuus in vitam redit. Erat hic 14. menſes dumtaxat natus, quem parentes ſui ſub arbore ad vmbram captandam collocarant dum interim ipſi ſegetes meterent. Circa horam autem nonam venit mater vbera ei præbitura. At mortuum deprehendit. Aduocatur maritus qui & iudicat iam expiraſſe infantulum, quem & tactu, toto corpore frigidum ſentit. Hic preces, hic vota multiplicantur B. V. Montiſſerratenſi, ab hora illa nona adviſque ſextam veſpertinam, quo etiam toto tempore mater nõ deſtitit eum ab vbere pendentem portare, quaſi in viuis fuiſſet, continenter ſupplicando virgini vt eum vitæ reſtitueret. Res mira! circa horam ſextam eiuſdem diei cæpit puerulus facie rubere, oculos aperire, ac lac ſugere, ac intra paucos

paucos dies perfectam ſanitatem conſecutus eſt.

2. Anno 1472. Petrus Ranchicurtius, Atrebatenſis Epiſcopus (quod loci Epiſcopus in aula tum ageret) Deo in honorem Virginis dedicat templum Cameracenſe, quod iam aliquoties flamma incenderat nimirũ annis 1064. & 1148. ac tandem poſt tot ignes & cineres, poſt tot funera, quaſi è ſepulchro, glorioſiſſima Baſilica renaſcitur, quam & hodie videre eſt, cum ſuperba, polito ex lapide, turri, cuius ex eadem materia conſtans pyramis in portentoſam altitudinem exſurgit. Fuit autem hoc opus virgineum conſummatum circiter annum 1251. producta eſt nihilominus eius dedicatio vſq; ad annum 1472. vt paulo ante dictum. *Locrius.*

3. Ad imaginem Deiparæ in ſupplicatione Bononiæ deportatam ſedatæ pluuiæ ac tempeſtates. Id fuſius proſequitur Sigonius, anno inquit 1433. cæleſtia prodigia varie ciuitatis pectora perculerunt ſæuiſſimi terræ motus quorum impetu plurima ædificia corruerunt. Sol poſt meridiem ita obſcurus vt ipſas noctis tenebras adæquaret. Aſſiduæ & vehementes pluuiæ ac fædę tempeſtates, quæ ipſis ſegetibus iam maturis exitium intentabant. Quare triduo Epiſcopus ſupplicationes fieri iuſſit, quibus cum nihil profeciſſet, quinque alias addidit. At fruſtra. Itaq; in octo dies indixit. Interim ſpectatæ cuidam ſapientiæ viro venit in mentem proferre in iſtiuſmodi periculo imaginem quandam Deiparę miraculis illuſtrem quæ prope Bononiam in monte Guardiæ aſſeruatur. Re igitur cum Epiſcopo cõmunicata, ex communi conſilio conſtitutum eſt vt hæc ad vrbem religioſè deferretur. Quod cũ *In lib. de Bononiẽſibus Epiſcopis.*

 factum

Digitized by Google

factum eſſet clero, religioſis ordinibus ac magiſtratu, & quatuordecim circiter hominum millibus occurrentibus, atque ea in pompa, per octo dies ſummo cum honore geſtata, ſtatim optata ſerenitas atque tranquillitas conſecuta eſt.

Et quoniam non dubito gratum habiturum lectorem, ſi vnde illa Deiparæ imago in montem Guardiæ allata ſit, indicem, id paucis exequar. Vir quidam in Græcia vitæ innocentiâ venerandus, Conſtantinopoli in vrbe ſacra ſanctæ Sophiæ, vidit imaginem B. V. M. cum hac inſcriptione. Tabula hæc Lucæ Euangeliſtæ manu picta, in fanum eius, monti Guardiæ inædificatum ferenda. Ibique ſupra altare locata, ſanctiſſime colenda.

Ipſe autem cupiditate incenſus quiſnam eſſet mons ille, ſacerdotes templi adit, à quibus id reſponſi refert ſe à parentibus accepiſſe eam imaginem ſumma ſemper religione habitam, necdum tamen poſt varias inquiſitiones compertum vbinam eſſet mons ille Guardiæ. Tum ſe ipſe ijs pollicetur vſque eò peragraturum orbem donec montem illum reperiat. Itaque accepta imagine per varias regiones diſcurrit vbique ſciſcitando vbinam terrarum eſſet mons Guardiæ. At fruſtra. Donec tandem Romam perueniens à quodam Bononienſi ciue, qui tum in vrbe ſenator erat, didicit vbinam aſſurgeret ille mons cum templo D. Lucæ dicato, vt habebat inſcriptio. In agro inquit noſtro Bononienſi mōs ille, illudque templum eſt, altero haud longius lapide ab vrbe diſtans. Igitur vir iſte Bononiam tendit, Bononienſibus quantum afferat theſaurum explicat. Illi tridui ſupplicationes indicunt, quas

amplíſsi-

ampliſſimâ pompa, ſumma religione obiere, cæleſte illud donum per vrbem circumfertur feſto cantu concelebrantes. Tertia deinde in veſperam inclinante die frequentiſſimus populus, ſacram imaginem, Guardiam proſequutus eſt. Quam in templo S. Lucæ in ipſo montis apice: ſupra aram, vt ſcripto monebantur, ritè collocarunt. Ad eam innumera propè miracula fiunt, quod ex votiuis tabellis patet, & ex donarijs varijs, cereis, argenteis, & aureis.

4. Porro quemadmodum circum geſtatione imaginis Deiparæ Bononienſes ſerenitatem impetrare; ita Florentini pluuiam. Res ſic ſe habet.

Anno 1354. Florentini cum 3. & eò ampliùs menſes cælum non dediſſet imbrem, & arentia arua omnibus ferè ſegetibus iacturam ferrent, imaginem B. M. V. quæ apud Prunetam, Sacellum ſeruabatur, in ſupplicatione publica detulere, quæ dum circumferretur, eo ipſo die cœlum nubibus obductum fuit, & poſtridie ita abundè pluit (vt & ſeptem conſequentibus diebus continuis) vt vbi ſterilitatem metuebant, omnia ab interceſsione Reginæ cœli abundanter prouenerint. *Villan. l. 4. c. 6.*

Iulij 6.

1. IN Iudæa S. Iſaiæ Prophetæ.

Hic ſi quis alius Prophetarum de B. V. M. prophetauit: Ecce Virgo concipiet & pariet filium cap. 7. Egredietur virga de radice Ieſſè cap. 11. Vbi per virgam Mariam ſignificat, quã antea virginem parituram & prophetiſſam appellaue-

pellauerat, eamque non niſi ex Iſai ſeu Ieſſe, id eſt, è Dauidis ſtirpe prodituram oſtendit. Aſcendit (Meſsias) ſicut virgultum & ſicut radix de terra ſitienti cap. 53. Per terram ſitientem Beatã V. Mariam intelligit, ex qua, virili ſemine non irrigata natus eſt Chriſtus. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem & ingredietur Ægyptũ. Per nubem leuem (teſte S. Hieronymo) intelligit corpus S. V. M. quod nullo humani ſeminis pondere prægrauatum eſt. Eſt etiam nubes leuis quia nullo peccati pondere onerata, omni autem benedictione gratiaque cæleſti completa fuit. Ita Anſelmus, omitto breuitatis cauſa reliquas prophetias.

2. Anno 1604. vulnus incurabile in milite à Deipara curatur. Fuerat hic in rixa ictus gladio punctim, idque in manu iuxta pollicem: ſed ita, vt ad cubitum læſio & vis pertingeret, ac nerui plerique brachij eſſent abſciſsi. Dum curatur, inflammatio ſuperuenit, aſſerunt medici brachiũ abſcindi aut vitam debere: miles ad Diuam Hallenſem votum vouere, & intra paucos dies ſanitatem recipit non tamen perfectam, manu remanente manca, & primoribus tribus digitis rigidis & ſine motu. Itaque ad Deiparam Sichimenſem ſe confert, inuocat, globulos quibus preces ſolet perſoluere ſacerdoti offert vt ſacram ſtatuam tangant. Dum recipit, manum laxatam videt, moueri, claudi vt antea, & nihil ex contractione vltra eſſe.

Iulij

Iulij 7.

1. PAulus 3. anno 1537. ad impetrandam Chriſtianorum principum concordiam, miraculoſam Deiparæ imaginem publica pompâ geſtari curat. De ea vide fuſius ſupra ad 14. Martij.

2. Anno 1605. Diua virgo Aſpricollis longè illuſtriſſimum miraculum à filio impetrauit, erat Ioannes Clemens Helueſius à natiuitate claudus, debilis imo monſtroſa quadam facie corporis, tibiæ & pedes contracti, & antrorſum verſi in pectus, ſic vt genua iniungerentur & adhereſcerent nec eſſet digitum aut aliud immittere tanquam natiua concretione: Imo vero cauitas & velut putei apparuere ſub pectore cum ſanatus ille fuit. Idem in vtroq; femore & ventre imo iungebantur. Globoſum aliquod corpus diceres nec ſtare, iacere, ambulare. Sedere tantum & ſedendo proſerpere manuum aliquo nixu, quæ fulcris etiam iuuabantur. Audita porro fama miraculorum Diuæ mõtis Aſperi petit ad eam deferri. Vectus eſt curru, in ſacellum repſit, confeſſione culpas eluit, ſacram hoſtiam ſumpſit. Paulo poſt viſus eſt animo collabi & dolores in omni corpore ſentire, denique ſudor à capite ad calces deffluere. Et dum conatur egredi atq; aëre refici, magis increuit morbus, manſitque volens nolens totum diem in veſperam. Tunc ſolemnes Diuæ laudes canebantur, & ipſe ante aram: ſentitque palam à terra ſe attolli, & pedes ante contritos & ligatos laxari, *Lipſius.*

Digitized by Google

ri, deijci, idque thorace qui velabat, per vim diſrupto, & ſtatim directis pedibus ſuis ſtetit. Ipſe attonitus, quid alij? In tanta mutatione, animo iterum labi & corpore viſus, ſed erigitur, in ſede collocatur, veſtes tegendo adferuntur & ſeminalia inducuntur. Vires deinde magis magiſque augeſcere, ipſæ tibiæ tenues & exſuccæ, carne & ſanguine impleri. Alterum autem mirum: vulnus in capite ante dies 15. acceperat, nec id coiuerat, coiuit ſponte ipſo illo tempore & cicatricem accepit. Hæc turbis ibi viſa, hæc Louanij cum rediijt, hæc Bruxellæ, & quis non concurrit? Audiui medicos primarios & talium haud temere credulos exclamantes: verè hanc vim & manum Dei eſſe.

3. In monte S. Eligij monaſterio Diœceſis Atrebatenſis tranſlatio S. Vindiciani Epiſcopi Cameracenſis.

De huius erga Deiparam liberalitate vide 11. Martij.

Iulij 8.

Io Buzelin. 1. ANno 1552. Duaci Deipara rebus admirandis populum ad maiorem ſui cultum exciuit. Huius ſtatua exteriori parieti templi D. Petri adhærebat intra cancellos ferreos concluſa, quæ iam tum erat in veneratione. Euenit autem vt aliqui ad eam ſupplicaturi de via diuerterent, ac circum pueri petulantius coram eadem inter ludendum ſe gererent. Hæc vero immodeſtia cum Dei genitrici diſpliceret, contra ſupplicantium preces arriderent, ibi quibuſdam puerorum, eius imago viſa eſt commoueri, iiſque percu-

percutiendis manum extendere. Ad hoc miraculum pueri conſternati, ſocios admonent, ac repentè ſe cum tremore domum ad parentes corripiunt, quæ euenerint narrant. Ad eam narrationem & famam intra ſexqui horæ ſpatium maximus fit ad eam iconem concurſus. Ac tantus etiam poſt ardor, tam exteros quam incolas Diuam venerandi inceſſit, vt ſolidum octiduum is locus interdiu, noctuque à frequẽtiſſima multitudine celebraretur. Neque defuere tum temporis varia miracula, ſex claudis redditus greſſus, mortuo vita data, cœco viſus, alijs alij beneficijs Deiparæ obſtricti.

2. Conſtantinopoli paſſio SS. monachorum Abrahamitarum. Hi ob cultum Chriſti imaginũ ac Deiparæ, Diuorumque omnium reſiſtentes Theophilo imperatori, martyrium conſummarunt.

3. Herbipoli in Germania S. Kiliani Epiſcopi & Martyris, hic perſuaſit (vt videtur) Hetano duci ad fidem à ſe traducto, vt à fundamentis ibidem D. Virgini templum excitaret, quod hodieque, non vulgari fabrica viſitur.

4. Anno 1115. obit in Domino Petrus cognomine Eremita.

Hic primus prædicator ſanctæ Crucis ſeu belli ſacri contra Turcas Deiparæ infeſtiſſimos hoſtes à Domino meruit declarari, qui & ei apparuit Hieroſolymis (quo ſe contulerat pietatis cauſa) eumque tum ad Pontificem Vrbanum, tum ad Occidentis principes miſit, eos ſolicitaturus ad ſacrum iſtud bellum ſuſcipiendum quod & optimo euentu perfecit. *Tyrius Molanus.*

5. Duaci anno 1532. Deipara incipit clare-

re mira-

re miraculis in ſuo ſacello prope D. Petri tem-
plum canonicorum.

6. Natale S. Landradæ Virginis.

Molanus. Hæc in horridæ eremi meditullio iuxta Beli-
ſiam oppidum territorij Leodienſis, tuguriu[m]
(ſolitudinis amantiſsimæ) ſibi extruxit, quamqu[a]
nobiliſsima ſtirpe nata. Poſtea vero vbi mirific[i]
operis crux diuinitus delapſa in lapidē impreſ-
ſionem fecit, ibi Eccleſiam ædificauit in honor[e]
genitricis Dei Mariæ. Huius corpus 1. Beliſiæ ſe-
pultum, poſtea inuētum eſt (miniſterio haud du-
biè Angelico) tranſlatum in Wintershouen cœ-
nobij S. Bauonis poſſeſsionem, vbi ipſa ſepelir[i]
voluerat. Ad eius reliquias plurima fiunt mira-
cula.

Iulij 9.

1. ANno 1582. Maurus quidam cum i[n]
altum puteum cecidiſſet, miraculos[e]
ſeruatur.

Huius miraculi recenſet Hiſtoria Montiſſerra-
ti teſtes magno numero, eoſque omni exceptio-
ne maiores. In cęteris, generalēm inquiſitore[m]
inquiſitionis Hiſpanicæ, Doctores, Licentiatos,
Nobiles & cæteros. Erat autem hic puteus ci[r]-
citer 20. perticas altus in quem Mauricum illu[d]
mancipium, dum aquam haurit, cecidit capi[te]
præuio. In ipſo autem caſu, quamquam necdu[m]
ſacris noſtris initiatus Maurus, Deiparam incla-
mauit vt ſibi opem ferret, quod & ipſa reip[ſa]
præſtitit, nam chorda putei quam nunquam d[e]-
ſeruerat nixus, pedibuſque ad murum putei ap-
plicitis ſenſim è puteo & è tanta profundita[te]

cunct

cunctis admirantibus emerſit.

Agnouit autem Maurus Deiparæ beneficium, inſtantiaque magna Baptiſmum petijt: quem & impetrauit. Ita Deiparæ patrocinijs, ſeſe tum à morte corporis, tum multò magis animi liberatum fuiſſe prædicabat.

2. Prima tranſlatio ſeu eleuatio corporis S. Eleutherij Epiſcopi Tornacenſis anno 881. Quid hic commercij habeat cum Deipara vide 20. Februarij. *Molanus.*

3. Octaua viſitationis ab Vrbano 6. inſtituta, quam obſeruant Cluniacenſes, Præmonſtratenſes, Ciſtercienſes, Dominicani, Auguſtiniani, Carmelitæ, Cæleſtini &c.

4. Anno 1469. dedicatur in pago Nenuz dicto nō procul Pariſijs ad Sequanam, templum Dominę noſtræ Bononienſis ad mare. Ædificatum eſt hoc templum, liberalitate peregrinorum qui Bononiam ad dictam Deiparam ſe pietatis cauſa contulerant, in quo & erecta eiuſdem ſodalitas in quam inſcriptos inuenio ſex Galliæ Reges. Varia etiam miracula in eo templo fiunt ad interceſſionem B. Virginis. *Iacobus Breulius*

5. Anno 1616. publica eſt Romæ Bulla Pauli 5. circa immaculatam Conceptionem Deiparæ, & affixa ad valuas Baſilicæ S. Petri. Vide 8. Decembris.

Iulij 10.

1. HOdie & tredecim diebus ſequentibus oſtēditur Aquiſgrani in templo Deiparæ, eiuſdem ſacrum induſium, idque quolibet ſeptennio dumtaxat. Quo tempore eò fit maximus *Petrus Beeck in Aquiſgrano.*

mus concurſus, potiſsimum vero fiebat ante hos bellorum motus, quando ex tota pene Germania, Gallia, & Belgio, maximè vero Pannones, Sclaui, Saxones, Friſones, cęterique quos Carolus magnus armis ſubegerat, & fidei ſacræ ſubiecerat. Aquiſgranum confluebant. Inter quos Vngari, Sclauones, & Boemi in hac ęde Deiparæ aras annuo cenſu dotatas erexerant, quo capellanū ſuæ gentis haberent apud quē quolibet ſeptennio peccata ſua ponerent, aſsignatæque erant ſingulis hiſce nationibus ſuæ ſtationes ad ſpectādas reliquias. Narrat Meyerus (vt hinc zelus & frequentia populi agnoſcatur) anno 1440. tantam fuiſſe hominum vim ad has ſacras reliquias honorandas, vt cum tecta domorum conſcendiſſent, inter eas vna nimis onerata conciderit, quo caſu exanimati viri 19. & ad octoginta grauiter luxati. Extra hæc tempora, maximè ſub feſtum Natiuitatis Domini, maximus fit etiam Aquiſgrani concurſus, licet tunc ſacra hęc lipſana non oſtendantur; liceatque ea tantum venerari, non intueri.

In Annalibus Flādriæ.

Natali Domini anni 1496. numerata ſunt peregrinorum millia centum & quadraginta duo, & tamen conſtanti fama tunc vulgabatur, longè plures in reliquiarum ſolemni oſtenſione adfuiſſe.

2. Anno 1580. Liberat Virgo Hallas (oppidum eſt Hannoniæ B.V. Mariæ templo miraculoſo celeberrimum) ab Oliuerij Tempeli, j qui Bruxellę præerat, aggreſsione, qui bis id aggreſſus eſt, nono & decimo menſis huius, at fruſtra, licet in eo vix quadraginta eſſent nouelli milites qui eam tuerentur, neque ſit aut ſitu aut opere muni-

Lipſius in Diua Hallenſi c. 7.

munitum. Duo tum mira contigerunt. Quidam è copijs Templij iactabat ſe ſuis manibus Hallenſi mulierculæ (Dei parentem intelligebat) naſum abſciſſurum. At quod impius ei intentabat ipſemet ab eâ expertus eſt, nam glande plumbea inter primas excuſſa, ſcurræ illi naſus ablatus eſt. Vltra pœnam id etiam conſecutus eſt vt à commilitonibus irrideretur qui identidem hominem Hallas ad naſum recipiendum mittebant. Alter in eadem expeditione (Ioannes Ryſſelmanus) comminatus erat ſacram ſe ſtatuam Deiparæ Bruxellam abducturum, atque ibi igne crematurum. Audiere blaſphemiam Deus & Diua, illique os & mentum tormenti ictu abſtulere, & paulo poſt ipſam vitam.

3. Legati à Cæleſtino Papa miſsi ad Concilium Epheſinum pro tuendo Deiparæ honore contra Neſtorium, hodie appellunt Epheſum, & eadem die in Synod. introducti, à cœleſtino ad Synod. literas obtulerunt legendas. *Baron. t. 5.*

4. In Eccleſia Orientali annua celebritas ob Synodum Chalcedonenſem fœliciter conſummatam. In tanti enim beneficij memoriam in damnatione perditiſsimæ hæreſis Eutychianæ, quæ ſacræ Incarnationis myſterium abolere præſumpſerat. Orientales eandem ipſam Synodum annua celebritate conſecrarunt. Eam S. Leo Pōtifex, ſecundam poſt aduentum Domini feſtiuitatem orbis appellauit. Vide 26. Iunij de Eutychetis in Virginem blaſphemijs. *Menolog. Græcor.* *In Epiſt. ad Theodoret.*

Iulij 11.

Baronius 1. QVinta hodie habita actio Concilij Epheſini pro tuendo præcipuæ titulo B.V.M. qui eſt Dei parentis. In ea Pontificis Romani legati ſuperuenientes in damnationem Neſtorij calculum ſuum adiecere; jam enim ante in præcedentibus actionibus à concilio damnatus erat.

Io. Buzelin. 2. Anno 1520. cum Cyſonienſes monachi concinendis in laudem D.V.M. veſperis operam darent, ſubito fulmen in chori medium citiſſimè penetrat omnibus attonitis, ſed intactis, inde turrim multis infernè ſacellis circumornatam, ſupernè campanis ſuauiſſimi ſoni ac pyramide prçalta nobilem corripit, totamque liquefacto ære nolarum abſumit. Datum miraculo Deiparæq; meritis quòd attentè pieque laudes eius modulantibus religioſis nullum ex eis fulgur afflauerit extinxeritque.

Iulij 12.

1. ANno 1429. vitâ ſanctiſſimè fungitur Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis.

Hic in cæteris ſtudium ſuum aduerſus Dei genitricem prodidit, varijs in eius feſta concionibus edendis. Explicando canticum Magnificat tractationibus 21. quæ refertiſſimæ ſunt laudum eiuſdem Deiparæ. Quarum tractationum proœmium ſic incipit. Canticum Mariæ tractaturus in ſolatium peregrinationis meæ vergentis in occaſum (vtinam fœlix matutinum, carens veſpere ſubſe-

ſubſequatur) decreui &c. Idem licet grandæuus & ſummæ vir apud reges & magnates authoritatis docebat paruulos orationem Dominicam ac ſalutationem Angelicam. Neque exiguum eſt, erga Deiparam affectus argumentum, quod eius intuitu, quia tam eximiæ Virginis ſponſus, impensè diligeret S. Ioſephum. Quod teſtatur Poëma cui titulus Ioſephina. Officium & Miſſa quæ de eo compoſuit, variæ Epiſtolæ ad varios & ad Eccleſias earumque Præſules. Tandem ad Ducem Bituricenſem de celebrando feſto S. Ioſeph: quæ omnes Epiſtolæ ac poſtrema maximè, incenſum ſpirant affectum erga Deiparam eiuſque ſanctiſſimum ſponſum.

2. Natalis dies S. Ioannis Gualberti Abbatis qui à quodam ſuo monacho moribundo, cruce è manibus ægri accepta dæmonē fugat, & egregiè verberat, quo fugato adſunt B. V. M. cum SS. Petro & Benedicto. *In eius vita.*

3. Anno 1618. Ioachimus Rupertus Germanus altero claudicans crure, loripes puer motus & greſſus rectitudinem impetrat. Diriſſimam hic cruris inflammationem perpetiebatur, cuius ardor nec fomentis nec cataplaſmatibus vllis ceſſerat. Inſecuta erat neruorum omnium tum in coxendice & genu, quam in pede contractio, vt is extrorſum fœda curuitate ab altero crure diſtorqueretur. Hinc notabilis abbreuiatio tendinum ac fœda claudicatio nullo ſanabilis remedio. Durat miſeria multis menſibus donec tandem pueri parentes ad virginale Weyerenſis Dominæ domicilium ſe cum donario voto ituros promittunt. Nec fruſtra, nam paucos intra dies, ſenſim puer cæpit ambulare, & vtroque pe-

Digitized by Google

de vt ante morbum rectiſsimè vti, diſtortione autem illa remanente. Abeunt itaque & votum ſoluunt nouumq; Deiparæ auxilium ſentiũt. Tollitur enim à pede omnis curuitas, vt nihil amplius inter eum & alterum diſcriminis obſeruetur.

4. Anno 1559. obit Henricus 2. Galliæ Rex. Hic Dominæ noſtræ Bononienſis dictæ (cuius templum extruxit Clotarius 2. Gallorũ item Rex) ſtudioſiſsimus fuit vt cui ſtatuam Deiparæ argenteam cum prægrandibus quatuor eiuſdem metalli lampadibus faberrimè conflatis cęlatiſq; pia deuotione contulerit.

Author Elenchi. Hiſtor. Ephimerica Gallicè Pariſijs edita.

Iulij 13.

1. ANno 1617. publicis mandatum tabulis ab inſanabili eriſipelate curatio.

Morbus hic Kunegundam quandam nõ modo capite, auribus, oculis, vultu, ſed vniuerſo corpore tenebat, eiq; ſummos dolores afferebat. & quidẽ abſq; vlla quiete, ob incredibilẽ æſtum membrorũ omniũ idq; multis mẽſibus. Adhibita remedia morbũ acuebãt. Accedebat febris, capitis ac cerebri afflictio tanta, vt inſania nõ procul abeſſet. Iam de vita illius conclamatum erat.

Itaque & deſeritur ab humana ope, ſed non à diuina. Nam iã iã agonizaturiens ſentit ſe interno inſtinctu vrgeri ad Deiparæ Weyerenſis opẽ flagitandam. Quod quidẽ magna ſpe facit votoq; ſe illi obſtringit. Audi mirum. Hora non elabitur & ecce vredo omnis euaneſcit, membra inflammata & inflata detumeſcunt. Ægra ſurgit ſana, & ſine mora properat Weyeram. Quæ non ſine ſpectabili comitatu appulit hac 13. Iulij, ſolemnique

que atteſtatione beneficio ſibi conceſſo à Deipara, publicam fidem authoritate publica procurauit.

2. Anno 1562. puer omnium iudicio mortuus, ad vitam redit.

Hic dum aquam haurit ab aqua hauſtus eſt, & in puteum decidit. Vnde mortuus educitur capite varijs locis ſaucio brachijſque ac tibijs fractis. Itaque tum parentes eius tum vicini & amici qui magno numero conuenerant, in genua prouoluti ſummo affectu Deiparæ Montiſſerratenſis præſidium implorant, eoque maiore ſpe quod eadem, parentis huius alteri filiolo vſum loquendi quem nunquam habuerat, impertita erat. Audijt benigna mater eorum ſuppplicationes, vitamque reſtituit defuncto puero, quod plurimorum teſtimonijs, qui miraculum iſtud oculis hauſerant, poſt modum confirmatum eſt.

3. Anno 574. natale S. Ioannis Papæ eo nomine 3.

Hic monaſterio D. Mariæ Sueſsionenſis (quod modo S. Medardi dicitur) varia indulſit priuilegia. Exemit illud ab omni nouo tributo, à decimis, à ſubſidio dando regibus titulo belli. Item ab omni Regum iuriſdictione, denique illud ſub ſua protectione ac Romanę ſedis vult eſſe. *Choppin. l. 1. monaſt.*

4. Anno 1234. Greg. 9. S. Dominic. ſanctorum albo adſcribit.

De huius erga Deiparam ſtudio vide 4. Auguſti.

1. Anno 1621. vita fungitur Albertus Auſtriacus Belgij princeps. Hic ad Beatā V. Hallenſem frequens itabat. Donum ſuſpendit lampadē

argenteam pondere & opere inſignem, & vecti-gal annuum addidit vt perpetuò ante ſacram effi-giem luceret. Verum amplius adhuc coluit ean-dem virginem in Aſpricolle Sichimenſi Braban-tiæ, nam ei ſacellum ædificauit ad miraculoſam eius imaginem collocandam decentius. Varia tū aræ tum ad ſacrificandum ornamenta donauit. Quæcunque rara & pretioſa reperit in ijs quæ ad ſe mortuis Rodolpho & Matthia Imperatoribus eius fratribus, peruenerunt, ea vniuerſa contulit cultu Deiparę & ornamentis amplificandis, quo-rum pleraque ſunt ſupra omnem æſtimationem. Vide de ijs noſtram Bellipotentem Virginem. Vbi & leges Albertum per multos annos conſe-quentes ſeſe quolibet anno Sichemium contuliſ-ſe ad Deiparam venerandam, ibique ſingulis vi-cibus nouem dies exegiſſe orando, peccata ex-piando, ſeſe ſacra Euchariſtia reficiendo quam nouendialem in loco iſto moram, concludebat donis varijs Deiparæ relictis. Neque id omitten-dum, licet his prius acciderit, ipſum antequam in Hiſpaniam proficiſceretur ad connubium cum Sereniſſima Iſabella Philippi 2. filia, ſacram pur-puram Cardinalitiam (quam multos annos or-narat verius quam ab ipſa ornatus fuerat) ſuſpē-derit virgini matri quę Hallæ miraculis coruſcat, qua poſita gladio ſe accinxit idque eo ipſo die quo è vita abijt anno 1598. quod obſeruatione dignum videtur.

2. Natale S. Ioelis Prophetæ.

Cap. 3. Hic iuxta Hieronymum ſub fontis metapho-ra de B. V. M. prophetat. Hæc eſt, inquit, fons ſignatus, de quo fonte ille fluuius manat qui irri-gat torrentem vel funium vel ſpinarum: funium

peccato-

peccatorum quibus ante alligabamur, ſpinarum quæ ſuffocant ſementem patris familias.

Iulij 14.

1. HOdie ad ſuperos proficiſcitur S. Henricus Imperator inſignis Deiparæ cultor. Eius ope illibatam ſeruauit cum ſancta Cunegunde vxore virginitatem. Plurima Deo in eius honorem templa extruxit. Inter alia auguſtum illud Spiræ quod regia magnificentia inchoauit, Conradus 2. Imperator perfecit. Henricus porro ſemper prima nocte qua vrbem ingrediebatur ſolitus erat in Eccleſia S. Mariæ Maioris excubare, ibique diutius orare. Quod dum ſemel ab eo Romæ fieret, videre viſus eſt Chriſtum procedentem tanquam celebraturum ſacra myſteria innumeris ſtipatum cælitibus. Cumque ab Angelis caneretur Introitus: *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam &c. Iuſtitia plena eſt dextera tua,* omnes Chriſtum & Deiparam imitantes extenderunt digitos in Henricum tanquam id elogium ei optimè congrueret. Finito Euangelio librum Angelus tum Chriſto, tum Deiparæ, tum cælitibus omnibus obtulit vt eum exoſcularentur, quo peracto innuit B. V. Maria Angelo, vt idem faceret Henrico dicens: præbe ei pacis oſculum cuius mihi virginitas placet, & cum nimio raptus gaudio neſciret plenè intendere, Angelus ipſum in neruo tangens ait illi: hoc tibi erit ſignum dilectionis Dei ob tuam caſtitatem, & iuſtitiam, & deinceps ſemper claudicauit, vnde & vocatus eſt Henricus Claudus. Cœterũ quod de Roma dictum eſt, idem de alijs intellige,

In vniuerſum mille tẽpla erexit.

Nauclerus generatione 34.

quamcumq; enim vrbem ingrederetur, primam quidem noctem precandi gratia in illa æde conſumebat quā B. V. M. ſacrā reperiſſet. Eidē calicē aureū immenſæ magnitudinis, ac duabus inſignē anſis fabricari atq; dicari curauit. Inſuper monaſteriū B. V. ſacrū in Diœceſi Argētinēſi, quia præ nimia vetuſtate ruinā minabatur, reparādo fūdauit, & fundādo reparauit. Idē Baſileæ ann. 1039. primariū templū Deiparę erexit, curauitque ſede pontificia ornari. Idem ob preces cōiugis Kunegundæ, Eccleſiæ S. Mariæ ordinis S. Auguſtini ſanctimonialiū, Paſſauij in Germania dedit partē ſyluæ Nortuuald in comitatu Adalberonis. De ea donatione extat diploma 13. Kal. Maij ann. 1010. Idem magnam præbuit occaſionem per ſororem Giſelam, Stephano Hungarorū regi deſponſatā, vt is abiecto cū vniuerſo regno idolorū cultu ſacris noſtris initiaretur, ac Deiparam in primis coleret, quam ſanè incredibili ſtudio baptizatus proſequi cœpit, & ſanctus ipſe, ſanctum filiū ſuū Emericū in hoc pio inſtituto reliquit heredem.

Nauclerus Cuſpinian.

Scedelius

Chronic. ord.

2. Anno 1604. ex hac vita ad immortalē trāſit P. Gaſpar Bono ex familia D. Frāciſci de Paula.

Hic ex caſu equi grauiter ſaucius, ſed grauius ab hoſte ſuo à quo bipenni fortiter percuſſus in capite de vita deſperabat, ope Deiparę intra paucos dies cōualeſcit præter chyrurgorum expectationem. Atq; hæc dum mereret ſæculo, & militarem vitam ſequeretur, quo item tempore quotidie ſolitus erat recitare officium Deiparæ eiuſque percurrere roſarium, licet in caſtris verſaretur. tantum abeſt (quod militibus familiare eſt) vt ſine cauſa iuraret, quin potius frequentia ei in ore erant tria iſta nomina Ieſus, Maria, Ioſeph, quibus

Digitized by Google

bus & proferendis immortuus eſt. Et quorum pronuntiatione ſingularem quemdam guſtum ac ſpiritus dulcedinem percipiebat. Nullam Deiparæ imaginem inſalutatam præteribat. Supra omnes autem venerabatur eam quæ Valentiæ eſt, & vocatur Domina noſtra derelictorum. De qua illud mirabile fertur, quod occaſione ſancti iſtius viri hic paucis comprehenſum non arbitror fore lectori iniucundum. Cum aliquis ſubmergitur vel cum aliquis circa ciuitatem trucidatur, audiuntur in armario quo clauditur illa imago certi ictus. Eadem miraculosè prodit locum homicidij & quo loco ſit cadauer. Anno 1608. 28. Iunij cum quidam ob homicidiũ duceretur ad patibulum, in itinere proſtrauit ſe in genua coram ſacello in quo eadem imago aſſeruatur, enixè rogans virginem ne ſe extrema illa hora deſereret. Mirum, vix verba finierat cùm ab ea licet cõcluſa armario reſponſum redditur, quinque ictibus qui ab vniuerſo populo auditi ſunt. Et cum iterũ genu flecteret gratias Deiparæ acturus pro ſignis exauditionis datis, iterato auditi ſunt quinq; ictus vt prius. Hic beatus vir multis miraculis à morte claruit. Eius corpus anno 1609. 20. Septembris maxima ſolemnitate eleuatum eſt & in ſacello ei dicato collocatum.

3. Natalis D. Bonauenturæ eximij Deiparæ cultoris, cuius rei fidẽ faciunt permulti Rythmi in eius honorẽ editi omni ſuauitate pleni. Eo authore in capitulo generali totius ordinis Franciſcani (cuius ipſe miniſter erat generalis) conſtitutũ, vt vſq; ad Epiphaniã à feſto natiuitatis, verſus, Gloria tibi Domine qui natus es de Virgine, diceretur. Statuit etiam vt fratres populum hortarentur

ad

ad Deiparam ſalutãdam, ſigno campanæ audito quod poſt Completorium datur, quod credatur paſsim, eam tunc ab Angelo ſalutatam.

Præter rythmos, præclarè de Deipara in ſuis ſuper Magiſt. commentarijs ſcripſit. Edidit etiã ſpeculum B. V. M. in quo eius præconia perſequitur.

In Epiſtola quam vocat 25. memorialium, vbi quædam ad viè viuendum tradit, ſic loquitur. Vt glorioſam reginam Domini noſtri matrem benedictam in ſummo habeas honore, & vt in cunctis tuis neceſsitatibus tanquam ad refugium tutiſsimum te conuertas; illam in tuam aſſumens aduocatam, deuotiſsimè ac ſecure tuam & cauſam committes quia mater eſt miſericordiæ.

Quotidie ſtude ei ſpecialem reuerentiam exhibere, & vt tua deuotio ſit ei grata, eius puritatem mente, & animo in te ſeruando, toto conatu nitere, humilitate, & manſuetudine eius veſtigia imitare.

Molanus 4. Natale S. Baſini Regis & Martyris.

Hic exſtitit fundator Eccleſiæ S. Mariæ in Truncinio prope Gandauum. Cum autem eam contra Barbaros tueretur, grauiter vulneratus Martyr migrauit ad Chriſtum.

Quod autem in feretri imagine ad thoracem geſtet lilium, ſuſpicio eſt eum non quidem Franciæ ſed in Francia regem fuiſſe ſeu regulum.

5. Philippus Galliæ Rex vita excedit.

Hic templum Dominæ noſtræ de victoria iuxta Siluanectum (Galli Senlis) ædificauit ob victoriam contra Othonem 4. Imperatorem ope B.M.V. partam circa annum 1215.

Idem

Idem cœnobium Dominæ noſtræ Boni Portus in Gallijs ædificat, licet id tribuatur à nonnullis Richardo Anglorum Regi.

Idem auguſtiſſimum Pariſijs Deiparæ templũ inchoauit quod ex Galliæ mirandis eſt potiſſimum, columnis 120. ſuſtinetur. Longitudo paſſuum 174. latitudo 60. altitudo 100. In ambitu habet ſacella 45. portas 11. ſtatuis 28 Regũ inſignes. Ad latera turres ſeu moles. Campanariæ viſuntur altitudine 34. cubitorum. Campana maxima cui à S. Maria nomen viginti viros flagitat cum pulſatur, ſonitus ſereno cœlo per 7. leucas auditur. Hæc ille. *Merula in Coſmograph.*

Idem Iudæos capitales Chriſti & eius parentis hoſtes toto regno excedere iuſſit, vnde multos procerum irritauit quod ijs pietate, lucra potiora eſſent. v. 26. Febr. *Guagui. l. 6.*

Iulij 15.

1. ANno 1274. diem claudit extremũ Frater Vmbertus ordinis D. Dominici generalis 5.

Cum huius tempore Innocentius 4. Bullam contra ordines mendicantes edidiſſet ne ſeculares abſque expreſſa paſtorum licentia audire poſſent in tribunali pœnitentiæ, alijs additis quę valde eos ordines affligebant: Ipſi ad orationis Aſylum confugerunt, ac Dominicani quidem per vniuerſum ordin. Poſt matutinas preces noctu perſolutas ſubiecerunt, pſalmos pœnitentiales cũ litanijs, additis orationibus ad S. Virginem & B. Dominicum nec fruſtra, nam dum eæ recitarentur, quidam religioſus vidit reginam Angelorum,

ita

ita natum ſuum compellantem. O fili exaudi eos, ô fili exaudi eos. Ac mox aduertit illam à filio exauditam. Hinc natum Romæ inter Cardinales & prælatos eius temporis prouerbium iſtud. Cauete à litanijs fratrum prædicatorum, mira enim operantur.

Tyrius. Molanus. 2. Anno 1099. à Duce Godefrido Bullonio capta eſt ſancta ciuitas, ac Ieroſolymâ pulſi Turcæ, Deiparæ hoſtes, olim hæc victoria celebrabatur die iſto cũ officio duplici addita octaua. Sicut enim (teſte Hieronymo) Iudæi annue celebrare *In c. 1. Sopho.* ſolent luctum euerſæ Hieruſalem, ita maiores noſtri memoriam ereptæ à Turcis vrbis ſacræ, celebrarunt vſque dum verſa eſt in planctum. Eratque principium diuini officij. Ecce nomen Domini venit de longinquo.

3. Prodigium in imagine B. M. V. quæ nulla vi potuit à manibus eã tenẽtis auelli ab hæreticis. Hiſtoriã narrat P. Ribadeneyra quæ in pauca cõtracta ſic ſe habet. Imaginẽ B. Virginis ad exemplũ eius quam S. Lucas depinxit ſeruaturq; Romæ in S. Maria Maiore, Pater Ignatius Azebedius in Braſiliã cũ 38. ſocijs proficiſcẽs ſecũ Româ detulerat ann. 1570. quo in itinere ab hæreticis & prædonibus Caluini ſectatoribus deprehẽſus, hac imagine in manus ſumpta ad officiũ & pietatẽ tanquã ſociorũ ſuperior & prouincialis, eos hortabatur, deinde obuiã hoſtibus factus cũ ea quã diximus imagine, omnes cõteſtatus eſt ſe pro fide Catholica mori, quod nõ ferẽtes hæretici, vno ei in capite, tribuſque in pectore inflictis vulneribus, & ijs ne quicquã ſacrã Deiparę Imaginẽ extorquere conantibus in mare precipitatus eſt vnà cũ ipſa imagine, quæ de Ignatij manibus

In vita B. P. Frãciſci Borgiæ l. 4. c. 4.

nunquam

nunquã exciderat, octo & triginta eius ſocij vna cum ipſo martirij coronam adepti ſunt. Id etiam mirabile quod eius corpus in mare proiectũ non ſubſidit vt cætera, ſed brachijs ad inſtar crucis expanſis, quam longiſsimè oculi ſequi potuere, ſuper aquas ferri viſum eſt, quod ſacræ iſti imagini quam manibus tenebat, iure aſcribere licet.

Iulij 16.

1. CElebris feſtiuitas B.V.M. à Carmelo, in cuius honorẽ etiã ſodalitas instituta eſt, maximis gaudẽs priuilegijs. In eius honorẽ feriam 4. cuiuſq; hebdomadæ peculiariter dicatã colunt cõfratres eaq; die à carnibus abſtinẽt. Quomodo porro die proximo ſabbati ab eorũ morte liberẽtur à purgatorio vide initio vbi de ſabbato n. 5.

Vide Cartagenam in libello de ortu iſtius ordinis.

2. Illuſtris & qua nulla vnquam clarior extitit victoria Hiſpanorum de Mauris B.V.M. ope. Eam paucis ex Hiſtoria attingam. Anno 1212. Alphonſus 8. Caſtellę Rex caſtra ſua contra infinitam Maurorum vim mouit, ac ſuperatis locorũ anguſtijs ruſtici ducatu (quem Angelum fuiſſe probabile eſt, quia operâ nauatâ nuſquam comparuit) inſtructa acie certamen cum hoſte inijt, ſuis prius ſacra communione refectis. Victoria aliquamdiu anceps fuit: tandem cum noſtri cæſis prioribus barbarorum agminibus, ad extremam aciem infinitæ multitudinis perueniſſent, præeunte eos ſigno crucis ex vexillo in quo erat Imago ſanctiſſimæ Virginis, perfectam de hoſte victoriam reportarunt. In eius enim aduentu (inquit Rodericus) acies hoſtium innumera quæ hactenus ſatis immobilis permanſerat, & nobis reſtiterat, cæſa gladijs, fugata lanceis,

In Epiſt. Alphonſi ad Innocent. 3. Pontific. Ex Mariana li. 11 Ribadeneira &c.

Digitized by Google

lanceis, & victa ictibus, terga dedit. In ea pugna ducenta Maurorum millia cæſa ſunt. Ex Chriſtianis vero 25. aut 30. dumtaxat occubuere. Vexillum verò illud Dei genitricis in quo eius imago, qua viſa Mauri tam bellicoſi, tamque numeroſi in fugam exterriti ſe dedere, in Toletana ſeruatur Eccleſia. Eius porro victoriæ memoria quotannis celebratur 16. Iulij Mauricis vexillis explicatis omnique lætitiæ ſignificatione. In ea victoria præter cętera id fuit mirabile quod cum tot hoſtium millia iacerent in omnibus corporis partibus detruncata, etiam ſpoliata, in toto campo nec ſignum ſanguinis potuit inueniri.

3. In Eccleſia Orientali feſtiuitas celebratur Concilij Chalcedonenſis de qua ita (Leo Pontifex 2.) inquit eſt poſt aduentum Domini, hæc orbi feſtiuitas, redditum ſæculo eſt prædone proſtrato (Eutichete) incarnationis Dominicæ myſterium. Hæc & plura Leo Magnus. Quibus adde redditam eſſe Virgini matri ſuam matris Dei & hominis dignitatem. Anno 1226.

Baron. ann. 451. in fine.

4. Obit Dux Burgundiæ & Flandriæ Comes Philippus cognomine Audax anno 1468. Huius beneficio (inquit Locrius) Neoportus Flandriæ oppidum, templum parœciale Deiparæ inſcriptum, conſequitur.

Baron. ad ann. 431.

5. Actio 6. Concilij œcumenici Epheſini pro defenſione Deiparæ contra blaſphemum Neſtorium. In ea oblatus eſt à Cyrillo, Synodo querelarum libellus contra Ioannem Antiochenum Epiſcopum quod Neſtorio communicaſſet, & clandeſtina Synodo ex eiectis Epiſcopis collecta, auſus eſſet ipſum, & Memnonem Epiſcopum Epheſinum de gradu deponere, nul-

la

la ſeruata iudicij ratione.

6. Anno 1216. humanis eximitur Innocentius 3. Pontifex. *Mariana l. 11.*

Hic ordinem militum de Auis qui militant ſub patrocinio Deiparæ confirmauit. Eum ordinem inſtituit Luſitaniæ Rex Alfonſus contra Mauros.

Idem Sermones conſcripſit de Deipara & hymnum rithmicum de eadem cuius hoc eſt initium. *Caniſ. l. 5. c. 27.*

Aue mundi ſpes Maria,
Aue mitis, aue pia,
Aue plena gratia,
Omnis boni copia &c.

Eius etiam eſt ita precatio quam nonnullæ Eccleſiæ ſequũtur. Interueniat pro nobis, quæſumus Domine Ieſu Chriſte apud tuam clementiam glorioſiſſima Virgo Maria digniſſima mater tua, cuius ſanctiſſimam animam in hora paſſionis & mortis tuæ doloris gladius pertranſiuit.

De eodem apud Surium in vita S. Lutgardis hæc inſuper habentur timoris ſimul, & conſolationis plena. Dominus Innocentius 3. Papa poſt celebratum Lateranenſe Concilium ex hac vita migrauit, moxque apparuit viſibiliter S. Lutgardi. Illa vt vidit illum ingenti flammâ cinctum, quiſnam ſit percunctatur. Reſpondit autem ſe eſſe Innocentium Papam. Et illa cum gemitu: Quid hoc eſt, inquit: communem noſtrum Patrem tam dire cruciari? Reſpondit ille: Tres ob cauſas ita crucior, quæ etiam me æternis ſupplicijs iuſtiſſime addixiſſent, niſi per interceſsionem pijſſi-

pijſſimæ matris cui monaſterium condidi, in extremis me pœnituiſſet, & æternam quidem mortem euaſi, ſed pœnis atrociſſimis vſque ad diem iudicij cruciabor. Quod autem ad te ſuffragia petiturus venire permiſſus ſum, id mihi à filio ſuo miſericordiæ mater impetrauit. Quibus dictis confeſtim diſparuit.

Cæſarius l. 7. c. 6.

7. Neque omittendum quomodo Deipara per quendam virum ſanctum qui ei erat à confeſſionibus, eum à moleſtandis religioſis Ciſtercienſibus ſibi deuotis auerterit. Literis ſuis mandauerat ordini iſti vt quadrageſimam partem omnium mobilium in ſuccurſum belli terræ ſanctæ tranſmitteret, Ordo vero priuilegijs ſibi ab eius anteceſſoribus datis innitens, non acquieuit iſti exactioni. Vnde Papa in tantum commotus eſt vt ſecularibus principibus indulgere proponeret vt ipſi poſſeſſiones ordinis vſurparent. Abbates vero qui in proximo generali conuentu cõfluxerant, ſpem ſuam in Deipara ordinis patrona ponentes, ſpeciales orationes indixere. In cęteris ſtatuerunt vt à capite quadrageſimæ nudis pedibus de capitulo exeuntes 7. pſalmos cum Litanijs canerent, quod & ab ijs factum. Interim ſupradicto eius confeſſario Deipara apparens in hæc verba Innocentio mandauit. Tu ordinem Ciſtercienſem cuius ego Aduocata ſum, deſtruere conaris, at non præualebis, & niſi cito reſipiſcas ego te & omnem potentiam tuam conteram. Territus Pontifex vlterius non perrexit, imo ordinis priuilegia roborauit. Hoc adiecit vt negotia ordinis primò omnium in curia expedirentur, eam gratiam cum & ſua bulla & Cardinalium ſubſcriptionibus firmaret, eique vnus dum-

taxat

taxat Cardinalis nigri ordinis contradiceret, ita in eum exarſit vt ſtatim eum amouere minaretur.

Quemadmodum eadem Virgo eiuſdem ordinis bona ſit tutata infælici morte eorum qui eã prædari conabantur, vide eundem Cæſarium l.7.c.7. operæ pretium eſt id legi ab ijs qui à ſuis cognatis bona data religioſis, repetere conantur, quia eorum hæredes, & quia alioqui ratione cõſanguinitatis ea bona ad eos perueniſſent, horrenda ſunt certè quæ hic author omni fide digniſſimus enarrat.

De eodem Innocentio 3. à maleuolis commoto in ordinem Dominicanorũ reuelauit Deipara Ferdinando Diaz Dominicano, Pontificis feruorem deſediſſe, & quæ contra libertatem atque inſtituta religioſorum ad impiorum ſuggeſtiones ſanxerat, abrogaſſe: eam porro reuelationem præceſſerant eiuſdem Ferdinandi orationes, vigilia & lachrymæ vt Deipara iratum Pontificem mitigaret. *Leander l.5.*

8. Addam viſionem quæ ad rem iſtam facit. Ferè ſub ipſam horam qua Inno. fatis conceſſit in ciuitate Peruſina, aliquis Abbas Ciſtercienſis, ſomno meridiano in quodam prato ante Peruſiũ (quò tendebat) oppreſſus hanc vidit viſionem. Vidit ad Orientem Dominum in alto throno ſedentem, faciem verſus occaſũm habentem, cum circumſtante in prato exercitu Angelorũ. Vidit etiã ab Occidentali parte eiuſdẽ prati hominẽ toto corpore nudum, ſed infulã Pontificis decoratum, verſus ſedentem in throno velociſſimè currentem & alta voce clamantem: Miſerere mihi miſero miſericordiſſime Deus. Vidit item *Anonymus in compilatione Chronolog.*

quod inſequebatur eum currentem magnus Draco vt deuoraret ipſum: cumque illum conſequi non poſſet Draco, ad ſedentem in throno Draco alta voce clamauit: Iuſtè iudica iuſtiſſime Iudex. Poſt hæc viſa & audita Abbas euigilauit, & viſio diſparuit. Ille autem exitum huius diſceptationis ſcire non potuit, donec accederet Peruſiũ, cui appropinquans audiuit ſonum campanarum & luctum flentium & dicentium: Heu Papa Innocentius obijt.

Iulij 17.

1. PIus 5. anno 1565. Carmelitanum ordinem (qui totus eſt Beatæ Mariæ Virginis) ſecundum reformationem ſanctæ Tereſiæ approbat. Quæ in ſola Hiſpania, ſexaginta monaſteria excitauit ſecundum iſtam reformationem. Porro ordinis iſtius ſeu antiquioris ſeu recentioris in Deiparam affectus, patet ex eo quod eius alumni vltra canonicas horas, eius etiam quotidie officium recitent, vt & poſtquam ſacris operati ſunt Antiphonam Salue Regina. Item quod feſtis eius plenariam à ſummis Pontificibus indulgentiam impetrarint. Quod omnium primis, tum in Paleſtina tum in Italia, domus Virgineæ (quæ modo Laureti) cuſtodia ijs ſit demandata. Quod in Mariæ Virginis honorem in monte Carmelo antiquitus oratorium extruxerint, vbi & ei ſpeciali cultu ſeruierunt idque iam tum ab Apoſtolorum tempore, aiuntque nonnulli fuiſſe iſtud ſeu templum ſeu oratorium (vtroque enim modo vocatum comperi) primum omnium in orbe, quod Deo in Virginis honorem dicaretur. Virgi-

Turſell. l. 4. c. 5. Ioſephus Antiochen. in ſpeculo perfect. c. 12. VValdenſis titulo 9 c 84. de ſacramentalibus. Platus l. 2. de bono ſtatus religioſi c. 2.

Digitized by Google

Virginis autem in iſtum ordinem amor patet in cæteris, ex eo quod cum de Carmelitarum antiquiorum inſtituto approbando ageretur, Honorio 4. Pontifici maximo Virginem per quietem aſtitiſſe ferunt, ac iuſſiſſe vt tum inſtitutum tum homines benigne complecteretur.

2. Natale S. Alexij confeſſoris.

Hic eſt de cuius ſanctitate locuta eſt imago Deiparæ. Res ſic habet. Cum hic ex 1. Romanorum nobilitate patriam, facultates, quin & ſponſam ipſam 1. nuptiarum nocte deſeruiſſet, vitam pauperem ac peregrinando ducens, clam omnibus inſcijs Roma Edeſſam peruenit. Ibi extabat templum clariſſimum B. M. V. in cuius veſtibulo ipſe annos 17. ſanctè tranſegit. Sed mirum dictu, ſancta Deipara imago cuſtodem ædis eſt allocuta & Alexij ſanctitatem prodidit. *Metaph.*

Iulij 18.

1. ANno 1625. Deiparæ honor ſancitur & reparatur publico ſupplicio ſumpto de quodam in eam ſacrilego. Iacobus Cleophas ex pago Andreluës in Hannonia qui in Deiparam dictam bonæ voluntatis, quæ Haureti colitur (ſeſquimiliario fere ab vrbe diſtat) recenterque miris operibus mortales ad ſui cultum incitarat, horrendas blaſphemias euomuerat, eius imaginem, veſtibus ornamentiſque exuerat, appenſos agnos diripuerat, baculo in eam valide impacto conatus in partes diffringere, quo ex ictu aiebant aliqui, liuorem in eius imaginis facie remanſiſſe, alij etiam lachrymas, atq; adeo ſanguinem ex ea manaſſe vidiſſe ſe aſſerebant: is Montibus pu-

blicè virgis cæditur, lingua ei ferro cadente perforatur, atque ex toto Montenſi territorio perpetuo exilio mulctatur. Grauiora paſſurus, & ad mortem damnandus ſi ſupra memoratorum criminum oculati teſtes inuenti fuiſſent.

2. Godefridus Bullonius Ieroſolymitanorum Rex vita fungitur anno milleſimo centeſimo.

Hunc Decanus & Capitulum Antuerpienſe in veteri membrana anni 1410. Iunij die 10. agnoſcunt conditorem Eccleſiæ D. M. V. Antuerpienſis.

Idem de Turcis Deiparæ aduerſarijs Ieroſolyma capta egregie triumphauit. Vide 15. Iulij.

3. Anno 1324. Ioannes 22. SS. Catalogo adſcribit D. Thom. Aquinatem. De eo vide 7. Martij.

Iulij 19.

IN Eccleſia Cameracenſi feſtum S. Annæ matris ſanctiſſimæ Deiparæ cum octaua inquit Locrius.

Hiſt. ſociet. Florentiæ anno 1561. vita pie fungitur Pater Deſiderius Societatis IESV.

Hic in cæteris virtutibus inuiſens carcerem, Noſocomium, varios per vrbem ægros ciues (quod frequens & cuique optatiſſimus faciebat) ibat per vias orâns, ac Deiparæ Virginis roſarium ferme terens.

Iulij 20.

1. NAtale S. Wlmari. Hic in Bononienſi agro monaſterium Siluiarum in honorem Deiparæ conſtruxit. Eò monaſticam adunauit congregationem vtriuſq; ſexus, ex confluentium turba. Vbi etiam occidentalium Saxonum Rex Ceadualla anno 688. Catechumenis eum inuiſit. *Molanus*

2. Anno 1033. obijt in Domino, pijſſimus Robertus Galliæ Rex. Hic ſacram ædem Dominę noſtrę de Campis prope Pariſios exſtruxit: licet nonnulli velint Dioniſium Galliæ Apoſtolū prima eius fundamenta poſuiſſe, vt vt ſit, elegantiore eam forma inclitus ille rex donauit adiecto prioratu. Præter illam; multas fundauit Eccleſias, quas omnes venuſtauit auro, argento, ac varijs martyrum memorijs. In honorem Chriſti qui nobis corpus ſuum de Virgine ſumptum in cibum dedit, die Iouis ſancto, trecentis pauperibus manu propria poplite flexo, legumina, piſces, panem, pecuniam ceu denarium vnum diſtribuebat, idque hora diei tertia, hora vero ſexta duodecim clericis pauperibus, præbendam panis, piſcis & vini concedebat, duodecim vnumquemque eorum honorans denarijs. Sanctam noctem natiuitatis Domini, partuſque Virginei (vt & nonnullarum aliarum feſtiuitatum) ſic totam ducebat inſomnem vſque ad ſummum mane, vt nec ſedens, nec ſtans ſomnum caperet, donec quam expectabat & deſiderabat ſalutiferam corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti perceptionem perciperet. Eo in templo cum *Ægidius Corroſetius in Antiquit Pariſiēſ.* *Helgardus Floriacenſis in eius vita.*

clericis Dei ac Deiparæ laudes canente muri Aualonis (ea eſt ciuitas Burgundiæ quam per ſuos obſidione cingebat) ſponte vt quondam muri Hierichuntini corruerunt. De eodem 8. Septembris.

Rodericus in Hiſtor. Hiſp. p. 4. c. 30.

3. Vitâ fungitur Ioannes 2. Caſtellæ Rex. Hic cum accepiſſet Saracenos non parua terris ſuis intuliſſe damna, D. Mariæ Guadalupenſis auxilio (de ea 27. Feb. & 26. Martij) ſortem ſuam committit, adeoque templum eius ingreſſus, preces fundit, munera offert. Hinc hoſtem aggreditur, fugat, frangit, ſpolia ampla legit, plurimaque loca recuperat.

4. Anno circiter 1132. Toletanæ Eccleſiæ quæ Deiparæ dicata eſt, ſtructura à Roderico Archiepiſcopo renouatur penitus; eiuſque lapis primus hodie collocatur.

Iulij 21.

De puerulo ad vitam reuocato.

Hiſtor. VVeyeræſis l. 4. c. 6.

1. ANno 1617. à pueri parentibus publicatur Weyeræ in ſacra æde Deiparæ, hoc illuſtre eius beneficium. Quod ita accidit. Petrus Kuning filium habebat bimulum quem cũ vxor domeſticis occupata laboribus in altiori ac penſili loco, nec faſcijs inuolutum, nec ligaminibus vllis à caſu munitum depoſuiſſet. Is è ſomno experrectus, corpuſculum hinc inde motitans ad marginem vſque perreptando, capite prono ac præuio decidit in pauimentum, cranioque conuulſo, concuſſo ac diſſoluto, manante ex auribus,

ore,

ore, naribus, oculis alijſque vulneribus copioſiſſimo ſanguine, tandem expirauit. Poſt varia parentum & vicinorum lamenta tempus humandi appetebat. Et ecce dum congregantur in funus prodituri, ſuggeritur vtrique parenti non humanitus (nemo enim id conſilij dederat) at cælitus, vt ſupplices fiant Reginæ cæli. Itaque coram omnibus in genua procumbunt. Deiparæ interceſſionem apud filium inuocãt ſuam ſibi prolem reſtitui deprecantes. Addunt annuæ peregrinationis votum cum ſacro donario.

Adhuc orationi vacabant, & ecce tibi luridũ puerulı vultum rubeſcere, aperiri labia, oculos moueri ac lachrimas emittere, ſtupor omnes corripit. Tum infantulus, corporis totius tremore, & quaſi animam iam denuò carni vnitam recepiſſet, & ploratu pariter ac ſi iam primum è matris vtero prodiens, lucis huius vſuram auſpicaretur, ſe vitæ compotem indicauit. Tandem erigit ſe omnino ſanus, abſque vllo doloris ſenſu aut ſigno, comedens & bibens, remanentibus interim aliquantiſper luxationum ſignis, quæ tamen & ipſa breui diſparuerunt.

2. Babylone natale S. Danielis Prophetæ.

Hic clarè de B. Maria Virgine prophetauit c. 2. ſuæ Prophetiæ cum promittit & prædicit lapidem, id eſt, Chriſtum qui de monte ſine manibus eſt abſcindendus.

Hîc Irenæus & alij Mariam faciunt montem, ſicut & Gregorius, à quo monte ſumptus eſt lapis ille probatus & pretioſus & angularis, qui fecit vtraque vnum, & cui innititur omnis ædificatio ſpiritualis: ſumptus inquam de monte ſine manibus, quæ hic teſte Hieron. pro opere nuptia-

L. 3. contra Hær. c. 28. in 1. c. Reg.

nuptiarum accipiuntur.

Franc. Taraph. Anno Chriſti 1212. Alfonſus 9. Hiſpaniæ Rex Saracenos ſeu Mauros capitales Deiparæ hoſtes, ingenti prælio vicit Vbedamque ciuitatē Boeticæ recuperauit. Miramamolinum Maurorum Ducem commiſſo ad Toloſam prælio vicit, in quo ducenta millia Maurorum rumor eſt cecidiſſe, & crucem è cælo apparuiſſe.

Iulij 22.

T.1. Conciliorum. 1. ANno 431. octauus Patrum congreſſus in Concilio Epheſino contra Neſtorium Deiparæ infenſſimum hoſtem. In eo actum eſt de fraudibus Neſtorianorum ſub ſpecie Niceni Concilij ſimplices decipientium.

Meyerus. 2. Anno 1144. dedicatio templi Dixmudēſis in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſanctæ eius genitricis &c. à RR. Milone Morinorum Epiſcopo.

Io. Buzelin. 3. Anno 1533. Maria Hungariæ Regina ac Belgij moderatrice, per totum Belgium ſupplicatio inſtituitur. Eam hodie celebrarunt Duacenſes. Quo die dictu eſt incredibile quanta vis tum ciuium tum aduenarum, cancellatæ ibidem Virginis miraculis celebris ædiculam frequentarit, tū vt patriæ ſaluti conſulerent, tum vt ſibi aliquid impetrarent. Vide 8. huius.

4. Maſſiliæ in Gallia natale S. Mariæ Magdalenæ. Hæc preterquam quod Deiparæ adhæſerit frequēter in itineribus, quibus ipſa filiū ſuum ſequebatur, & quod cruci cum ea aſtiterit: Tradūt Annales Galliæ eam cum Martha ſorore ibidem duo templa exſtruxiſſe, Chriſto Domino vnum,

Dei-

Deiparæ alterum, quæ 17. Decembris dedicata ſunt præſentibus varijs Epiſcopis, Maximo Aquẽſi Trophimo Arelatenſi Eutropioque Auracenſi, qui & primi Gallicanam vineam excoluerint.

Iulij 23.

1. ANno 1373. tranſitus S. Brigittæ viduæ. Huius natiuitas à B. Hemingo Deo reuelante cognita eſt. Cum enim nocte quadam orationi vacaret vidit nubem lucidam & in eius medio Virginem ſedentem, librum explicata manu tenentem ſibique dicentem: nata eſt Brigito filia, cuius admirabili voce mundus omnis perſonabit. Eadem Brigitta Deipara reuelante cognouit quid premij rependeret aliquando eidẽ Hemingo, eo quod omnes ſuas conciones ab eius laudibus (cui tota vita deuotus extiterat) inchoarat. Dic inquit illi Epiſcopo quia omnes prædicationes ſuas inchoare ſolet à laude mea, ego volo ei eſſe in matrem, & eius animam præſentare Deo. Huic non abſimilis extitit quidam feruens concionator qui conciones omnes alicuius de ea miraculi narratione claudebat. Qui morti proximus SS. Virginis conſpectu & auxilio cõfirmatus eſt, & incredibili lætitia perfuſus, & laudes virgineas, & ſuum ipſe ſibi epinicium (nequidquam frementibus dæmonibus) concinens emigrauit. Verum ad Diuam noſtram redeamus.

Io. Vaſtonius.

In Reuelat. extrau. c. 104.

Specul. exempl.

Hæc impensè Deiparam coluit, quæ viciſſim ei perfamiliaris extitit, vt patet ex libris reuelationum eiuſdem Brigittæ. Cui inter cætera immacula-

maculatam ſuam conceptionem reuelauit. Cum ſeptimum attigiſſet ætatis annum vidit Deiparam habentem in manu pretioſam coronam quæ dixit ei. Viſne habere hanc coronam & illa annuente impoſuit eam capiti eius. Vnde ſenſit quaſi circulum coronæ cingentis caput.

Beatę Brigittæ in partu periclitanti, & iam à medicis depoſitæ. Beata Virgo ei quaſi ſerico albo induta apparuit, & ſingula iacentis membra tetigit, ſtupentibus qui aderant vniuerſis. Qua egrediente, mox ſine difficultate peperit.

Eidem Angelus Romæ prope venerabile Sacramentum in Eccleſia S. Laurentij in Damaſo ad cuius latus ipſa habitabat, dictauit Dei iuſſu ſermonem de excellentia B. V. M. quem & excepit ex eodem iuſſu. Qui debet legi in matutinis diuiſim per ferias hebdomadæ per anni circulum.

Narrat Bloſius in Monili ex libro reuel. eiuſdem.

Subijciam reuelationem à Deipara ei factam quæ magna futura eſt ſolatio peccatori.

Quantumcumque (inquit ad eam Deipara) homo peccet, ſi toto corde cum vera emendatione & charitate ad me confugerit, ſtatim parata ſum recipere venientem. Nec attendo quantum quis peccarit, ſed quali intentione ac voluntate ad me redit. Nam peccatoris quantumlibet ſit vilis ac ſordidus, non dedignor eius plagas tangere, vngere & ſanare, quia vocor & verè ſum mater miſericordiæ.

Neque id de Deipara in eam affectu ſilendum videtur quod Deipara eam nurum vocaret, quod

ſcilicet

ſcilicet filij eius Domini noſtri Ieſu Chriſti ſponſa eſſet.

Huic porrò erat frater nomine Iſrael qui anno 1348. ad cælos abijt. Dies ignoratur, quò fit vt hic collocetur.

Hic in Deiparam præcipua ferebatur deuotione, eius patrocinio ſe ſuaque ſemper cõmendans. Nericię legiferi dignitatẽ quæ ſumma eſt, tamdiu conſtanter (licet ad eam admittendam ab ipſo Rege ſolicitaretur) repudiauit, donec reuelatione B. V. M. monitus eam acceptauit. Cum iam iam hoſtes fidei Moſcouitas ſchiſmaticoſque Barbaros eſſet inuaſurus incidit in morbum, ſentienſq; ſe breui migraturum ad Dominum aſcendit in templum dicatum B. Virgini, ibique digito imaginis eiuſdem annulum quem geſtabat pretioſum impoſuit, dicens. Tu mihi Domina es ſemperque fuiſti cariſſima, ſuper quo teſtem inuoco filium tuum, ideo me & animam meam tuæ prouidentiæ do, dico, addico. Vide l. 6. Reuelation. D. Brigittæ c. 95. & l. 8. c. 29. alioſque rerum Suetiæ ſcriptores qui etiam regiam dignitatem cũ corona ipſi delatam ab eo repudiatam aſſeuerant.

2. Anno 1360. natali B. Ioannæ de Oruieto, ex familia D. Dominici.

Hæc quodam die feſto Aſſumptionis Deiparæ cum audiret legi Hiſtoriam feſti, & apud ſe reputaret quemadmodum ea ad tantam euecta eſſet gloriam, in extaſim rapta eſt, corpuſque eius à terra ſurſum ſublatum, diutius ita permanſit, donec ſenſim in locum ſuum reſtitutum eſt.

Accidit vt cum cæteris ſororibus Chriſti corpus

corpus ſumere non poſſet. Vnde multum dolenti apparuit Deipara vlnis filium ſuum complexa, qui in hæc verba ad illam Ioanna, licet me hodie non receperis in venerabili Euchariſtia, nihilominus me ſemper habes intus in animo per gratiam & amorem eximium quo me proſequeris.

Iulij 24.

1. CAmberonenſis templi in Hannonia fundamenta ponuntur ſub ann. 1148. quod diu apice ſuo cum caruiſſet, tandem perfectum, Deiparæ conſecratur ſub ann. 1240.

Templum iſtud à nobiliſſimo viro Anſelmo, Domini Traſignienſis filio Peronę Domino & Canonico Sonegienſi fundatum tradit Guiſianus. Qui addit eum Deo & S. Bernardo quicquid agrorum poſſidebat in tractu Camberonenſi obtuliſſe, eoque miſſum Faſtredum cum aliquot ſocijs ad monaſterium conſtruendū ann. 1148. & primum loco Abbatem conſtitutum.

In M. S. Hanno-niæ Chro-nicis.

In hoc templo ab anno 1322. Deiparæ imago vſque modo miraculis claret. Primum fuit occaſione Iudæi qui ficté baptizatus erat retinens in corde Iudaiſmum, quo impulſus haſtam in Deiparæ imaginem quinquies vibrauit, vnde ſtatim cruor emanauit. Vide fuſius in Hiſt. Camberonenſi edita Duaci anno 1602.

2. Anno 1612. ad meliorem vitam commigrat Frater ſanctus Panormitanus, ordinis Minimorum.

Chronic. Hic ſub mortem orationem ſuam ad Deiparam (cui in omni vita addictiſſimus fuerat) conuertit,

uertit, ei gratias agens pro varijs quibus ea interueniente à Deo cumulatus fuerat beneficijs, eiq; ſpiritum ſuum mox exiturum commendans, vſitata illa Eccleſiæ prece: Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege & hora mortis ſuſcipe. Hic inter cætera ferreum cingulum ſupra carnem nudam geſtabat alijſque modis carnem macerabat adhuc ſæcularis, & vix adoleſcentiam ingreſſus, quo eodem tempore ſabbato ad honorem Deiparæ ieiunabat. Puerulus quotidie genibus nixus coram Deiparæ imagine, eius Litanias recitabat, (quibus poſtmodum etiam de nomine IESV adiecit) ad quas domeſticos omnes inuitabat, obijt 18. natus annos, de quo dicere licet, quod conſummatus in breui expleuit tempora multa.

Iulij 25.

1. NAtalis dies S. Iacobi Apoſtoli. De quo ita Hiſtorici Hiſpani & alij. Cũ D. Iacobus multis laboribus & annis nouem dumtaxat animas in Hiſpania prædicans, Chriſti fidei adiunxiſſet, ad Iberi fluminis ripas mœſtus conſedit, cui ex Paleſtina B. Virgo ab Angelis trãſlata apparens, dolorem ponere iubet, aſſerens quod non faceret ipſe, id facturos eius diſcipulos qui totam gentem Hiſpanicam ad Chriſti fidem adducturi erant. Apparuit autem ſuper iaſpideã columnam ſublimem, iuſſitque Apoſtolo vt Deo in ſui memoriam templum ædificaret. Itaque factum Cæſarauguſtæ, atque iſta columna ſacello recluſa, effecit vt is locus, noſtra Domina de columna vocetur.

2. Anno

2. Anno 1492. moritur Romæ Innocentius 8. hic eximia pulchritudine auream bullam cum gentilitijs inſignibus donum miſit Laretũ, Lauretanæ Virgini ſuſpendendam è collo. Pontificale inſuper amiculum (pluuiale vocant) ex holoſerico villoſo auroque magnificis ſane floribus pictum, & opere phrygio prætexto margaritiſque conſpicuum. Ad hæc peripetaſmata contexta ex auro, ſericoque.

Ioan. Burchar. in diario. Huius mandato morientis eius nepos Laudentius Cardinalis S. Cæciliæ in Baſilica S. Petri ſacellum ab eo in honorem Dei genitricis inchoatũ perfecit, ac amplo reditu dotauit. Quatuor ſacerdotes qui ſexagies Miſſæ ſacrũ quolibet anni menſe ibi peragerent, optimis prædijs attributis perpetuo inſtituit. In eo ſacello poſitum ferrum quo patuit latus Saluatoris, Innocentio 8. ab Imperatore Turcarum Bayazete miſſum.

3. Vita exit Paulus 2. Pontifex.

Cum hic imaginem miraculoſam S. Mariæ in Porticu (ea eſt quæ S. Gallæ apparuit) in Pontificium ſacellum deferri iuſſiſſet, altera die in propria æde collocata diuinitus inuenitur.

4. Anno 1580. in Domino obit P. Baltazar Aluarez Societatis IESV.

In eius vita c. 26 Hic ab ipſo tirocinio ſingulari fuit deuotione, SS. Deiparæ addictus, cuius officium tanto animi ſenſu recitabat vt ſocius, quo cũ illud legebat, obſtupeſceret videns eius ſpirituale conſolationem, cum ad certos verſus perueniebat. Vnde dæmon eam deuotionem tentans impedire: horrendas ei tẽtationes ſuggerebat. Ac dixit ei dæmon aperte, remitte tu & ego remittam. Præcipuè vt iſtam deuotionem dimittas quam habes in iſtam mu-

lierem

lierem quam Mariam appellant. Vndę patet quã odit Dæmon affectum & cultum Deiparæ. Sed hoc ipſum patrem amplius exſtimulabat.

Laureti exiſtens in itinere Romano, à Deipara ſingularia accepit dona, quæ & eum docuit quæ ad eius ſalutem & perfectionem multum referrent. In cæteris commendauit ei deuotionem ad SS. Ioſephum ſponſum ſuum.

Roma ſecum detulit iconem Deiparæ ad viuum expreſſam ex imagine S. Mariæ Maioris à S. Luca depictæ, quam pulchre exornatam in ſacello eleganti quo tirones conueniunt ad ſua exercitia ſpiritualia, Metinæ collocauit. Quod ſacellum ipſe frequenter viſitabat, prolixe coram ea imagine fundens preces & interdum totas noctes ibi manens.

Inſuper ſemper gerebat eius imaginem in ſignum magni affectus, & tanquam tutum ſcutum contra tentationes. Accidit ei Valliſoleti cum in publico quodam ſacræ inquiſitionis actu contigiſſet locus, ex quo non poterat theatrum in quo ipſi inquiſitores & publice pœnitentes erant aſpicere, quin prius multas fœminas quæ in altero erant theatro ante ipſam, aſpiceret. Quod cum videretur ei indecens, extraxit imaginem Deiparæ, quam ſecum ferre conſueuerat, in quã ita oculos, & cor infixit, vt cum actio illa publica per 7. horas integras duraſſet, nunquam oculos ab ea imagine diuerterit, neque magis fuit conſcius eorum quæ ibi geſta erant quam ſi præſens omnino non fuiſſet.

Singulariter colebat SS. Virginis feſta, & feruenti oratione ſe ad ea parabat, in quibus etiam ſingulares percipiebat viſitationes & fauores.

Quodam

Quodam die conceptionis orauit Deum vt poſt tot annos cor adeo ei ad eum conuerſum daret, quale dedit matri ſuæ in primo inſtanti conceptionis. Eodem die Chriſtum rogauit vt quandoquidem ſeipſum nobis dans, etiam æternum ſuũ patrem, ac dulciſſimam ſuam matrem nobis dedit, cum hac gratia det etiam aliam: vt ſcilicet nos ipſos eiſdem tradat, vt & æterno eius patri ac matri, eam reuerentiam & amorem quem par eſt exhibeamus. Et vt eandem det nobis in matrem vt fecit Diuo Ioanni.

Non tantum eam ipſe honorabat, at vt cæteri idem facerent, laborabat.

Author fuit cum P. Martino Guttierrez, Patri Franciſco Suarez vt quæſtionem quondam conſcriberet in qua oſtenderet Deiparam maiore ornatam fuiſſe gratia quam ſit gratia omnium ſimul Angelorum & hominum; quod & reipſa præſtitit.

Vide t. 2. in 3. p. diſp. 18. ſec. 9.

In cælum migrat Thomas à Kempis anno 1471.

Author vitæ.

Hic dum puer eſſet certas preces quotidie Deiparæ recitabat, nam valde diligebat eam. Verum pro naturæ & ætatis fragilitate ſenſim modo vnum diem, modo duos. 3. 4. neglexit. Tandem omnia huiuſmodi exercitia dimiſit. Quod dum ab eo fieret, viſus eſt illi noctu quaſi ſtaret cum ſuis condiſcipulis audiens ex ore magiſtri ſui verbum Dei, vidit etiam tum Dei genitricem è nubibus in locum illum deſcendẽtem, quæ circumiens fratres, qui audientibus verbum Dei loquebantur, quæ nunc hunc, nunc iſtum amiciſſimè complexa, gratias videbatur eis refundere, quod tam pijs admonitionibus id agere conarentur, ne

pretium

pretium ſanguinis filij ſui in illis adoleſcentibus periret. Hæc videns ſperabat fore vt etiam Deipara illum amplexaretur, vt pote ei addictum, eiuſque perſtudioſum, at cōtra accidit:ſed Virgo ad eum, fruſtra inquit amplexū amoris petis hoſtis acerbe qui ſolitam precum penſionem mei oblitus non perſoluis. Vbi ſolitæ orationes? Quomodo in te refrixit ardor charitatis tuæ in me? Et audes audaci fronte amplexum petere qui magis argui meruiſti? Et indignabunda vultum auertens: abi inquit à me. Atque ſic iuſtis increpationibus correptum relinquens, Deipara cælo ſe reddidit. Cæterum adoleſcens euigilans agnoſcit culpam, proponit deinceps præteritam compenſare negligentiam. Et ne Virginis fruſtraretur amplexibus, ſtatas ſuas ad eam preces reſumpſit, quas & ad vſque vitæ exitum conſtanter recitauit.

6. Anno 1323. quidam ſe ſiſtit S. Virgini Montiſſerratenſi publiceque profitetur ſe poſt cæcitatem anni vnius & dimidiati à medicis & chyrurgis deſertum, Deiparæ precibus viſum recuperaſſe.

7. Hoc eodem die & anno alius coram eadem Virgine atque idoneis teſtibus faſſus eſt ſe ab hora 12. aduſque ſextam veſpertinam ad arborem nauis à Pyratis ſuſpenſum, & poſt tot horas implorata ſcilicet ope Deiparæ ſanum eſſe ab ijs inuentum, atque ob hanc cauſam liberum dimiſſum.

8. Iſto ipſo die neque non anno Monſerratum peruenerunt viri 20. miraculosè ſeruati in præſentiſſimo vitæ diſcrimine. Res ita habet.

Cum hi nauigarent vecti naui Maiorcenſi, tanta repente orta eſt procella vt malum fregerit, temonem atque anchoras abſtulerit, ac totas tres noctes ac dies tenuerit. Ita vt tantæ tempeſtati impar nauis circa puppim fracta ſit & aperta, aquâ in eam liberè ſeſe inſinuante. Quare cum non aliud quam mortem operirentuſir, ſinguli ad Deum confugere, publica ſibi mutuo facta confeſſione peccatorum, atque in terram proſtrati magnis vocibus ac gemitibus Deiparæ Montiſſerratenſis opem implorare. Mira res. Dum in eo toti ſunt, en tibi cæleſte lumen è cælo deorſum ferri, atque angulum nauis occupare; quo in loco tam diu perſtitit dum tempeſtate omni ſublata portum tenerent ſani & incolumes.

9. Anno 1613. ſacram D. Virginis Weyerenſis ædem inuiſit mulier, ab ea ab informi claudicatione liberata.

Ea primum tumore dextræ tibiæ ſic vexabatur vt calceari vltra non poſſet. Mox ab eo ſingula in ſingulis partibus vlcera nata, fœda, immedicabilia, oris purulentis ac ſideratis, carne mortua. Inſuper puris emanantis tantus erat fœtor vt nemo eum ferre poſſet. Nec chyrurgus erat, qui viſo tam atroci vlcere, eius medelam in ſe recipere auderet. Acceſſit tandem contractio tibiæ ita malè affectæ vt nec mouere eam nec flectere poſſet. Atque ita palmo circiter breuior effecta, omnem gradiendi facultatem adimebat. Ergo humanis deficientibus præſidijs ad B. V. M. ægra recurrit. Addit votum ad ſacratiſſimam eius Eccleſiam precibus & votiuo munere inuiſendam. Et ecce de repente vlcera exiccari, putridæ carnes decidere, ſumma, totum crus intra

paucos

Digitized by Google

paucos dies perfectè ſanari, ita vt longiſſima etiã itinera abſque labore conficeret.

Iulij 26.

1. FEſtum D. Annæ matris ſanctiſſimæ Deiparæ, quod ob filiæ merita celeberrimum eſt Myndæ, Marcoduræ in ducatu Iuliacenſi (vbi eius caput aſſeruatur multis clarum miraculis) Auguſtæ, Oſuaburgæ, Remis, Metis, Strigonij, Sangallij, Lucernæ: Duaci, vbi eius pes oſtenditur. De miraculis S. Annæ ſcripſit Tritemius Abbas. Vide Ianuar. 19. n, 3.

2. Henricus 2. Valeſius ſacratur Rhemis & coronatur.

De eius in Deiparam ſtudio. Vide 23. & 28. Auguſti.

Iulij 27.

1. MOritur Eccleſius Rauennæ Epiſcopus, dum paternas ædes in templum erigit D. Mariæ Virgini matri, quod Maioris appellauit, quod alia eſſent ſacra illi minora templa in eadem vrbe. *Hierom. Rubens.*

In eius templi teſtudine D. Mariæ Virginis imaginem, tanta artificis eruditione, opere vermiculato, pictam fuiſſe fertur, vt nihil pulchrius & ſimile magis, poſſet videri. Ad eius pedes hæc carmina legebantur,

Virginis aula micat Chriſtum quæ cœpit ab aſtris,
Nuncius è cœlis Angelus ante fuit.

Aa 2 *Myſte-*

Myſterium verbi genitrix & Virgo perennis
Auctoriſque ſui facta parens Domini.
Vera, magi, claudi, cæci, mors, vita fatentur
Culmina ſacra Deo dedicat Eccleſius.

Eiuſdem Eccleſij imago, templum D.M.V. ac infanti Chriſto Deo offerentis in D. Mariæ Maioris cernitur, opere picta vermiculato, ſed ita corrupta, vt, niſi eorum, qui prȩſunt, liberalitas latius pateat, paucis ab hinc annis penitus collapſura ſit. Quemadmodum & eandem ob cauſam anno M D L, ſede ob Pauli tertij Pontificis Maximi obitum vacante, pulcherrimam eã, de qua ſupra diximus imaginem Diuæ Virginis matris, & carmina vna cum aurea pene teſtudine ingenti ruina ac damno corruiſſe vidimus: in quo maximũ quidem certe contigit miraculum, quod cum inferius Euchariſtia loculo incluſa ſeruaretur, hinc atque inde ruina & lapidibus maximis decidentibus, & quaſi eam attingere non audentibus, incolumis & intacta permanſit, cum tamen vel ipſa pauimenti marmora in minutiſſimas partes confracta ſint.

Iacobus Boſius in Hiſtor. equitum Rhodior.

2. Anno 1480. memorabilis victoria equitum Rhodior. in Turcas, ope SS. Deiparæ. Iã hoſtilis exercitus ſigna ſua collocarat ſuper Rhodienſium mœnia, cũ ecce tibi in aëre Turcis apparẽs Beata Virgo cũ ſcuto ac lancea quã comitabatur D. Io. Baptiſta, ac multitudo militum cum ſplẽdentibus armis qui omnes ad ciuitatẽ recuperandã properare videbãtur. Quo viſo ita exterriti sũt Turcæ, vt ſe licet iã pæne victores, ſine ordine in fugã dederint, ſeque mutuis vulneribus ad fugæ locum parandum confecerint: Quos & fugientes Rhodij

Digitized by Google

dij inſecuti ſunt, plurimoſque peremerunt.

3. Anno 1276. vita fungitur Iacobus I. Aragonię Rex, cognomento Victor ſeu expugnator. Hic poſtquam tria nobiliſſima regna è Saracenorum manibus eripuiſſet in Aragonia ad duo millia templa, in Deiparæ honorem ædificauit. Sub eiuſdem Virginis nomine ſacrum ordinem redemptionis captiuorum de mercede & de montoſa, eadem item nuncupatione erexit. *Paulus Barcin. Gomeſius Blāca.*

In Eneſſana in regno Valentiæ pugna contra Saracenos, inſignem de ijs tulit victoriam, inuocantibus eius militibus glorioſum S. Mariæ nomen, eique confidentibus. Ac parta victoria maximas Chriſto eiuſque genitrici gratias egit, totoque regno datis ad Antiſtites atque oppidorum magiſtratus literis, ſupplicationes ad eorum honorem fieri iniunxit. In ea pugna decem millia Saracenorum enterempta, quorum cadauera nullo apparebant ſauciata fuiſſe neque perfoſſa vulnere. Ex noſtris autem pauci deſiderati.

Idem captiuus in arce Montionis detentus, Beatiſſimæ Virgini cui ſemper ſe deuouerat enixè commendauit, ac tandem è cuſtodia eius ope exijt, ac tum ſupradictum ordinem redemptionis captiuorum inſtituit. Qui à mercede (*de la Merced*) nomen habet quæ vox Hiſpanis non præmium non pretium aut fructum laboris, ſed Latinè reddita, idem quod donum ſeu gratiā ſignificat, quia vtpoſtremum malorum eſt ſeruitus, & maximè quæ in vinculis fertur aut carcere, ita neque ſeruo aut captiuo beneficium maius impendi poſſe videtur, quam ipſum in libertatem vindicare. Antea à Simone Mōfortio carcaſſione *Gomeſius l. 2.*

in vinculis detentus fuerat, vbi & Deiparam liberatricem expertus eſt. Tertiò quoque à quodã Ferdinando carceri mancipatus cum Regina, cũ ſe per feneſtram demittere vellet, ab ea prudenter admonitus eſt, vt almæ genitrici Dei Mariæ, cui ipſe ſe à puero deuouerat, nunc totum commendaret, fore namq; vt ipſius ope Virginis qua fuit à Monfortio & arce Montionis liberatus, à præſenti quoque cuſtodia, honorificè eriperetur. Quod & reipſa poſt pauculos dies accidit.

In vita per Gomez. Idem grauiſſima conſtitutione ſanxit ne Iudæi in toto ſuo diſtrictu morantes aut Chriſtum aut SS. eius parentem blaſphemijs aut dicterijs ex more proſcinderent, vtque eadem ex libris ſuis quamprimum eraderent, ſub pœnis tum pecuniarijs tum corporeis, quæ eadem ſupplicia ex ijs ſumpſit qui vel non eraſiſſent, vel aliqua in contumeliam œconomiæ ſalutis noſtræ vomuiſſent. Idem trigeſies cum Mauris Dei parenti inimiciſſimis ſigna contulit, fœlici ſemper præliorum euentu. Maurorum gentem nunquam ſatis fidam regni finibus vti pelleret filio mandauit.

Ex Chron. ordinis. Eidem Iacobo in oratione defixo ac lumine quaſi in medio die circumdato, in ipſo lumine apparuit Deipara, à qua audire meruit quanti à Deo fieret eius zelus in Mauris debellandis, & in Chriſtianis ex eorum manibus & ſeruitute liberandis. Dixit hæc Regina, eumque monuit vt religionem ſub titulo B. V. M. de mercede redemptionis captiuorum inſtitueret, cuius præcipuum munus eſſet pretium ad id conquirere.

Audiuit hæc Iacobus, & lachrymis à ſuauitate dulcedinis perfuſus, ſe id facturum promiſit.

Digitized by Google

miſit. Vide plura Auguſti 10. & 6. Ianuarij numero 11.

Iuly 28.

1. ANno 1624. Iureiurando aſſeritur Deiparæ ope infantem in vtero materno pro mortuo habitum, tum baptiſmi gratiam, tum ſanitatis perfectę beneficium conſecutum. *Hiſtor. Dominæ Foyenſis Grauelingæ in Flādria.*

Huius mater iam 24. horas partus dolores tolerauerat, neque toto illo tempore vllum motum infantis in vtero ſenſerat, neque aliud vitæ argumentum experta erat. Quare obſtetricis ſenſu mortuus erat fœtus. Interea audit mater quam ſe beneficam exhibet Deipara Foyenſis, Grauelingæ, & magno animi affectu eius opem implorat vouetque ad eam, peregrinationem.

Et ne humana negligeret, ſi quæ eſſent præſidia aduocatur chyrurgus, qui totus ſeruandæ matris vitę intentus (certo enim certius credebatur proles mortua) ſumma vi per palatum & labrum alterum perforatum, puellam apprehendit, è matris viſceribus extrahit, & aliquamdiu in aëre ſuſpenſam tenet, quam obſtetrix veluti mortuam lauat ad ſepulturam, quod dum facit obſeruat, in eo aliquod vitæ veſtigium & oſcitationem. Moxque à paſtore ſacro baptiſmi fonte tingitur, & media hora poſt baptiſmum meliuſculè incipit habere, atque in templum defertur ad ſupplendas baptiſmi cæremonias. Et quod mirum eſt ne veſtigium quidem apparuit in ea læſionum de quibus modo diximus, & aliorum vulnerum, quę & chyrurgus, vnius matris incolumitati proſpiciens, ei inflixerat.

Digitized by Google

Platina. 2. Natalis S. Innocentij Papæ eius nominis primi.

Hic conſtituit vt ſabbato ieiunium ſeruaretur eoquod tali die Chriſtus in ſepulchro iacuiſſet, & quod eius diſcipuli ieiunaſſent. Et maximè Deipara (quo etiam reſpexiſſe Pontificé, vero ſimile eſt) omnium diſcipulorū magiſtra, Apoſtolorumq; vice Chriſti caput, & quæ in luctu mortis Chriſti principem locum tenebat.

Iulij 29.

Authores vitæ eius. 1. OBit laudatiſſimus Pontifex Vrbanus 2. anno 1099. atque eximius Virginis cultor. In Apulia in eius honorem Eccleſiam dicauit, & priuilegijs muniuit. Eo Pontifice Authore, horariæ illæ preces, quæ vulgo B.V.M. officium vocari conſueuere, non tantum à Clericis ſed etiam à laicis pro auxilio contra Saracenos obtinendo recitari cæperunt, contra quos trecenta Chriſtianorum millia, accepta prius ab eo benedictione arma ſumpſere, Aſiam inuaſerunt, captiſque oppidis deuaſtarunt.

2. Anno 1546. patres Concilij Tridentini ſtatuunt circa immaculatam Deiparæ conceptionem ſeruandas conſtitutiones Sixti 4. ſub pœnis in ijs contentis, quas & renouant.

Niceph. l. 14. c. 58. 3. Anno Chriſti 450. Piè obit Theodoſius iunior Imperator.

Hic Synagoga in templi formam redacta Cōſtantinopoli, pulchritudine & amplitudine exornata, inſignem Dei matris Eccleſiam conſtruxit, vbi minoribus alijs adiectis ædificijs venerandam Dei matris in ipſo ſanctioris menſæ tumulo zonā repoſuit.

repoſuit, & ex eo tempore, ea Dei matris ædes ſacri tumuli nomen eſt conſecuta.

Huius opera & auxilio, ſacroſancta Synodus Epheſina, (auctoritate Cæleſtini Pontificis indicta) congregata fuit. In ea damnatus Neſtorius Præſul Conſtantinopolitanus quod negaret SS. V. Mariam debere vocari Deiparam. Idem ſanctione edita damnauit libros impij Neſtorij, eumque mandauit deportari in Oaſim. *Euagrius l. 1. c. 2. Proſp. in Chronic.*

4. Taraſci in Gallia Narbonenſi natale S. Marthæ Virginis hoſpitæ Saluatoris & matris eius, comitis itinerum filij ſui. Vide de eadem 22. huius, & 17. Octobr.

5. Apud PP. S. Dominici octaua S. Mariæ Magdalenæ. De ea vide 22. huius.

Iulij 30.

1. ANno 1606. Paralytica repẽte cõualeſcit. Erat hæc monialis ordinis Carthuſiæ prope Bethuniam in Artheſia, quæ tã vehementi cordis oppreſſione ac neruorũ conuulſione & cõtractione laborabat, vt ſæpe ſenſu omni priuaretur, ac tãdẽ ea ſymptomata in paralyſim deſierũt. Cũq; ſpatio menſiũ 8 & eo amplius varia fruſtra applicuiſſet remedia, ſorores eiuſdem monaſterij cõpatiẽtes ægræ, eius nomine vouerũt peregrinationẽ ad collẽ Acutũ miraculis Deiparę celeberrimũ. Interim ipſa magno tenebatur deſiderio adeũdi tẽpl. aſſerebatq; ſe, ſi id fieret, ſperare Deiparę auxiliũ ſibi adfuturum. Itaq; partim fulcris nixa, partim ſociæ brachio, verſus tẽplũ proreptat, cum ecce tibi repentè ſentit ſibi tibias cæteraq; membra mirabiliter firmari, ac vires recuperare.

Quare

Quare & ſocia & fulcris valere iuſſis ſola ad templum firmo greſſu tendit, ſtupentibus monialibus vniuerſis.

Chronicõ Breſinij M.S. 2. Anno 103, è Cœlo detonans fulgur tẽplum B. V. M. Atrebati & Canonicorum ædes miſerabili incendio deuorauit.

3. Inſulis nobiliſſimo Emporio Belgij in cuſtodiam dati anno 1624. nebulones 4. ob violatam verbis contumelioſis Deiparam in ſua quadam imagine ad murum tabernæ meritoriæ, & ob eandem poſtmodum proiectam in foſſas ciuitatis. Hi quamquam proteſtarentur ſe Catholicos, & à Catholicis parentibus prognatos, magnamque offerrent pecuniæ vim in Deiparæ obſequium, cauſarenturque ſe vino ſopitos neſciſſe quid agerẽt: nihilominus lata eſt in eos hæc ſententia & reipſa executioni mandata. Comparerent linteati, pedibus capiteque nudo, manu prehenſò cereo ardente coram dicta imagine, ibique certa concepta orationis formula veniam à Deo, Diuaq; poſtularẽt. Deinde vt impoſiti currui per nobiliores vrbis plateas virgis cæderentur. Tertio vt in perpetuum tum vrbe, tum vniuerſa Caſtellania (vt vocant) exularent. Inſuper illi qui præ cæteris contumelioſior in Diuam extiterat, lingua candente ferro perforata eſt. Ad hæc quotquot interfuere dum dicta imago è muro tabernæ ſupranominatæ auferretur, damnati ſunt ad comparendum vt ſupra coram imagine in lineo amictu, capite pedibuſque nudis &c. Denique qui aduſque foſſas ciuitatis imaginem illis poſtulantibus tulerat, præter ſupradictam cum cæteris communem Deiparentis reparandi honoris rationem in lineo veſtitu, erecto theatro ante domum

mum ciuicam ibidem publicè, aſtantibus ſcabinis flagellatus eſt. Atque iſta eſt ratio diuinum ſibi ſuiſque ciuibus numen conciliandi, ſi qui ciuitatibus præſunt, eius genitricis honori vbi vel minimum is læſus erit, reparando ſerio inuigilent.

Iulij 31.

1. SVb annum 1218. apparet Deipara S. Raymundo Dominicano, Regi item Iacobo cognominato Expugnatori & cuidam Petro Nolaſco, ſingulis ſigillatim, idque eadem omnino nocte, ijſque ſignificat gratum illos facturos filio ſuo Ieſu Chriſto ſi quem ordinem erigerent ſacrum, qui inſiſteret redemptioni captiuorum. Quam reuelationem cum narrarent ſibi inuicem, & Epiſcopo, probauit vt id fieret. Quod & publicè peractum eſt die S. Laurentij inſequenti. Vide ibidem. **Ribaden. 6. Ianuarij ex antiquo Hiſtor. Chronic. ordinis.**

2. Anno 1556. ad vitam tranſit immortalem S. Ignatius Loyola Societatis IESV inſtitutor.

Hic à prima ſua conuerſione Deiparam in patronam delegit. Et ſane qui ſocietatem IESV, Virginis filij conditurus erat in matris eius conſtantiſſima pietate & patrocinio tantæ molis fundamenta ieciſſe meritò putandus eſt.

Cum in paterna domo de mutandæ vitæ ratione deliberaſſet, noctu (vt ſolebat) è ſtrato ſurgens, ad imaginem virginis feruentes per eam preces Chriſto obtulit, quibus ſe mundo valedicturum ſpopondit; quo tempore domus terræ motu contremuit, & cubiculum à fundamentis

eſt

eſt concuſſum, argumento vel preces eius per Virginem oblatas, exauditas vel exterminatum Virginis ope dæmonem, furoris ſui reliquiſſe veſtigia. Alia nocte, ipſiſſima Deipara paruulum Ieſum geſtans in vlnis, manifeſta luce ſe Ignatio præbuit viſendam, tanta lætitia vt à cunctis voluptatibus cœperit abhorrere, & ex eius animo Deipara omnium obſcænitatum imagines abſterſerit, ita vt deinceps omni ſenſu libidinis caruerit. Nonam deinde vitam inchoaturus ad Deiparam montis Serrati proficiſcitur, quo in itinere Deiparæ vouit caſtitatem. Quid autem ibi egerit vide 25. Martij.

Manceſæ vbi prima ſpiritualis vitæ fundamenta poſuit, dum horas B.V.M. in ſcalarum gradibus templi Dominicanorum recitat, inſignē habuit SS. Trinitatis cognitionem.

In honorem B.V.M. ſabbata obſeruabat.

Pariſijs in SS. Matris æde ſuburbana, quæ mons Martyrum dicitur, eius ope inuocata, cum ſocijs votum emittit paupertatis, & Hieroſolymam proficiſcendi, ad proximos in ſpiritu iuuandos poſt Theologiæ curriculum.

Sacerdotio initiatus antequam primum ſacrū faceret, anno vno ſe ad tantum ſacrificium præparat, obnixe Deiparam obſecrans vt aditum ſibi ad filium aperiret, ſeu vt loquebatur, vt ipſum cum filio ſuo poneret, id eſt, vt in numerum ſeruorum filij ſui, ſeu in eius familiam aſcribendum curaret.

Anno elapſo Romæ primum ſacrum ad Chriſti præſepe in Sancta Maria Maiore celebrat.

Idem Romæ in templo S. Pauli in ſacello B. M.V. atque adeo coram ipſa, ex voti formula (in

qua

qua etiam eius nomen incluſit) profeſſionem cũ ſocijs ſolemnem emiſit. In votis ſimplicibus Societatis nominatim etiam exprimitur Deipara ex Ignatij præſcripto. In exercitijs ſpiritualibus præſcribit vt 3. Colloquium fiat ad Deiparam, vt nos excitet ad fiduciam in ipſam. In omnibus ſuis deliberationibus eam inuocabat tanquam mediatricem apud SS. Trinitatem, & per eam ſuas deliberationes Deo offerebat.

Deiparæ vero opem Ignatius frequenter eſt expertus: vide l. 3. vitæ c. 6. in cauſa difficillima collóquij Patauini. *De qua infra 8. Septemb.* Cæterum egregiæ Ignatij in Deiparam voluntatis ipſimet hoſtes vtriuſque, coacti, teſtati ſunt. Nam cum Mutinæ anno 1600. per merita Ignatij plures dæmones è quatuor energumenis pulſi eſſent, & vnus inter cæteros peſſimus diu reſtitiſſet, tandem ad S. Ignatij nomen excedere coactus eſt, *Ribad. in vita cõpendio.* Sanctus inquiens Ignatius (quod ter iterauit) me eijcit ob ſuam humilitatem & potentiam, & ob eius ſingularem affectum erga SS. Virginem. Hæc & his plura Maffeius Ribaden. Hiſtoria Societatis & ex ijs P. Spinelli c. 35. Qui & plura addit de vniuerſæ Societatis communi ſtudio aduerſus Deiparam. Verum omittere nõ licet, quod narrat P. Ludouicus de Ponte in vita P. Baltazaris, piam *C. 43. §.* quandam perſonã, de cuius veritate, inquit, cum aliquid dicit, habeo eam moralem certitudinem quam in huiuſmodi rebus homo habere poteſt. Et erat talis cui Chriſtus Dominus, eiuſq; parens extraordinarios valde fauores exhibebat.

Itaque cum illa anno 1600. ſtatuiſſet facere domi ſuæ ſpiritualia exercitia Sancti Ignatij, vidit oculis mentis Archangelum Gabrielem

ad

Digitized by Google

ad ſe venientem quæ cum obſtupeſceret, dixit ſe eſſe miſſum à Deipara vt quædam ei ſignificaret. Ipſa præ humilitate cum adhuc magis ſtuperet, petijt vt priuſquam ea referret, ſineret ſe cum Deo agere de ea re, reſpondit Gabriel ſibi id placere. Itaque à Deo ardentiſſime petijt vt ab ea dignaretur auertere quidquid ſanctiſſimę eius voluntati contrarium eſſet. Cumque id diutius feciſſet, audiuit internam vocem Domini dicentis, vt Angelum audiret. Illa igitur ſciens hoc eſſe opus Dei flexis genibus audiuit verba Angeli. Is porro nomine Reginæ cœli ei dixit. Exercitijs quæ facere cogitaſti per meditationes & ratiocinationes (cogitando magnitudinem Dei & infinita bona quæ ab eo hominibus dantur) ſingulare obſequium Reginæ noſtræ præſtabis. Significat enim tibi ſe, & eſſe & fuiſſe tanquam patronam & fundatricem iſtorum ſocietatis exercitiorum. Nam ſe adiuuiſſe ac docuiſſe S. Patrē Ignatium vt ita fieret, ideoque ſe hoc nomine dediſſe initium iſti operi, imo & ſe toto vita ſua in ſanctis huiuſmodi exercitijs fuiſſe occupatam. Hæc reuelatio Archangeli. Quæ quidem (ſubdit P. Ludouicus) propter nos facta eſt, vt nos & cæteri qui huiuſmodi exercitijs excoluntur pluris ea faciant quæ talem habent fundatricem, protectricem, & adiutricem, qualis eſt Dei mater, quę etiam ea ipſa fecit licet infinite perfectius quam nos, voluitque rem hanc nobis reuelare vt ſanctiſſimum eius exemplum ſequeremur.

AVGVSTVS.

Quæ in hunc menſem incidunt, neque ſtatim habent menſis diem, primum ſibi locum vendicabunt.

1. FEſtiuitatem recollectionis feſtorum omnium B.M.V. celebrant Duaci tum Canonici D. Amati, tum D. Petri Dominica vltima Auguſti. Quod idem obſeruat Eccleſia Cameracenſis. Eandem colit Antuerpia, Dominica ab Aſſumptione ſecunda, cum ſolemni ſupplicatione in qua ditiſſima Deiparę imago Eccleſiaſticorum tum regularium tum ſecularium humeris viciſſim circumfertur. Huius feſti officium excuſum & Pariſijs anno 1507.

2. Henricus 7. Imperator, forenſes ſtrepitus, & ciuilia negotia, Aſſumptæ Virginis ſolemnitate proximante, miſſa faciens, iuſtitium indicebat, ſolis ſpiritualibus exercitijs vacans S. Franciſcus in honorem Deiparæ à feſto SS. Petri & Pauli vſque ad feſtum Aſſumptionis eius deuotiſſimè ieiunabat. *Caniſius l.5.* *Bona c.9*

3. Anno 1603. Tungris in Hannonia Deiparæ precibus puer mortuus vitæ redditur.

Eiuſdem

Robertus Haupor-tius de mira Deipar. Tungr. Carolus Stensbe-lius in Alexity-rio.

Eiuſdem 30. alia feruntur miracula. In ijs vnum quod multa complectitur accidit anno 1215. eo anno apud Tungros peſtis maximè Athi fædè graſſabatur nullo ſexus aut ætatis diſcrimine. Ibi tum mulier peregrinatrix, ad Tũgros nihil ſibi metuens à peſtilentia, quod inſcripta eſſet albo Sodalitatis Deiparę apud eoſdem, quo fiebat vt ſibi notos inuitaret ad peregrinandum ad eam. Id perſuaſit plurimis qui omnes à peſte ſeruati ſunt, & in album ſodalium inſcripti. Quæ cauſa fuit vt à paſtore, ab Atho ad illam Tungrenſem ædiculam (miliario Atho diſtat) ſupplicatio inſtitueretur. Ab eo tempore ceſſauit peſtis, nam præter ſupplicationem, incolæ ſerio ad Deum conuerſi ſunt. Quo miraculo exciti Valencenenſes, Tornacenſes & alij populi ſimilem veræ conuerſionis viam ingreſſi, à peſtilentia miro & ſubito liberati ſunt.

4. Anno 1598. ſub initium Auguſti (præciſa enim dies non habetur) ex altiſsima contignatione delapſus, totoque corpore comminutus in vita ſeruatur, & ſanatur.

Is eſt Ioannes Guntherus parochi Weyerenſis famulus, qui cum conſeruis ſuis manipulos in horreum cõuehentibus, ipſe in ſummitate trabiũ ſeriatim & ordine componeret, in duram humum decidit, lapſuque graui, totum corpus ita concuſſit, ita protriuit vt exanimis omnium iudicio haberetur. Hora diutius ſic iacuit, ſine motu, loquela & ſenſu, ſed tandem vbi paululum ad ſe redijt, ad benedictam Dei matrem confugit, & pollicetur ſe nouum ex hircino corio thoracem eius Eccleſiæ Weyerenſi oblaturum. Audijt Virgo ſimplicis hominis è recto corde profectum

ſimplex

ſimplex votum. Itaque remittit dolor aliquantulum, mox omnino ceſſaturus. Ergo domum relatus eſt, vbi excuſſo ex præcordijs copioſo ſanguine viſcera omnia ſanitati ſunt reſtituta, ac laxata membra, priſtino vigori ſine omni chyrurgorum manu, reddita.

5. Anno 1463. ſuperis iungitur Alexander Oliua ex Auguſtiniano Cardinalis

Hic cum in fontem cecidiſſet & exanimis inde eductus eſſet, mater eius ad Deiparam eius templū ingreſſa ſe conuertit, nec fruſtra eius opē implorat: nā repente viſus eſt moueri ac matrē appellare. Quare attoniti qui aderant puerum triennem ad templum deducunt, offeruntq; altari. Hic ſacrarium ingreſſus, forte dalmaticam vidit veſtē in cuius limbo imago erat Virginis auro intertexta. Conuerſus ad matrem puer, dalmaticamq; complexus, & imaginem digito oſtendens: mater inquit, ô mater, hæc mihi manū porrexit in fonte, nec aliquanto ſpatio potuit adduci vt inde diſcederet. Sacellum in fonte Virginis ædificatū eſt, miraculi monumentum. Eum quintum agentem annū ordini D. Auguſtini (quorum templū inſignitū erat nomine B.V.M.) tradiderūt, illi dedicantes à qua ſeruatus erat. Idē templo Deiparę in ſaxo ferrato ciuitate ſua, cui ſe dicauerat, ædes fructuarias emit Romæ aureis nūmis circiter ducētis, ac calices argēteos, libros miſſales, veſtes ſacras, paramenta altarium, tectoria parietū largitus eſt. Qualibet hebdomada tēpla S. Marię Maioris & populi frequētabat. Æger & mēte captus, nihilominus ſemper B.V.M. habuit in ore, illā ſibi noctu, & interdiu aſtare dictitans. Interrogatus num mori timeret. Quî inquit ego timeam

Bb qui

qui ad nuptias eo. Idque ſæpe repetere auditus eſt: ire ſe ad nuptias.

Auguſti 1.

1. ANno 890. Dodilo 21. Cameracenſium Antiſtes templum Deiparæ in ea ciuitate impietate Normannorum anno 882. prophanatum, ſplendori ſuo reddidit, ac calendis Auguſti dedicauit.

Lipſius c. 9. 2. Anno 1390. Deipara Hallenſis quemdam ſeruat in immani ac ſubito diluuio. Fuit hic Paſtinus nomine, Angiani natus in Hannonia, vbi tanta & tam ſubita orta eſt tempeſtas, nimbi, tonitrua, fulmina & aquæ ſic denſæ caderent vt torrentes vbique fluerent, domos abriperent, molas auferrent, omnia denique vt mare inundarēt. Homines trepidare, alius in altum, alius imum fugere, ille aquas, hic fulmina, & Paſtinus hic in cellam pennariam ſuam. Dum ibi eſt, ecce aquæ vis perrumpit, cauum implet. Ipſe interim D. Hallenſem inuocat, & ſimul (illa inſpirante) ianuam in ſublimi quæ fornicem claudebat, manibus apprehendit. Tenet fortiter duas horas totas, & aquæ nihilominus vndique aſſultant, mentum interim & caput ſupergrediuntur, aut tangunt: Iam mors aduenit, & mortis nuncia caligo, cum ille flebiliter iterum Diuam, nec fruſtra, inuocat, quippe quæ radijs immiſſis locum illuſtrauit, & ſimul vires ei addidit ad perdurandum. Nox & aqua abijt, ipſe emerſit, vxore & prole tamen ſubmerſis. Hallas venit, ceream imaginem obtulit, 17. fidos teſtes adduxit, qui vna cum eo de re ſic geſta affirmarunt.

3. Anno

3. Anno 1137. obit Ludouicus Craſſus Galliæ Rex.

Hic ob iniurias à Theobaldo Comite Carnotenſi acceptas, & nominatim quod illum ad ſingulare certamen auſus eſſet prouocare, ſtatuerat omnino Carnutenſem vrbem ferro flammaque delere. At eius iræ obuiam itur ab Epiſcopo cleroque qui B. V. M. induſium quod ibi ſeruatur, deferentes, ei ſupplices occurrerunt, rogantes ne illi Eccleſię noceret cuius eſſet primus protector, neue iram ſuam in eos immeritos effunderet, dū ſeſe de ſibi iniurio vlciſci vult. Quorum ſupplicationibus acquieuit Rex, ne nobilis (inquit Author) Beatæ Mariæ cum ciuitate, igne ſolueretur Eccleſia. Quare Comiti Flandriæ, totius exercitus duci præcepit vt exercitum inde reuocaret. Ita D. Virginis intuitu & amore illi ciuitati pepecit. In quam poſtea mitior factus ingreſſus eſt, vetuitque ne cuiquam incolarum malum vllum inferretur, ac capitulo Eccleſiæ eiuſdem Deiparæ priuilegia varia indulſit. *Eugerus Abbas S. Dioniſij teſtis oculatus.*

4. Vita fungitur Pater Franciſcus Binans ex ordine Minimorum.

Hic à teneris annis Deiparam ſibi elegerat in patronam, cuius & opem varijs euentibus expertus eſt ſingularem. Eius ope ſeruatus eſt ne ex Anglia diſcedens agnoſceretur ab exploratoribus quos Regina Elizabetha ad ſingulos portus collocarat. Eodem in itinere eadem ſuffragante à naufragio liberatus eſt, mari vehementer intumeſcente ac ventis pene nauim demergentibus. Nomen Mariæ (vt & nomen IESV) ſcalpello ſibi ſculpſerat in corde, non ſine acutiſſimo cruciatu quem tamen perferebat libenter præ deſi- *Chronic.*

 derio

ſiderio circumferendi etiam in corpore ſigna eius rei quam maximè adamabat. Nunquam niſi capite detecto SS. Mariæ nomē proferebat, addita bene profunda reuerentia. Quod & ab eo ſeruatū eſt in quadā conferentia cum quodā miniſtro in Gallia, in qua de honore Deiparę agebatur. In qua miniſter ob æſtum dierū canicularium caput continuo apertum habens, cum à P. Franciſco, audiret nomen Mariæ, quaſi in contemptum Virginis caput tegebat. Ea nimirum eſt hæreticorum in Dei parentem obſeruantia, vt quoquo modo poſſint eam inhonorent.

Auguſti 2.

1. APud religioſos D. Franciſci celebre eſt feſtum Sanctæ Mariæ Angelorum ſeu de portiuncula, propter ampliſſimam indulgentiam, quam D. Franciſcus ab ipſomet Chriſto Domino, Beata Virgine exorante, cunctis peccata ſua ritè confeſſis, templumq; D. Mariæ Angelorum Aſſiſij ea die viſitantibus impetrauit. Vide Chronica eius ordinis parte 1. l.2. cap. 1. & ſequentibus.

2. Hac eadem occaſione anno 1223. apparuit illi Chriſtus, cum Beata Virgine, Angelicaq; militia in eodem templo. Hoc eodem die conſecratum idem templum.

3. Hoc eodem die anno 1224. apparet Franciſcano ſanctitate eximio Beata Virgo, videtq; eā lumine præfulgentem benedicentem ijs omnibus qui die iſto ad templum ſupra memoratum cōuenerant indulgentiæ conſequendæ cauſa. Hac ipſa die, viſa Deipara à multis Franciſcanis, quin

etiam

etiam à ſæcularibus peregrinis ingredi in templũ cum fratribus; intereſſeque ordinariè ſupplicationi, comitantibus eam Angelicis choris, qui Deo laudes canebant.

4. Ducta ad hoc templum die Indulgentiæ aſſignato mulier energumena ilicò à dæmone deſeritur Deiparæ precibus. Vnicũ illud ſupereſſe mediũ mulierẽ liberãdi, ipſemet dæmon ab exorciſta adiuratus vt ediceret quid tandem agendũ ad eum expellendum, diſertè affirmarat.

Auguſti 3.

1. ANno 1109. ſacratur & inungitur Ludouicus Craſſus Galliæ Rex vide 1. Auguſti. Quibus adde,

Idem abbatiam Dei genitricis à victoria in vrbe Siluanectenſi fundauit ac dotauit anno 1131.

2. Natale S. Aſpremi primi Epiſcopi Neapolitani à S. Petro conſecrati.

Hic in ſuis ædibus oratorium ad vſum Chriſtianorum exſtruxit quod poſtea ſolemni ritu à Siluestro Papa dicatum eſt ſanctæ Mariæ à principio. *Ioannes Stephanus in locis ſacris vrbis Neapol.*

Auguſti 4.

1. OCtaua feſti S. Annæ matris Deiparæ. eam olim celebrabat Eccleſia Cathedralis Tornacenſis, vt patet ex priſco eius Miſſali.

2. Anno 1548. Iacobus Blondus Gallus arte ſcrutarius viuus combuſtus eſt in atrio templi *Iacobus Breulius.*

D. V. M. Pariſijs, ob deiectam eiuſdem imaginem quæ ſita erat prope portam chori.

Surius & Chronicō ordinis. Item alij quos citat Brouius tom. 13.

3. Feſtum D. Dominici, ſingularis Dei genitricis cultoris, à qua & plurima accepit beneficia, eique in paucis charus extitit. Ipſius matris Dei precibus ordinis ſui confirmationem à ſummo Pontifice impetrauit, neq; enim rem tātā vir humilis & pauper nullo humano fretus auxilio ab Apoſtolica ſede exoraſſet, niſi Dei parentis apud Deum interuentu. Eam ipſe vidit ante ordinis ſui confirmationem procidere ad pedes filij irati tres lanceas in mundum vibrantis, in ſuperbos, in auaros, in luxurioſos, iramque diuinam auertentem, offerendo ei Diuos Dominicum & Franciſcum qui mundum à peccatis reuocarent. Ita placatus eſt Deus. Alias vidit Deiparam SS. Cæcilia & Catharina comitatam noctu obire dormitorium ſui monaſterij, fratreſque dormiētes cruce ſignare, & aqua ſalutari aſpergere, vno dumtaxat præterito, qui non ſatis compoſitè & decenter iacebat. Vidit ordinem ſuum vniuerſum ſub B.V.M. pallio abſconditum, in ſignum protectionis & amoris. Quod ipſum vidit pia quædam femina poſt obitum D. Dominici quæ religioſum hunc ordinem deſpexerat. Vide l. 6. vitæ S. Dominici c.6. porro ab hac die tanta extitit fratrum in Diuam Virginem reuerentia deuotioque, tantum eius laudandæ & colendæ ſtudium vt ſermone explicari nequeat. Neque vero ſuis partibus defuit B. Virgo, at ijs in omnibus aderat viſa nonnunquam coram fratre quodam Dominicano concionante librum expanſum tenere, vnde ille totam concionem depromebat. Viſu etiam adſtare cuidam argumentum non premedi-

præmeditatum tractanti, atque ei quæcumque diceret, ſuppeditare. Morienti autem D. Dominico adfuit Deipara cum filio de quo S. Antoninus, eadem inquit hora qua migrauit in cælũ, quidam vir pius eiuſdem ordinis, leui depreſſus ſomno poſt orationem vidit interioribus oculis quandam aperturam in cælo, per quam ſubmittebantur duæ candidiſſimæ ſcalæ. Summitatem vnius tenebat manu B. V. M. alterius filius eius. Angeli vero diſcurrebant per eas aſcendendo & deſcendendo. Erat in extremitate cuiuſque ſcalæ ſedes poſita & quidam ſuper eam ſedens ſimilis Fratri Prædicatori habenti faciem velatam. Scalas autem illas ſurſum paulatim trahebant IESVS cum MARIA, & ducebatur ſurſum cum ſcalis ſedes cum ſedente comitantibus Angelis. Denique receptis in cælum ſcalis & ſede cum ſedente, apertura illa clauſa eſt, viſoque diſparuit. Repertumque eſt D. Dominicum illa hora obijſſe qua ille viderat illum in cælum conſcendentem.

Idem alis candidis à Virgine Maria, & eius filio, in throno gloriæ eleuatus oſtenſus fuit. *Iordanis in Epiſt. Encyclica ad vniu. ordinem.*

Sed vt ad ea quæ viuus geſſit nos referamus, & nonnihil de vniuerſo eius in SS. V. M. ordine dicamus.

Salutatione Angelica à Deo delectabatur vt ſemper eam in ore haberet, idque omnibus conſulebat. Ad eiuſdem honorem inſtituit roſarium 150. Aue Maria conſtans, cum 15. orationibus Dominicis, & ad illud recitandum per ſe & per ſuos prædicatores omnes hortabatur. Cuius roſarij per vniuerſum miri extitere fructus & plurima ad illud miracula & per illud ſunt facta.

Digitized by Google

Hoc armorum ſpiritualium genere Catholicos contra dæmones & præſertim contra Albigenſes Hæreticos armabat.

Sancti Dominici ordini ipſa Virgo habitũ dedit quo vtuntur, cum prius Canonicorum regularium veſtibus vterentur, illudque Beato Reginaldo apparens ſignificauit.

De admiranda ſanctiſſimæ iſtius familiæ erga Deiparam deuotione vide S. Antonium 3. p. Hiſt. titulo 23. c. 10. qui ait poſt matutinas preces & completorium altare B. V. M. quandoque ordine triplici religioſorum orantium cinctũ fuiſſe. Ex hac ordinis iſtius in Deiparam pietate factum eſt vt tanta celebritate ad finem completorij cantet Salue Regina, omnibus omnino fratribus ad illud conuenıẽtibus, quo tempore viſa eſt etiã ipſa ſingulari ratione pro ijs orare vt narrat Sanctus Antonius. Quemadmodum etiam viſa eſt orare illis verbis filium: Fili exaudi nos, dum ipſi Litanias recitarent ad placandum Innocentium 4. qui eorum priuilegia impediebat. Quo breui mortuo relicti ſunt fratres in pace. Neque omittendum quod initio hæc familia vocabatur fratrum B. V. M. poſtea dicti ſunt Fratres prædicatores.

Cartagena tom. 4 Fuit etiam ſolemne initio ordinis vt præter horas ordinarias, Deiparæ quoque officium quotidie recitarent fratres, cumque coniunctis lectulis nullo interiecto pariete cubarent, vt primum expergefacti eſſent, ſtantes, rerum omnium gerendarum primordia, ne calceis quidem indutis, à virgineis laudibus capiebãt, nec ſe loco mouebant donec preces abſoluiſſent. Quare ferunt à filio Virginem impetraſſe vt nemo

Domi-

Dominicanus in mortifera culpa perſiſteret, ſed aut à lethali flagitio ſtatim pedem referret, aut foras (ſi corrigi nollet) eijceretur, ne tam preclaræ familiæ maculam inureret. Inſuper ſinguli habebant in ſuis cellulis iconem crucifixi & Deiparæ vt earum intuitu excitarentur, & ſenſus exterius in varia propenſi, ſpiritali robore confirmarentur.

Huc refero quod de huius Diui religione Chriſtus reuelauit Rudolpho Fauentino Dominicano ac Sancti Dominici ſocio. Huic enim anxio quod multi rigorem ordinis non ferentes diſcederent apparuit Chriſtus inter matrem ſuam & Diuum Nicolaum & manu caput eius demulcens: Ne turberis, inquit; quamdiu mater mea curam eius religionis gerit: non deerunt qui iſtud inſtitutum ſuſcipiant, & in eo perſiſtent. Interim in momento videt nauem quamdam Dominicanis refertam, Secundo flumine Bononiam præfluente ferri, vocemque Chriſti rurſum dicentem audiuit, ne timeret cum in breui totum orbem Dominicanis implere ſtatuiſſet.

4. Anno 1578. vitâ exit Sebaſtianus Luſitaniæ Rex.

Hic in honorem Deiparæ ſingulis ſabbatis rei diuinæ bis aderat, neque enim ſacrum vnum vt cæteris diebus (nam menſæ ſacro non audito haud accubuit) audiſſe contentus, alteri ob Beatiſſimæ Virginis amorem miniſtrabat, cuius iconem pectori appenſam incredibili affectu ſuſpiciebat, globiſque piacularibus quotidie venerabatur. Hic in bello quod in Africa contra Mauros capitales Deiparæ *Antonius Vaſconcellus.*

hoſtes

hoſtes mouerat, interfectus eſt. Multis cadauer eius vix agnitum, inter occiſorum cumulos, inuentum eſt confoſſum vulneribus.

Auguſti 5.

1. CElebris apparitio Beatæ Virginis, quæ occaſionem dedit ædificationis templi Sanctæ Mariæ ad Niues, cuius Hiſtoria paſſim nota eſt. Fuit autem hoc templum anno Chriſti 367. à Ioanne Patritio Romano, eiuſque coniuge erectum, qui quod liberis carerent, Deiparæ ſuam hæreditatem vouerunt, inſtanter eam rogantes vt quo in officio pietatis eam vellet impendi, ijs ſignificare non grauaretur. Ab ea itaq; in ſomnis ſunt admoniti nonis Auguſti (qui hodiernus dies eſt) cum maximè cælum Romæ æſtuat, vt quem locum niue conſperſum viderent, in eo templum ædificarent, quod in ſuo nomine dedicaretur. Quo ad Liberium Pontificem delato nuntio (cui idem eadem nocte Beata Mater edixerat,) ſtatim mane ſolemni ſacerdotum & populi ſupplicatione inſtituta, ad collem exquilinum niue conſperſum venit, locumque Eccleſiæ deſignat.

2. Hodie Romæ anno 1561. Pius quartus Pontifex Thermas Diocletiani in templũ commutat, & in honorem S. Mariæ Angelorum cõſecrat præſentibus Cardinalibus vniuerſaque curia & populo Romano. Eius curam dat monachis Carthuſianis, quos illuc è cœnobio ſanctæ Crucis in Hieruſalem transfert. Templum erigit in titulum Cardinalitium, variaſque ei indulgentias donat.

3. Anno

3. Anno 963. arſit inſigne templum B. Virginis Mariæ Carnoti Richardus Normanniæ Princeps, eo anno ciuitatem Carnotenſem vi cæpit, atque in eam ignem inijci iuſſit, qui nec magnificæ illi Eccleſiæ pepercit.

4. Anno 1549. Infans mortuus, vitæ redditur. Eum mater mortuum enixa erat, quod multum dolens vir eius, potiſſimum quod baptiſmi vnda tinctus non eſſet, ſupplex ad Deiparam Montiſſerratenſem confugit vt ei vitam impetret, dum ſaltem baptizari poſſit. Audijt benigna mater ſupplicis ſui preces. Atque intra horæ quadrantem illi vitæ vſum indulſit, quam & ad 42. dies produxit, quibus exactis eum ad cæleſtem gloriam euocauit.

5. Natale S. Oſuualdi Wigornienſis Eccleſiæ in Anglia Epiſcopi.

Hic circiter annum 960. nobile in ea vrbe cœnobium Virginis Mariæ patrocinio credit.

Auguſti 6.

1. TRansfiguratio Domini noſtri Ieſu Chriſti, filij vnigeniti ſanctiſſimæ Deiparæ. Eius feſtum inſtitutum à Calixto 3. anno ſui Pontificatus 3. ob victoriam de Mahumete Turca anno 1456. hodie acceptam ad Belgradum, quod nunc Albam vocant.

3. Glorioſus obitus D. Dominici hodie cōtigit octauo Idus Auguſti, licet inſtitutione Pontificis ſummi celebretur 4. huius. Vide ibi quæ huc transferre licet.

3. Anno 1458. obit Calliſtus 3. ſummus Pontifex. *Turſellinus.*

Hic

Hic Lauretanam ædem aduerſus Turcarum incurſiones communit, atque Lauretum aggeribus cingit.

Franciſc. Taraph. 4. Anno Chriſti 1276. vitâ exit Iacobus I. Rex Algeiræ, quod oppidum eſt Valentiæ.

Hic ciuitatem maioricam anno 1229. 31. Ianuarij expulſis Saracenis (qui præcipuos Deiparæ titulos adimunt) recuperauit, Inſulamque totam obtinuit. Anno porro 1238. 28. Septẽbris, fugatis ijſdem Mauris Valentiam vrbem, prouinciamque Murcię vſq; ad nouam Carthaginem adeptus eſt.

5. Anno 1162. fato fungitur Raymundus Aragoniæ Princeps & comes Barcinonę.

Hic anno 1145. 27. Octobris Almeriam. Anno autem 1148. 31. Ianuarij Dertoſam, & anno 1149. 1. Nouembris, Ilerdam & Fragam ciuitates, & alia plura à Mauris occupata loca recuperauit, eorum regibus occiſis. Trecentas Eccleſias ædificauit & magnis reditibus dotauit. In quibus haud dubitare licet fuiſſe aliquas ſub nomine Dei genitricis Mariæ.

6. Anno 1618. infans epilepſia omnium iudicio extinctus ad vitam reuocatur & ſanitatem.

Hunc epilepſiæ morbus continuis diebus ac noctibus ita torſerat vt ingraueſcente tandem paroxiſmo, nigrore obductus lurido, totus rigens membris omnibus, animulam iam iam efflaturus videretur. Mæſti ergo parentes votũ pro filio Deiparæ Weyerenſi deferunt. Res mira. Vix animi ſenſa votumque conceptum ore expreſſe-

expreſſerant, & ecce tibi eodem momento, corpuſculo infantuli (vt putabatur iam, demortui) ſubducit ſe læthalis ille horrido atroue ſuffuſus pallor, roſeus faciei color, vitalis prænuntius caloris, certatim erumpit, & puerulus ab omni deinceps morbi aggreſſu immunis in hodiernum diem protinus reuiuiſcit.

7. Anno 1606. Paralytica ſubitò ſanatur.

Biennio hæc (erat autem religioſa Carthuſienſis ordinis prope Bethuniam) morbo iſto vexata fuerat ita vt neque abſque fulcris neque ſine duarum aut 3. ſororum adminiculo ingredi poſſet. Quæ cum alterius ſororis miraculoſam ſanationē ope Deiparæ Sichimēſis ab eodē morbo intellexiſſet, magnam etiam de ea eiuſque bonitate ſpem concepit. Itaque cum per integram ſeptimanā ardētes ad eam preces fudiſſet, Dominica die inſequēte quę incidit in 6. huius, curauit ſe ad templū deferri, vbi & ſacra ſeſe Euchariſtia refecit. Cum autē eam vellēt ad cubiculū referre, illa inſtitit vt adhuc ibi relinqueretur ſperans ſe niſi ſanam inde diſceſſuram. Et ecce ſub finē cōcionis (ei enim etiam voluit intereſſe) morbo illo vehemētius corripitur cum neruorū conuulſione & contractione, ita vt in humum deciderit corpore rigido, nec membra eius moueri, aut flecti poſſent. Cumq; aliquantulū ita iacuiſſet repentè è ſolo, ſola abſque alterius ope exſurgit coram vniuerſo religioſarum cœtu, ſana & incolumis, & è veſtigio ad BB. V. Mariam iconem conuolat Deiparæ grates actura. Quare decantatum eſt Te Deum, ipſa cum cæteris loco ſuo ſolito conſidente, ac pſallente. Quod dum facit, aduer-

aduertit ſe ab hernia (quæ 10. ipſos annos eam tenuerat, grauiterque torſerat, ita vt nec momento cingulo ſuo aſtrictorio carere poſſet ne quidem in lecto iacens) curatam ſic Deipara beneficium, beneficio non expectato cumulauit.

Auguſti 7.

1. ECcleſia Saliſburienſis in Anglia celebrat feſtum nominis IESV filij ſanctiſſimæ Deiparæ tanquam duplex maius cum octaua. Ita in eius Miſſali.

2. Moritur ſanctiſſimè, D. Albertus Carmelita, qui in edendis miraculis, quæ plurima & magna extitere, crebro B. V. Mariæ poſt Dei opem implorabat cuius etiam beneficio è ſterilibus parentibus natus erat. Inſtante morte bis ſalutationem Angelicam, animam ſuam Deiparæ commendans recitat.

Vide Surium 7. Auguſti.

De eo id mirandum circa funus eius fertur, quod cum inter Clerum & fratres Carmelitanos grauis concertatio exorta eſſet, num dicendum eſſet ſacrum de defunctis, an vero de vno confeſſore: ecce in aëre duo Angeli ſpecie puerorum venuſtorum amicti ſtolis albis auro intertextis: *Os iuſti meditabitur ſapientiam*, cantandum eſſe denuntiarunt.

Auguſti 8.

1. IN viuis eſſe deſijt anno 1481. Alphonſus 5. Luſitaniæ Rex.

Hic antequam Arzillam in Africa oppugnaret, Deiparæ (quam impensè colebat) ſi vrbem expu-

Vaſconcellus.

expugnaret, vouit equum argenteum, cui argenteus itidem inſideret Rex, omni armorum apparatu inſtructus, qualis tunc Alphonſus copias ducebat. Annuit Deipara, ipſeque beneficijs non ingratus in Virginis sãctiſſimę templo, cui à Spineto nomen eſt prope Eboram, voti fidem exſoluit, equumque mira arte elaboratum, & inſidentem regem ex optimo argento dicauit. Quod donũ, dum Alphonſus ſuperſtes fuit, magna intuentium voluptate in templo eſt ſeruatum. Illo tamen vita functo cœnobij Hieronymianorum qui ibi degunt præfectus in pecuniam ſignari iuſſit ad ſumptus pergulæ à ſe ſubuectæ, dolente maximè cum reſciuit Regina Elizabetha, quæ multò plus argenti, vt aiebat, contuliſſet ne illud regiæ pietatis monumentum aboleretur.

2. Anno 1538. publicis inſcribitur monumentis cuiuſdam è carcere miraculoſa à Deipara eductio.

Quidam Arnoldus nomine, Toloſæ in Gallia captiuus, licet inſons & per calumniam, cum nullum ſupereſſet ei remedium, Deiparę Montiſſerrati ſe commendat. Nec irritæ preces, nam die quadam dum oraret, ſenſit ſibi ferreas nũmellas & ex ijs appenſam catenam, ex collo decidiſſe, idque nulla ope humana, & quamuis ei conſtaret non potuiſſe id niſi Dei potentia fieri, nihilominus ne carceris cuſtos ſuſpicaretur ſibi circulum illum detraxiſſe, fugamque meditari, eundem iterum collo inſeruit. At renouatum à Deipara miraculum poſt aliquot dies, cum enim è carcere educeretur, ad triremes mittendus, ad quas damnatus erat, in omnium conſpectu, adeoque iuſtitiæ adminiſtrorum, repente tum ſupradictus

circulus

circulus cum appenſa ad eum catena, tum ferreæ manicæ tangente nullo cecidere. Ipſe vero ſe diuinitus ſolutum videns, per mediam turbã tranſit nullo planè repugnante, quaſi inuiſibilis fuiſſet, ſtupentibus omnibus, quemadmodum nemo omnium ei ſe opponeret. Ita liber ſeſe ad liberatricem ſuam montem Serratum contulit, vbi hæc iureiurando ita ſeſe habere affirmauit.

Meyerus. 3. Anno 1383. Iprenſis ciuitas liberatur à Deipara obſidione.

Eam obſidebat Anglus Rex, atque fortiſſimè oppugnabat, ita vt præ multitudine ſagittarum, nemo defenſorum in ſummo aggere aut muro conſiſtere poſſet. Non tamen obſeſſi diffidunt quamuis ob nimiam multitudinem breui eſſent fame perituri. Sed Deiparæ Virginis opem omnis multitudo iſto præcipuè die multis precibus ac lachrymis efflagitat. Nec incaſſum Miſſæ preces, nàm à potentiſſimo Gallorum, ducentorũ ſcilicet millium pugnatorum exercitu Deiparæ meritis ſoluta obſidio. Hic dies ob tantum beneficium etiam nunc memorabilis eſt, per ferias ſepis, & annua amburbalia Virgini matri inſtituta, ideo quod ciuitas intra ſepem ſeruata ſit. Habebat enim ſepem ſpinoſam ac denſam, cum muro ceſpititio ac altis foſſis.

Augusti 9.

1. ANno 1619. publicis conſignata monumentis claudicationis & rigoris tibiæ curatio.

Sex iam annos ea mulierem quandam tenuerat, vt non niſi fulcris innixa progredi poſſet. Nihil

hil non egerat vt curari poſſet. Medicorum apothecas exhauſerat. Diuos omnes quotquot occurrerant, auxiliares rogauerat. Incaſſum omnia. Itaque magno labore tandem Foyam B.V. opem imploratura pertigit. Illic ardentiſſimè toto triduo eam precatur ſibi vt adſit. Sed cum triduò exacto nihil obtinere deprehenderet, mœſta in patriam remeare parabat. At Virgo abeuntem miſerata, eam cupita etiam inopinata valetudine impertijt. Vix enim peregrinorum vallem ad teli iactum à ſacello remotam ſubierat, cum pedes ita firmari cœperunt, vt tranſlatis in filium fulcris ſacellum ipſa pedibus repeteret, actiſque SS. Virginis gratijs, ſua fulcra tholis Foyenſibus, tanti prodigij monumentum appenderet.

2. Anno 1471. creatur Pontifex Sixtus 4. Romæ à 17. Cardinalibus, quid ipſe contulerit in ædem Lauretanam vide 12. huius. Quam etiã fuerit propenſi animi erga Deiparam patet quia inſtituit feſtum conceptionis immaculatæ, item præſentationis Deiparæ, item S. Annæ & Ioſephi. Præterea nobilem ædem cum ampliſſimo cœnobio S. Mariæ de populo ordinis S. Auguſtini à fundamentis erexit. Templum S. Mariæ de pace de nouo ædificauit.

Auguſti 10.

1. ANno 1619. publicis commendatur monumentis membrorum vſu deſtituti de integro vegetatio.

Septem menſium languor decennem puerum ita elumbarat vt vix etiam fulcris nixus ingredi poſſet. Itaque pater eius primò Foyam paruulũ

fratrem mittit, qui à Virgine ęgro fratri aliquid impetrat, ſed illud exiguum. Quare ipſemet Foyam parens petit, ſed nec ipſe planè voti fit compos. Tandem adductus Foyam paruulus Deiparam ita inflexit, vt integerrima eum ſanitate donarit. Fulcra in ſacello appenſa, monumentum miraculi & gratitudinis.

2. Hodie erigitur (non ſine præuia reuelatione de qua 31. Iulij) ordo redemptionis captiuorum ſub nuncupatione Dominæ noſtræ de Merecde. Eius Author Rex Iacobus cognominatus Victor ſeu expugnator. Inſtitutus eſt autẽ Barcinone ipſoque die inſtitutionis habita eſt ſupplicatio generalis preſente rege & concio à S. Raymundo ordinis S. Dominici, qui ea peracta, induit omnium primùm Petrum Nolaſcum habitu noui iſtius ordinis. Occaſio inſtitutionis eius, quæ fuit ſub ann. 1218. præter reuelationem fuit quod dum Rex captiuus teneretur Muntione aut captiui inſtar, edoctus quantũ eſſet captiuitatis malum, vouerit B. Virgini ſe pro redemptione captiuorum ordinem ſacrum erecturum.

Auguſti 11.

1. SAnctus Ludouicus Galliæ Rex à Bonifacio 8. anno 1297. in ſanctorum confeſſorum album refertur. Vide de eo 25. huius.

2. Octaua S. Dominici apud Dominicanos, vide de eo 4. huius.

Aug.

Auguſti 12.

1. ANno 1484. vita exit Sixtus 4. Hic pace Italiæ magna ex parte confecta quoddam templum Romæ à ſe extructum pacis titulo ſignauit & Sanctiſſimæ V. Mariæ dicauit. Cuius templi erigendi hæc fuit occaſio. Erat eodem loco antea parochialis Eccleſia Sancti Andreæ, & in eius porticu imago Deiparæ in pariete extra Eccleſiam. Ante hanc dum aleatores ludunt, vnus ob amiſſas pecunias horrendè blaſphemat Beatiſſimam Virginem, poſtea taxillos in imaginem iacit, & arrepto pugione eam in pectore, in collo, in gena dextra; & in mento vulnerat, vnde ſtatim recens ſanguis exilit. Inde fama miraculi ſparſa, ingens fit hominum ad imaginem concurſus, ſuccedunt miracula, vnde quæ prius Sancti Andreæ Eccleſia dicebatur, dicta eſt Sanctiſsimæ Mariæ de miraculis. Porrò cum tota prope Italia bellorum motibus quateretur & ipſa Roma à Calabriæ Duce obſideretur. Sixtus ad dictam imaginem accedẽs vouit: Si Deus per Beatiſsimæ Virginis Mariæ interceſsionem, pacẽ Italiæ daret, ſe templum ſub titulo Dei genitricis erecturum. Quare voti compos factus & vrbe liberata, in ſolo veteri Eccleſiæ Sancti Andreæ ad honorem Virginis Mariæ templum ædificauit. Dictam etiam imaginem in illud tranſtulit & loco decentiſsimo ſuper aram maximam collocauit. At quod morte præuentus non abſoluit Innocentius perfecit & maioris aræ ornamentum marmoreũ elegantiſsimè ſculptum & deauratũ, in quo imago prædicta continebatur, addidit.

Gabr. Pennot. in Hiſt. Canon. Regular.

Digitized by Google

Monaſterium Canonicorum regularium ibidem Cardinalis Caraffa ædificauit, Gaſpar Riualdus ciuis Romanus nouum ſacellum regio opere adiunxit,& cum lapidibus pretioſis tum venuſtiſſimis picturis exornauit & in nouam aram magnificentiſſimam inſumptis pluſquam 15. millibus aureorum imaginem transferri curauit. Idem Sixtus ſingulari qua Diuam Virginem pietate proſequebatur incitatus, nobilem ædem cum ampliſſimo Cœnobio Sanctiſſimæ Mariꝫ de populo ordinis Auguſtinianorum à fundamentis erexit. Idem indulgentias & immunitates ædi Lauretanæ à Paulo 2. (de quibus Turſellinus) firmauit nouaſque addidit,ſcilicet immunitatem decimarum facultatem diſpenſandi vota &c. Vide 9. huius.

Scriptores eius vita.

2. Feſtum D. Claræ, quæ fundauit ordinem Clariſſarum.

Huic ſub mortem apparuit Deipara ſtipata magno Virginum numero, in ſtolis candidis, & aureis coronis redimitarum. At omnes ornatu ſuperabat Deipara, Imperiali diademate caput cincta, pretioſis gemmis coruſcante, tantus porrò ex eius vultu prodibat fulgor, vt noctem in diem verteret. Tum ad ægræ lectum accedens, eam ſumma amoris ſignificatione vlnis complectitur: Quo facto Virgines Comites Diuam Claram, eiuſque pauperem lectulum pretioſiſſimo pallio contegunt.

Aug.

Auguſti 13.

1. TEmplum B.M.V. in monte iuxta vrbem Bononienſem columbę auſpicijs exſtructum, dedicatur eiuſdem Virginis Aſſumptioni. Id hac occaſione fuit factum. Cum Ricciola Alberti Gallucij filia, Octauiani Plateſij vxor, ſacellum in hoc colle Virgini Dei matri vouiſſet, ac fabri iuſſu eius terram ad fundaměta egerere inſtituiſſet, columbam de induſtria locum quemdam circumuolantem ac ligneis fruſtulis collectis, orbem ſatis amplum conficientem vno atq; altero die notarunt, ac mirati rem, religionis pleni ad victorem Epiſcopum retulerunt. Ille multis comitantibus clericis in collem prouectus, cùm columbam perinde vt acceperat, nouo adhuc intentam operi reperiſſet, cœleſtem eo ſigno ſine dubio portendi voluntatem aſſeruit, atque vt ædem eo in loco, & quidem rotundam faceret, matronam admonuit. Ita ex pia optimi Præſulis interpretatione conſtructa ædicula, poſt paucos menſes ab eodem ante diem nonum decimũ Kal. Septembris eſt dedicata. Miraculis inde plurimis æditis clarus locus, ac magna conuenarum dona piè deferentium celeber, ſatis docuit verè ſedem illam à B. Virgine ſibi delectam, ac tanto columbæ officio, atque labore ſignificatam. *Sigonius. Leander.*

2. Anno Domini 1516. vita fungitur Ferdinandus 5. Hiſpaniarum Rex qui primus Rex Catholicus appellatus eſt. *Franc. Tarapha.*

Hic partem Beticæ, quam Granatam, vocant à Mauris capitalibus Deiparæ hoſtibus (vide 31.

Martij in Philippo 3.) ſeptingentos octoginta annos occupatam recepit, pulſiſque Mauris & Mahometica ſuperſtitione, templa Deo Optim. Max. condidit anno 1492. Varias inſulas in Oceano Hiſpanicæ coronæ adiunxit, in ijs vnam in honorem Deiparæ, ſanctæ Mariæ conceptionis nuncupauit. Vide de eodem Ferdinando 21. Iunij. Idem Alama Maurorum ciuitate capta tria illorum fana quæ Meſquitas vocant, curauit ex profano ritu expiatas à Cardinali Hiſpano Chriſtianæ religioni dedicari, ac 1. quidem Dominicæ Incarnationis quæ in vtero Virgineo facta eſt, nomine, alteram D. Iacobi Hiſpanorum patroni, 3. vero Michaelis Archangeli.

Nebriſſẽſis decadis 2. l. 1. c. 6.

3. Hodie contigit fœlix obitus Deiparæ quæ inſtar filij triduo mortua fuit, tertio autem die & reſurrexit atque in cælum aſſumpta eſt. Damaſcenus oratione prima de dormitione Deiparæ & alij.

Suarez t. 2. in 3. part. diſp. 21 ſect. 2. in fine.

4. Statim à morte (quare id contigiſſe hodierna die probabile eſt) fuit eius corpus in ſepulchro conditum & illico magnis miraculis illuſtratum.

Damaſcenus. Andreas Cretẽſis. Simeon Metaph.

5. Hodie Apoſtoli (Thoma excepto) omnes diuinitus ex varijs orbis partibus confluunt ad Virginis obitum, ea mortua atque in ſepulchrum illata, triduum ad illud perſeuerant Angelicam hymnorum harmoniam audientes.

6. Natalis dies S. Radegundis Reginę Galliæ quæ quotannis vnam quadrageſimam in honorem B.V.M. ieiunabat.

7. Anno 1621. Romæ obijt Ioannes Bercmannus è Societate IESV magna ſanctitatis fama, annum agens ſecundum & vigeſimum. Hic ſolitus

Ex vita eius impreſſa Romæ Italicè hoc ann. 1627 cum facultate ſuperiorum.

ſolitus erat dicere : tria mihi ſunt cariſſima, Chriſtus crucifixus. Roſarium Deiparæ & regulæ Societatis IESV : cũ his libenter moriar. Et reipſa cũ ijs mortuus eſt. Porrò quia hic benedictus frater noſter excelluit in affectu erga Deiparam, multaſque habet praxes eius exercendi, non erit ingratum (ſpero) Lectori ſi hic nonnullas de ijs ſubijciam.

Cum adhuc puer eſſet, & cum hero ſuo viſitaret D. noſtram Aſpricollenſem (diſtat illa Diſtemio, vnde ortus erat & vbi habitabat Ioannes, itinere horæ) toto itinere ſeruabat ſilentium, occupabatque mentem aut meditando, aut roſario recitando.

Quando in reditu è ludo litterario domum, pulſatis foribus nemo eas aperiebat, ipſe magna animi tranquillitate abſque vllo impatientiæ ſigno (quæ in illa ætate pueris familiaris eſt,) in templum vicinum ſeſe recipiebat ibique roſarium recitabat.

Frequentius tum temporis reperti ſunt in angulis domus cibi qui ei dati erant ad ientandum, à quibus ſe aſtinuerat ad honorẽ Dei genitricis. Paulo prouectior & Societatis ſcholas Mechliniæ frequentans, primùm omnium ſe in Album ſodalium B. V. Mariæ adſcribi poſtulauit, vbi omnibus exemplo præluxit in cultu Deiparæ. Ieiunabat quouis ſabbato, vt & peruigilijs feſtorum eiuſdem. Quotidie recitabat pſalterium S. Bonauenturæ, de B. V. M. Vocatus ad Societatem à Deo, vt id certius ei conſtaret, & ne quid temerè faceret curauit plura ſacra celebrari tum Louanij in D. Petri ad altare Deiparæ, tum in colle Acuto.

 Ingreſſus

Martij in Philippo 3.) ſeptingentos octoginta annos occupatam recepit, pulſiſque Mauris & Mahometica ſuperſtitione, templa Deo Optim. Max. condidit anno 1492. Varias inſulas in Oceano Hiſpanicæ coronæ adiunxit, in ijs vnam in honorem Deiparæ, ſanctæ Mariæ conceptionis nuncupauit. Vide de eodem Ferdinando 21. Iunij. Idem Alama Maurorum ciuitate capta tria illorum fana quæ Meſquitas vocant, curauit ex profano ritu expiatas à Cardinali Hiſpano Chriſtianæ religioni dedicari, ac 1. quidem Dominicæ Incarnationis quæ in vtero Virgineo facta eſt, nomine, alteram D. Iacobi Hiſpanorum patroni, 3. vero Michaelis Archangeli.

Nebriſſenſis decadis 2. l. 1. c. 6.

3. Hodie contigit fœlix obitus Deiparæ quæ inſtar filij triduo mortua fuit, tertio autem die & reſurrexit atque in cælum aſſumpta eſt. Damaſcenus oratione prima de dormitione Deiparæ & alij.

Suarez t. 2. in 3. part. diſp. 21 ſect. 2. in fine.

4. Statim à morte (quare id contigiſſe hodierna die probabile eſt) fuit eius corpus in ſepulchro conditum & illico magnis miraculis illuſtratum.

Damaſcenus. Andreas Cretẽſis. Simeon Metaph.

5. Hodie Apoſtoli (Thoma excepto) omnes diuinitus ex varijs orbis partibus confluunt ad Virginis obitum, ea mortua atque in ſepulchrum illata, triduum ad illud perſeuerant Angelicam hymnorum harmoniam audientes.

6. Natalis dies S. Radegundis Reginę Galliæ quæ quotannis vnam quadrageſimam in honorem B. V. M. ieiunabat.

7. Anno 1621. Romæ obijt Ioannes Bercmannus è Societate IESV magna ſanctitatis fama, annum agens ſecundum & vigeſimum. Hic

Ex vita eius impreſſa Romæ Italicè hoc anno 1627 cum facultate ſuperiorum.

ſolitus

ſolitus erat dicere : tria mihi ſunt cariſſima, Chriſtus crucifixus. Roſarium Deiparæ & regulæ Societatis IESV. cū his libenter moriar. Et reipſa cū ijs mortuus eſt. Porrò quia hic benedictus frater noſter excelluit in affectu erga Deiparam, multaſque habet praxes eius exercendi, non erit ingratum (ſpero) Lectori ſi hic nonnullas de ijs ſubijciam.

Cum adhuc puer eſſet, & cum hero ſuo viſitaret D. noſtram Aſpricollenſem (diſtat illa Diſtemio, vnde ortus erat & vbi habitabat Ioannes, itinere horæ) toto itinere ſeruabat ſilentium. occupabatque mentem aut meditando, aut roſario recitando.

Quando in reditu è ludo litterario domum, pulſatis foribus nemo eas aperiebat, ipſe magna animi tranquillitate abſque vllo impatientiæ ſigno (quæ in illa ætate pueris familiaris eſt,) in templum vicinum ſeſe recipiebat ibique roſarium recitabat.

Frequentius tum temporis reperti ſunt in angulis domus cibi qui ei dati erant ad ientandum, à quibus ſe aſtinuerat ad honorē Dei genitricis. Paulo prouectior & Societatis ſcholas Mechliniæ frequentans, primùm omnium ſe in Album ſodalium B. V. Mariæ adſcribi poſtulauit, vbi omnibus exemplo præluxit in cultu Deiparæ. Ieiunabat quouis ſabbato, vt & peruigilijs feſtorum eiuſdem. Quotidie recitabat pſalterium S. Bonauenturæ, de B. V. M. Vocatus ad Societatem à Deo, vt id certius ei conſtaret, & ne quid temerè faceret curauit plura ſacra celebrari tum Louanij in D. Petri ad altare Deiparæ, tum in colle Acuto.

Digitized by Google

Ingreſſus in Societatem tanta fuit caſtimonia vt nullam vnquam ſenſerit tentationem carnis, nullum motum impuritatis neque in anima, neque in corpore, idque ex beneficio Deiparæ, maximè ex quo antequam decumberet recitauerat ſalutationem Angelicam ad honorem immaculatæ Conceptionis. Eius aſpectus licet decora eſſet facie, puros ac ſanctos producit in alijs affectus, & cogitationes. Quod dum relatum eſſet ad Illuſtriſſimum Card. Bellarminum. Id, inquit, (lachrymans præ teneritudine deuotionis) fuit B. V. M. priuilegium, quod plane dicendum eſt ab ea conceſſum huic ſuo Clientulo. Et ſane eam gratiam quotidie ab eadem poſtulabat recitãdo paruam eius coronam 12. ſalutationibus Angelicis conſtantem.

Vnico inſtar filij diligebat eã, videbaturq; natus ad eius gloriã propagandã, illiq; gratum accidebat, ſi paſſim noſſent vniuerſi profiteri ſe Deiparæ ſeruum eſſe deuotum, vt ſic liberius coram omnibus ſermonẽ de eius laudibus miſcere poſſet: Paulo ante mortem affirmauit cuidam Condiſcipulo ſuo ſe ad conatum perfectionis acquirendæ, medium iſtud ſcilicet amoris & deuotionis erga Deiparam, potiſſimum adhibuiſſe. Tempore relaxationis quæ fit hora integra tum à prandio tum à cœna, perpetuo conabatur inducere ſermonem de illa.

Toto tempore 22. menſium quo ſequeſtratus cum alijs iunioribus fuit à conſortio prouectiorũ, nunquam auſpicabatur recreationem quin prius eam in quodam ſacello proximo illi loco ſalutaſſet. Solitus erat ſibi ipſi dicere. Si diligo B. V. M. ſecurus ſum de mea ſalute, neque aliquid frequentius

quentius in eius ſcriptis quæ à morte eius inuenta ſunt occurrit, quam propoſitum amandi & ſeruiendi illi. Interrogatus quo remedio vteretur in ſpirituali derelictione, & deſolatione, reſpondit oratione, occupatione, patientia, ſinu & gremio B.V.M. Quotidie ſolitus erat pronuntiare has laudes eius nouies: Beata viſcera M.V. quæ portauerunt æterni Patris filium, & ad ſingulas vices genua flectebat, idque in memoriam 9. menſium quibus ipſa Ieſum Chriſtum geſtarat in vtero. Romæ (quò vocatus eſt ſtudiorum cauſa) frequenter viſitabat templa Deiparæ dicata. Quando tempore recreationis de qua ſuperius, incidebat in ſocium Deiparæ deuotum, cum eo certabat vter plures & ſpecioſiores titulos recenſeret B.M.V. Quó in genere alios ſuperabat tum multitudine tum excellentia titulorum, & vbi alij ſubſiſtebant ipſe porro pergebat, alios ſemper, atque alios honoris ſuggerens titulos, potiuſque eum defeciſſet hora quam materia. Præter ſabbati ieiunium de quo dictum, eo etiam die famulabatur in coquina, & aliam etiam exercebat mortificationem, ſabbato natus eſt, ſabbato in ſocietatem ingreſſus, ſabbato ſepultus. Erga immaculatam Conceptionem pręcipuo ferebatur ſtudio, & coram Venerabili Sacramento promiſerat (adhibito etiam ſigillo ad ſchedulam eius ſanguine ſubſcriptam quæ poſt mortem eſt inuenta) ſe niſi aliud ab Eccleſia decerneretur ſemper propugnaturum immaculatam Conceptionem. Mirabiles eius animi ſenſus, & guſtus erant circa eam: nunquam cibum in manum ſumebat quin ad eius honorem recitaret Salutationem Angelicam. In vita plura ſuggerit P. Virgilius Ceparius.

Id

Id autem omittere non licet. Cum vel pro ſe aut pro alijs aliquid à Deipara impetrare vellet id inſcribebat chartæ, addens aliquod obſequium ſe eidem exhibiturum. Exempli cauſa ſi me audierit B. V. M. ego ad eius honorem recitabo 3. coronas aut hoc & iſtud faciã, mortificabo meipsũ circa tale aut tale obiectũ. Poſtmodũ eam ſchedã appendebat ad eius imaginẽ, corã qua preces fundere ſolitus erat. Inuenta inſuper in eius chartis hæc. Nunquã quieſcam donec obtineam amorẽ tenerum erga dulciſſimã matrem meã Mariam. Deniq; in extremis conſtitutus, poſt animę commendationẽ perlectã, licet canẽdi imperitus voce altiore, & lætitiæ plena inchoauit hymnum: Aue maris ſtella, & ſtatim proſilijt ad illa verba: Monſtra te eſſe Matrem. A morte varia per eius interceſſionẽ facta miracula è quibus iam plurima, in proceſſu, iubente Gregorio 15. inſtituto, ſunt autenticata, adhibito teſtiũ iureiurando. Inuſitatus fuit ad eius funus concurſus omnis generis hominũ, & mira opinio ſanctitatis eius, quò factũ eſt vt flores omnes ſuper corpus ſparſi fuerint ablati, vt & crucifixi imago quã cũ roſario manu tenebat, inſuper pileus, & crepidæ. Neq; his contenta Romanorũ pietas veſtem eius pene omnem diſcidit ac ferè nudum reliquerit corpus. Quare opus fuit eũ ad ſacriſtiã referre. Nihil dico de faſcibus integris roſariorũ quæ (etiã à variorum ordinum religioſis) corpori applicabantur. Nihil de annulis qui digitis eius indebantur, nihil de ſudarijs quę Angelico eius vultui admouebantur. Sed iſtius generis plura dabit vita ex Italico tum Latinè tum Gallicè reddita.

Aug.

Digitized by Google

Auguſti 14.

1. VIgilia Aſſumptionis Deiparæ cum ieiunio ex Eccleſia præcepto. Eius ieiunij meminit Nicolaus Papa (Eccleſiæ clauum tenebat anno 858.) reſcribens ad conſulta Bulgarorũ c. 4. dum recenſet ieiunia antiquitus ſeruari ſolita ab Eccleſia Romana, inter quæ recenſet & iſtud; pridie Aſſumptionis Deiparæ.

2. Præbet ſe Deipara, D. Gertrudi videndã oculis mentis ſimul cum filio ſedentem in loco honoratiſſimo capituli, expectantemq; aduentũ Religioſarum, quas ſimul cum filio ſummis cum beneuolentiæ ſignis excepit. *In Inſinuatio. l. 4. c. 12.*

Alias, eodem die videt D. Gertrudis, Beatam Virginem in horto amæniſſimo, ſummo cum artificio culto, ac floribus omnis generis conſito. Quid floribus illis ſignificaretur vide loco citato, ne longiores ſimus. *Ibidem c. 49.*

Hodie Beata Gertrudis ſub Miſſæ ſacrificium dũ legeretur collecta: Deus qui virginalẽ aulã B. M. V. in qua habitares eligere dignatus es &c. atque diligẽtius in verba illa intenderet, vt ſua nos defenſione munitos, iucundos facias ſuæ intereſſe feſtiuitati vidit SS. Deiparam expandentem pallium ſuum quaſi ad ſuſcipiendum omnes ad ſe confugientes in ſpeciale patrociniũ. Tunc ſancti Angeli adducebant coram ea, eos qui ſe ſpeciali deuotione, ad id feſtum celebrandũ præparauerant, qui reuerenter ſedentes coram tanta matre, ſanctorum Angelorum miniſterio vndiq; fulciebantur, & ab inſidijs dæmonum protegebantur. *Ex l. 4. Inſinuatio. c. 49.*

Eadem B. Gertrudis videt Deiparam tempore ſacri

ſacri glorioſam, & omni virtutum ſplendore fulgentem, ad cuius ſeſe pedes abijcit, humiliter poſtulans vt ſe prępararet ad digne ſumendam ſacram Euchariſtiam. Quod & præſtitit, in cuius ſignum immiſit in collum D. Gertrudis torquem pretioſum & ſplendidum, ſeptem diſtinctum radijs, in quorum ſingulis emicabat lapis pretioſus quo ſignificabātur præcipuę virtutes quibus ipſa Gertrudis Deo placebat, quas ſigillatim proſequitur loco citato.

Ibidem c. 49. Eodem die ſed non anno Dei mater ſe ei exhibet viſendam pallio circumamictam viridi, varijs diſtincto floribus aureis, inſtar trifolij. Per quos aiebat indicari voces quibus ſociæ eius religioſæ ei ſupplicauerant, quibuſque vt floribus ipſa V. Maria ornabatur. In his autem floribus alij alijs virebant magis, prout orationes ſororum minus erant aut magis puræ & defæcatæ intentionis.

Ibidem. Hoc eodem die Deiparam videt pallium ſuū extendentem dum ad illa collectæ verba in Miſſæ ſacrificio peruentum eſſet (vt nos ſua defenſione munitos, iucundos facias ſuæ intereſſe feſtiuitati) ac prę ſe ferentem velle ſe omnes eos qui ad ſe confugerent, protegere ac in ſuam clientelam ſuſcipere. Hinc poſtmodum videt varij generis beſtiolas ſe ſub iſto ſuo pallio abdere; ſymbolum erant peccatorum qui ſingulari eam amore proſequuntur, quos miſericordiæ mater benignè excepit varijſque blanditijs matris inſtar deliniuit. Alias reuelationes hoc eodem die D. Gertrudi conceſſas circa myſterium glorioſæ Aſſumptionis Deiparæ, vide loco citato.

Ex Thoma Cantipr. l. 2. capum 40. parte 7. 3. Hodie iuxta Sueſſionem vrbem in Gallia, exauditi

exauditi Angeli qui Antiphonam iſtam concinerent in laudem SS. Virginis: *Fœlix namque es ſacra Virgo Maria & omni laude digniſſima quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter.*

4. Sancta Elizabetha Luſitaniæ Regina nō ſolum iſto peruigilio Aſſumptionis, at 40. ante feſtum ipſum dies ieiunabat cibis vtens quadrageſimalibus. Vigilia autem iſta, quod idem actitabat in ſingulis vigilijs feſtorum Deiparæ vt & ſingulis ſextis ferijs, ac ſabbato, pane tantum & aqua vitam ægrè tolerabat. *Perpinianus oratio 1. in eius laudem.*

5. Federicus Imperator eo nomine tertius tanta religione vigiliam hanc celebrabat vt & vino abſtineret & pene ſibi omni cibo interdiceret. *Cuſpinianus.*

6. Anno 1534. Neapoli incolumes ſeruat à ruina, Deipara Virgo, 40. moniales ordinis Canonicorum regularium D. Auguſtini, quod occaſionem dedit eidem Deiparæ Aſſumptæ nobile templum extruendi, degebant illæ in quadam domo cui ruinam imminere, diuino nutu (vt rei probauit euentus) Abbatiſſa preſciuit, quare omnes eas partim in ſuo, partim in ſuperiore cubiculo iuſſit pernoctare, ſanctiſſimæque matris Aſſumptæ celebrare feſtum. Et ecce tibi nocte ipſa ingens fulguris, tonitrui & pluuiæ procella excitatur, domus earum corruit à fundamentis, binis tantum cubiculis vbi ſe moniales continebāt, exceptis. Quare tanto iſto beneficio ea quæ Aſſumptionis Virgineæ celebritatem præcurrit, nocte accepto, nouo cænobio ædificato, Deiparæ Aſſumptæ nobile templum à fundamentis ædificarunt.

7. Ioannes Gallorum Rex obit.

Pro

Digitized by Google

Pro huius liberatione è carcere Anglicano Pariſijs fit publica ſupplicatio anno 1357. ad ædẽ Deiparæ Virginis 8. Aprilis.

Ex Sachino & Spinello.

8. Natalis Beati Staniſlai Koſca Poloni Societatis IESV tironis.

Hic ex peruetuſta & ſenatoria ortus ſtirpe, è Polonia Viennam ſtudiorum cauſa miſſus eſt ad Collegium eiuſdem Societatis, quo tempore sẽper in manibus aut pios libellos qui laudes aut preces Beatiſſimæ Virginis Mariæ continerent, aut roſarium habebat. In ſcholaſticis exercitijs eius laudes præcipue tractabat. Cum ægrotanti, manu Angelica, præſente Diua Barbara quam impensè colebat, ei præbita eſſet Sanctiſſima Euchariſtia, non ita multo poſt apparuit ei Sanctiſſima Deipara, filium in ſinu geſtans: clientulum ſuum conſolans, & Ieſum filiolum ſuum in eiuſdem lectulo collocans. Inde non modo miram percepit voluptatem at & ſanitati redditus eſt. Porro Deipara in diſceſſu eum nominatim monuit vt in Societatem IESV ingrederetur. Itaque Romam pedes delicatus adoleſcens tendit, milliaria mille & ducenta conficit. Admittitur inter nouitios, vbi ſuum erga Deiparam ſtudium auget atque animum filij induit, ita vt matrem ſuã in communi ſermone eam appellaret, idque tanto cum ſenſu & ſimplici ingenuitate vt etiam audientibus partem ſuæ ſuauitatis aſpergeret. Cum frequentiſſime de ea loqueretur, ſemper noua & magnificentiſſima quædam, quibus eam appellaret, excogitabat nomina, dolebatque ſe magnificentiora inuenire non poſſe, nec celſiorem quemdam gradum vbi eam reponeret nanciſci.

Ad ſalutationem Angeli, ad SS. Roſarium preceſque

ceſque alias Deiparæ, ipſi conſuetas ſuauiſſime afficiebatur, eaſque recitabat & creberrime & cum quadam oris venuſtate & gratia extraordinaria, plane vt ei ab ipſa omnis gratiæ regina præter morem indita videretur. Optabat die Sanctiſſimæ eius Aſſumptionis emori. At (vt prædixerat) id conſecutus eſt nocte quæ eam præcedit anno 1568. Morti proximus, Virginis imaginem deoſculatus eſt & altera manu roſarium, altera ſacrum cereum tenens SS. Ieſu & Mariæ nomina ingeminans, animam Deo reddidit. Fertur morienti Deiparam apparuiſſe. Eius Sanctitatem multis miraculis Deus conteſtatam voluit.

9. Captiui duo liberantur.

Erant hi pater & filius qui à Mauris capti arctiſsimis vinculis conſtricti diuerſis in ciuitatibus detinebantur. Pater autem intelligens à quodam concaptiuo diem in ſequentem ſacrum eſſe Aſſumptionis Deiparæ, ſe illi ex animo commẽdauit, ei repreſentans quod cum liber eſſet conſueuiſſet eam ſingulis annis adire in monte Serrato, enixeq́ue precatus eſt vt ſui clientuli inter infideles captiui meminiſſet. Interea ſomno corripitur apparetque ei Deipara inter quietẽ. Quid inquiens ad illum, à me poſtulas? cur me tot gemitibus compellas? En tibi adſum. Quo dicto diſparuit. Euigilans autem captiuus deprehendit à ſe ablatos compedes, & catenam qua circa collum cinctus erat. Quare cogitat de fuga quam & aggreditur, nulloque pæne conatu 4. ianuas aperit quibus carcer concluſus erat. Inde mœnibus ciuitatis conſcenſis, inde demittit ſeſe Deipara illum tuente. Inde ad portum maris viciniũ

conuo-

conuolat. Sed eccetibi manè cuſtodem carceris dum videt ſibi captiuum deeſſe; aſſumptis comitibus omnia luſtrare loca circumuicina, quo cōſpecto captiuus ſe in rubum abdidit ſed humilem, & qui vix medium corpus tegeret. Nihilominus licet circum illum verſarentur, irent atque redirent, Deiparæ præſidio tectus manſit, nec ab ijs viſus eſt. Quod cum non ſine manifeſto miraculo contingere apud ſeſe cogitaret captiuus, enixè rogat Deiparam vt beneficium iſtud nouo beneficio cumulare ne grauaretur, filiumque ſuum, qui alibi inter barbaros ſeruitute premebatur, eximere. Mirum dictu, dum ita orando perſeuerat, repente filius qui bidui itinere ab eo diſtabat, coram patre comparuit, ignorans planè quomodo id contigiſſet, & à quonam eò tranſlatus fuiſſet. Dici non poteſt quanto vterque gaudio delibutus fuerit. Porro dum ſupplicant Virgini vt quod bene cœperat, perficere dignaretur. Ecce tibi nauim quæ directo curſu ad eos ferebatur, quæque duos adoleſcentes vehebat. Hi ſecuros eos eſſe iuſſos inuitarunt vt ſeſe in eam reciperent: mox libertati integræ reſtituendos. Quare ingreſſi tamdiu nauigarunt, dum nauim Maioricenſem offendunt, in quam adoleſcentes illi rogant nauclerum, duos hoſce viros admittant Deiparæ meritis à captiuitate liberatos. Quod vbi factum eſt illique in nauem admiſſi, mox adoleſcentes illi cum naui ſua in omnium conſpectu diſparuerunt: omnium autem ſenſus fuit, fuiſſe illos Angelos à Deo Deiparæ precibus ad horum liberationem ſubmiſſos.

Tyrius l. 12. belli. 10. Anno 1120. Balduinus Hieroſolymorum Rex ingentem de Turcis capitalibus Deiparæ hoſti-

ræ hoſtibus præuio ligno ſanctiſsimæ Crucis eſt conſecutus.

Anno 1458. creatur Romæ Pontifex ſummus Pius 2. *Hiſtoria Laureta-na. Turſell. l. 1. c. 26.*

Hic præſentem Deiparæ Lauretanæ opem in grauiſsima febri expertus, extemplo ei calicẽ aureũ opere ac pondere inſignẽ donat. Et Romã ſe voti exſoluendi cauſa Lauretũ transfert ingenti Cardinalium Romanorumq; procerum caterua ſtipatus.

Auguſti 15.

1. FEſtum ter glorioſæ Aſſumptionis genitricis Dei Marię de eo tria dicenda occurrũt, de ipſo feſto, eiuſq; inſtitutione. 2. de prodigijs, miraculis, Deiparæq; beneficijs eo die datis. 3. de obſequijs, pietatiſq; officijs eo die Virgini exhibitis. Ad primũ quidẽ quod attinet, id veriſsimũ eſt, quod ait Pater Suarez: Aſſumptionis feſtum eſt maximè proprium Virginis, & inter omnes eius feſtiuitates habet quandã excellentiam, quia eius gloriam, præmium ac triumphũ nobis repręſentat. Eſtque tantæ dignitatis vt licet ſit iuris humani, nihilominus in ipſo iure diuino proximè fundatur, vel potius ex illo quaſi neceſſaria collectione deductum videtur: Cenſent nonnulli ab Apoſtolis inſtitutũ. Illud certũ eſt eſſe antiquiſſimũ vt patet ex SS. PP. homilijs maximè Græcorum. At quando cæperit præceptum illud obſeruandi, ſatis incertum eſt, videturq; potius traditione introductum, quàm lege ſcripta. Tandẽ verò etiam iure confirmatum eſt. Vide de conſecrat. d. 3. & c. de ferijs. *L. 2. de feſtis c. 8.*

2. De ſecundo ex ſuperiùs poſitis hæc oc- *L. 2. de mira. c. 30.*

currunt tradit S. Petrus Abbas Cluniacenſis dictus Venerabilis cereos in templo S. Mariæ Maioris Romæ à primis veſperis feſti Aſſumptionis incendi ſolitos, vſque ad ſecundarum finem totis viginti quatuor horis permanere continuè ardentes, nihilque penitus imminui. Quod ad cõmendandam mortalibus Dei matris gloriam nõ ſemel tantum, ſed aſſiduè recurſo annuo, diuina pietas & potentia operatur. Hæc ille. Qui teſtatur id prodigium duraſſe per centum & eò amplius annos vſque ad ſuam ætatem. Atque ſic quod viri pij, Deo & eius matri obtulerant, & incenderant: totum id iterum integrum (vt lance explorabant) recipiebant.

3. Miraculosè prouidet Deus Deiparæ precibus, de annona Luſitanis obſeſſis. Alioqui fame perituris. Res ſic ſe habet ex Petro Maffeio.

L. 3. Hiſt. Indica. Cum anno 1507. in vrbe Cananore Indiæ Orientalis, Luſitanorum arx (cui Laurentius Brittus Præpoſitus erat) à Rege Cananoris cum quinquaginta millibus militum arctiſſima obſidione premeretur & milites qui erant in arce penuria commeatus (cuius maxima pars incendio fuerat aſſumpta) adeò laborarent, vt neque iam muribus abſtinerent, iiſque neceſsè eſſet aut deditionem facere, aut fame perire. Luſitani deſperato humano auxilio ad templum in arce Deiparæ Virgini extructum, quotidie confluebant opem ab ea petituri. Nec fruſtra. Nam ipſomet feſto Aſſumptionis die ſolito vehementius intumeſcens pelagus, ingentem locuſtarum numerũ ad ipſas templi radices eiecit, quæ à Luſitanis collecta, abunde in multos dies ſuffecit, nec validos tantum ſæua fame, at ægros (vt ſalubris eſt

cibus)

cibus) diuturno morbo leuauit. Sic obſidionem per totam hyemem ad 4. menſes tolerarunt, pace honeſtis conditionibus tandem cum hoſte inita.

4. Anno 1309. Rhodij milites fœlicibus auſpicijs Deiparæ ipſo eius Aſſumptionis die inſulam Rhodum, ei ex hoſtibus Turcis aſſeruere, quæ eſt quaſi plantatio roſæ in Hiericho. Nam ea inſula à roſis nomen obtinuit, quod in fundamentis ciuitatis Rhodiæ primum iaciendis, roſeta quamplurima inuenta fuiſſent. In ea inſula nobilis erat Solis coloſſus, (erat enim Soli ſacra) qui nongentos camelos in fruſta comminutus, onerauit.

Iacobus Boſſius l. 2.

Roſa Græcè ῥόδον.

5. Anno 1588. inſignem de hoſtibus ope Deiparæ referunt victoriam Luſitani, quam latius Bencius ita proſequitur. Rex Deior in India negligens fœderis facti cum Luſitanis, ſeſe cum Maurorum Rege coniunxerat, eorum aduentus Malacani timebatur propè fame laborantem. At auertendi periculi cauſa Luſitani ipſi hoſtilem ciuitatem (confeſſi omnes, ſacroquè epulo refecti) aggreſſi ſunt, dieque ſacro Virgini in cælum aſcendenti vrbs oppugnari cæpta à Luſitanis quadringentis viginti. In ea erant hominum decem millia, tormenta bellica non paruæ magnitudinis nongenta. Et capta eſt à Luſitanis ciuitas intra paucas horas Dei Deiparæque auxilio maxima hoſtium ſtrage, multa eorum nauigia incenſa deſiderati è Luſitanis quinquaginta, reliqui Malacani magna gratulatione, lætitiaque ciuium effuſorum obuiam, victores reuertere.

Adnotarunt Luſitani (inquit Bencius agens de ſede Angolana) dies omnes ſacratos Virgini ma- *Ad ann. 1590.*

 tri,

tri, lætos fuiſſe victoria. Itaque nunquam tentare prælium, niſi vno aliquo ex illis diebus conſtitutum habent.

6. Conſtantinopolis triēnij Saracenorū obſidione à Deipara liberatur. Quin etiā binis eorū claſſibus, quibus ad ſuos annonā ferebāt incenſis, cū nihilominus obſidionē nō dეſererent, deſtituti annona, fame, & peſte pereūt, & à Bulgaris ad 22. millia trucidātur. Qui verò ex obſidione atq; internecione ſuperfuerant, cū multa confuſione ad ſuos 18. Kal. Aug. (qui hodiernus dies eſt) reuertuntur; cū autē nauigaret claſſis eorū, tempeſtas in eos per interceſſionē Dei matris incumbēs, eos huc illuc, diſperſit, nōnullas in vertigines demerſit, ſuper reſiduas verò naues, cū trāſiſſent Ægeū pelagus, grādo ignea deſcendēs aquā maris ebullire fecit, & pice liquefacta naues ſimul cū hominibus in profundū demerſæ ſunt, decē ſolis ex tāta multitudine ſaluis, ad Dei magnalia annuntiāda. Hæc Theophanes ad annum Domini 717. pro tanto beneficio ſolemnes gratiarū actiones decretæ, vt conſtat ex Menologio Baſilij Imperatoris die 15. Auguſti.

S. Anton. p. 2. tit. 17. §. 27. ex Vincentio. Gall. noſtre Dame du Puy.

7. Circa annum à Chriſto nato 1183. cum Rex Aragoniæ & Comes S. Ægidij Ræmundus diſcordes eſſent, nemoq; illos reconciliare poſſet, accidit, vt in vrbe Anitio cuidam carpentario ſe Deus oſtenderit, cui & chartulam dedit in qua erat effigies Beatiſſimæ Virginis Mariæ filium tenentis, cuius imaginis rotunditas circumſcripta erat his verbis: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.* Poſtquam ſe tam admirandæ viſionis fama vulgauit viri Principes ex varijs mundi plagis & ingens ple-

plebeorum numerus, in ferijs Aſſumptionis Anitium conuenêre, porro vrbis Antiſtes carpentarium illum in medium venire & quæ vidiſſet audiſſetque, iubet effari. Ille de pace inter Regem & Comitem ineunda, diuinum exponit mandatum, imaginemque teſtem inducit litteris ſupradictis ad oram ſignatam, auſcultant illi Principes diuino conſilio in Galliam peregrinati, & pacem cælitus imperatam non ſine lacrymis ſe ſeruaturos iurant, pacis obſidem Virgineam illam imaginem adhibent, quam plumbeis ſigillis imitando expreſſam lineiſque aſſutam tuniculis albis, quales monachorum alborum ſcapulares eſſe ſolent, & pectori applicitam pro ſymbolo proque pacis inſigni circumgeſtant, ea verò pax tantæ fuit efficacitatis, vt qui ita linteatus & tali ſigillo munitus inuentus eſſet, in tantum ſecurus erat, vt ſi quis fratrem alterius caſu aliquo occidiſſet, & frater ſuperſtes homicidam cum ſigno iam dicto videret non de vltione laborabat, at cælitus admonitæ pacis memor, homicidæ ignoſcebat. Quin & imaginis illius cœlicæ viſo exemplo, occiſi Frater in occiſoris ruebat amplexus, cumque hoſpitio acceptum benignè tractabat. Eratque eius tuniculæ & imaginis geſtatio Sodalitatis Virgineæ quoddam genus, quod pacis poterat appellari.

Alia Lectio habet ſlanneis.

8. Dominicanus ſuper cappam fluuium pertranſit, concionem habiturus in feſto Aſſumptionis, de quo ita Thomas Cantipratenſis. In Germania circa annum 1229. glorioſa Virginis Aſſumptio ſolemnis inſtabat, Miſſus ergo Frater ordinis

L. 2. apũ c. 29. nu. 26.

ordinis Prædicatorum valde feruens ad ſtationē quandam, eo die concionaturus. Venit mane ad fluuium, medium inter ſtationem & locum Frat--- neque inuenit, vt ſolitus erat, quemquam qui eum traijceret, neque per pontem tranſire licebat quod amnis omnia latè aquis ſuis cōpleuerat. Anguſtiatus itaque, in Chriſtum eiuſque matrem firmo corde confiſus, cum prece ſupplici, cappam ſuam expoſitam ſuper vndas liquidas explicat, ſignoque crucis edito in ea ſedet, & ſiccis omnino veſtibus pertranſit. Frater qui eum comitabatur, tantum miraculum admiratus, nec idem facere auſus, nauem expectauit, & diu poſtea traiecit.

Annales Colmarienſes. 9. Anno 1276. in Germania in feſto Aſſumptæ Virginis, flores & fructum plures arbores produxere.

10. Poſtquam Carolus 2. Siciliæ Rex Luceriam ciuitatem è Saracenorū ditione ipſo die Aſſumptionis eripuiſſet, eam inſigniuit nomine ciuitatis Mariæ. Quod idem à Senenſibus Hetruriæ populis factum. Qui inſuper numiſmata ſua cudunt cum hac inſcriptione: Seuæ antiqua ciuitas Virginis ſed antonomaſticè Carnutum Galliæ, hoc gaudet honore, quæ ante ipſius Virginis ortum dicata fuit VIRGINI PARITVRÆ & cuius ipſamet ſeſe frequenter Dominam vocauit.

L. 4. In ſinu diuinæ pietatis c. 49. 11. Sanctæ Gertrudi diuinitus reuelatur Aſſumptionis Deiparæ gloria, videtq; eam ſumma cum beneuolentiæ & honoris ſignificatione à filio excipi. Vide ibidem alias eiuſdem viſiones hoc die habitas planè admirabiles, & plenas cæleſtium ſolatiorum.

12. Anno

12. Anno 1265. floruit S. Herthinodus Gothus ex ordine Diui Auguſtini. *Ioſeph. Pamph. in Chronico ordinis Eremit.*

Hic cum à Deo petijſſet videre qua gloria Deipara hodie in cælum eſſet euecta, id ei oranti oſtenſum eſt, atque ſic acerbitatem doloris quem antè hauſerat ex viſione Chriſti in eo plane ſtatu quo fuerat in cruce ſuffixus, temperauit.

13. Apparet Deipara S. Arnulpho paulo ante mortem. Erat hic Epiſcopus Sueſſionenſis, qui ipſa Aſſumptionis vigilia quæ tum in ſabbatum incidit, ſentiens ſibi mortem imminere: parate (inquit fratribus) funeri meo neceſſaria, nam diuinitus cognoui me breui moriturum, & prꝑter S. Petrum, præter S. Michaelem Archangelum multoſque Angelicos ſpiritus qui me viſitarunt, vitamque æternam polliciti ſunt, adfuit etiam mihi mater miſericordiæ multis ſtipata Virginum choris, benigniſsima voce me certiorem faciens, de anima mea, inter eius Aſſumptionis gaudia in cælos transferenda. Quod & contigit prout ipſe prædixerat. *Ex Surio 15. Auguſti.*

14. Hodie in manus B. V. M. & Angelorum animam ſuam conſignat S. Stephanus I. Hungariæ Rex, qui vt in hoc feſto gaudijs pleno corporis eius fieret diſſolutio, precibus, lachrymis & gemitibus à Deo impetrarat. Paulo ante mortem eidem Dei genitrici regnum ſuum & ſe ipſe commendarat: Regina, inquit, cæli, mundi inclita reparatrix, tuo patrocinio, ſanctam Eccleſiam cum Clero & Epiſcopis, regnumque cum primoribus & populo, tuis precibus commendo: quibus vltimum valedicens, animam quoque meam tuis manibus commendo. Poſtquam to-

tum regnum ad fidem adduxerat, illud ſub patrocinio D. Virginis voluit contineri, quod & vocare ſolitus erat, Familiam Mariæ. Vide 20. huius.

15. Anno 1301. rebus humanis exemptus eſt B. Iacobus ex Blancorum illuſtri familia in Hetruria ordinis Dominicani.

Huic octiduo ante mortem apparuit Deipara, & iterum ſub mortis tempus mirabile de eo narratur, nocte ſcilicet, qua mater eum enixa eſt, tres in cælo lunæ viſæ ſunt, quarum ſingulæ continebant imaginem viri veſte prædicatoria amicti. Illuceſcente mox die ſequenti, viſus eſt infans quidam ciuitatem percurrere, alioſque pueros voce hac edita: Ad ſcholas, ad ſcholas, inuitare, cauſamque poſcentibus reddere: hac nocte natos eſſe præceptores, quos mundus vellet audire. *Leander.*

16. Ioannes Gerſon ſuper Magnificat, quē citat Raulinus tom. 2. de ſanctis: Piè inquit creditur, Dei priuilegio in Virginis Aſſumptione euacuatum eſſe purgatorium, dum enim princeps coronatur, aperiuntur carceres, quantò magis in coronatione Deiparæ. *Sermone 45.*

17. Beatus Petrus Damianus narrat l. 3. Epiſtolarum, Epiſtola vltima, mulierem quandam Romæ defunctam alteri hac ipſa nocte apparuiſſe, cumque ab ea quæreret quemadmodum haberet, vſque hodie, inquit, nō leuis me pœna cruciauit, at hodie regina cæli pro nobis preces fudit, meque cum multis alijs de locis pœnalibus liberauit, totque inde eripuit, vt numerū totius Romanæ plebis excedat. Cumque de rei veritate dubitaret mulier altera: Scito me, inquit, *Obijt an. 1072.*

Digitized by Google

quit, in ſignum veritatis, quam tibi modo aperio, te hac ipſa die poſt annum morituram. Quod & factum eſt.

18. At inter iucunda iſta, & Deiparæ beneficia, iuuat & triſtiora inſerere.

Anno 1542. de cælo tactæ ſunt Eccleſiæ Moguntinæ præcipuè Metropolitana B. V. M. ad gradus. v. 23. Februarij. *Serrar. in Hiſtor. Mogunt.*

19. Anno 862. Teruanæ recurrebat annuus Aſſumptionis Deiparæ dies. Inſtat ciuium aliquis ea ipſa luce, contemptis ferijs interulam ſiue induſium acu ſibi parari. Et ecce integrũ apparet, ſanguinolentis maculis inſperſum. Ad Hunfridum Epiſcopum res defertur, & adiuncto ſacris induſio, id feſtum apud Morinos deinceps ipſe præcipuum vt ſit, decernit. *Meyerus l. 8. Annal.*

20. Anno 1556. hoc ipſo die Terpati in Liuonia feſtum hoc magna cum pompa peragebant atque ornatu. Eum honorem D. Virgini impenſum matrona quædam cum inuideret, mandat pediſſequæ vt balneum adparet, caminum inſtruat, ſe cum marito lauari decreuiſſe. Illa ſolemnis feſti heram ſubmonet, vt in diem inſequentem differat, rogat. Quid, inquit, excandeſcens hera, de Maria narras, illa mihi ſimilis mulier extitit, nec vllius aut potentiæ aut gratiæ prærogatiua inſtructior, tu iuſſa mea perfice. Paret itaque ancilla. At vbi ad caminum venit, quantumuis arida ligna nulla ope, nullo flatu accendere potuit. Illa laboris fruſtranei pertæſa, vbi ſe vndique vertit, tectum omne ardere videt, nec vlla vi flammã extinguere *Bredembachius l. 2. collat. c. 26.*

Digitized by Google

tinguere valet. Ignis igitur primum, balneum ipſum vaſtat, mox duas contiguas ædes ingenti ciuium terrore populatur. Poſtero die lignorum faſcis camino ingeſtus, omnino incombuſtus comperitur.

L.3.c.39. 21. Accipe aliud ex vita S. Othonis Bambergenſis Epiſcopi quod Bocceo eiuſdē Epiſcopi presbitero per viam pergente in Aſſumptione Beatæ Mariæ factum comperimus. Duobus ruſtico videlicet, & eius vxore in agro metentibus ſacro illo die, zelo religionis presbiter eos prohibebat dicens, huic diei propter Aſſumptionem Dei genitricis Mariæ honorem deberi. Erat autē ſecunda feria. Dicebat ergo Ruſticus: heri propter Dominicam operari non licuit, & iterum hodie vacare iubemur. Quæ eſt hæc doctrina, quæ homines à rebus neceſſarijs & bonis iubet ceſſare? Quando ergo collectas videbimus fruges noſtras? Puto vos inuidere vtilitatibus noſtris. Cumque iam ad blaſphemandum os aperire vellet, & falcem crebris tractibus meſſor vehemens in calamos vibraret; mirum dictu, ſubito exſtinctus in ſulcos cecidit, falcemque in dextrâ, ſegetem autem in ſiniſtrâ, vt abſecta erat, tā fortiter etiam mortuus tenebat, vt à nullo auferri poſſet: mulier autem infælix, ſocia operis, morte quidem multata non eſt: puto, quia ſub viri obedientia poſita fuit. Sed tamen ſine pœna & cōfuſione non euaſit: nam corpus exanime viri ad Eccleſiam ſecuta, falcem & ſegetem de manibus ſuis, & ipſa excutere non potuit, quouſque corā populo & clero argumentum hoc illicitæ operationis probaretur. Sepulto ergo viro & abeunte cum timore populo, mulier ſoluta eſt. Ex hoc autem

autem facto populus maiorem Dei genitricis reuerentiam, maioremque alijs feſtis celebritatem doctus eſt exhibere.

Sed redeamus ad lætiora.

22. Natale Beati Iacobi de Beuagna Dominicani. *De viris illuſtr.*

Huic Chriſtus cum Deipara, SS. Dominico & Georgio apparuit octo diebus ante obitum, ei ſignificans ſe in diem Aſſumptionis genitricis ſuæ compararet ad vitam fæliciorem. Quo eodē die & iterum ijſdem comitatus, ſe videndum exhibuit.

23. Sanctus Franciſcus Xauerius in Iaponiam, vbi tot præclara facinora ad Dei gloriam edidit, ipſo Aſſumptionis Virginis die, multis difficultatibus quibus eam nauigationem interturbare conatus erat dæmon, Virginis ope ſuperatis peruenit. *Hiſtoria Societatis & vita eius.*

24. Beatus Aloyſius Gonzaga diuinitus monetur hoc ipſo die de ineunda ſocietate. Degebat tum Madridij in Hiſpania in aula Philippi 2. annum 15. agens, cumque Dei voluntatem circa vitæ ſuæ ſtatum cuperet intelligere, ad id ſtatuit die aliquo Virgini ſacro per eandem Virginē idipſum à Deo impetrare. Quare die Aſſumptæ Virgini ſacro anno 1583. multis precibus adhibitis & magna cum preparatione ſe ad SS. Euchariſtiam comparauit, qua ſumpta iterum ſe totum in preces dedit, enixe Deum rogans vt per SS. eius genitricis interceſſionem ei ſignificaret, quam potiſſimum de omnibus vitæ rationem ſequeretur: Et ecce quaſi clara ac manifeſta vox ab eo auditur vt in Societatem IESV ingrederetur, qua reuelatione lœtus admodum, poſt multas *Ex eius vita.*

ei à parente iniectas difficultates, tandem voti compos factus eſt Romæ 1585. Nouembr. 25.

24. Natale S. Hyacinthi Dominicani.

Hic pro feſtis Deiparæ & Apoſtolorum pane & aqua contentus, cęteris abſtinebat. Cum quodam die Aſſumptionis Deiparæ totus defixus eſſet in contemplationem gloriæ B. V. M. vidit è cælo ſuper Altare deſcendentem nubeculam, in cuius medio lucebat Deipara, quæ ita ad eum: O Hyacinthe bono eſto animo & gaude; quicquid enim poſtulabis per me, à Deo exorabis. His dictis, diſparuit. Et promiſſionum ſequutus eſt euentus, nihil enim ab ea petijt, quin impetraret. Eius inuocato nomine adoleſcentem vitæ reſtituit.

Ab eius morte viſa magna Virginum multitudo in cuius medio eminebat Reginæ habitu vna aliqua præ cæteris, quæ manu religioſum Dominicanum tenebat, ac ſuauiter concinebat. *Ibo ad montem Myrrhæ & ad collem Libani cum Beato Hyacintho*. Cumque ſancta illa Virgo cui viſum illud apparebat ſciſcitaretur quænam eſſet regina illa, quis item religioſus, reſponſum eſt ei, eſſe illam matrem miſericordiæ quæ ſanctum Hyacinthum in cælum deducebat. Vide de eodē 17. Aprilis.

Iulianus Pomerius Toletan. Antiſtes apud Surium.

Cum S. Hildephonſus Toletanus Epiſcopus ante horas matutinas ſolito more ad Dei laudes ſe conferret, eumque clerus cum faculis præcederet. Ecce totum templum ſplendore cæleſti micans, quod lumen cum clerici ferre non valerent, fugerunt, & prope præ timore exanimati ſunt. At Epiſcopus nihil veritus ante altare B. V.

Mariæ

Mariæ procedens, reperit eam ſedentem in cathedra, vbi ipſe ſolitus erat ſedere, & populum ſalutare. Cumque oculos eleuaſſet, vidit in circuitu eius omnem abſidem repletam Virginum cãtantium choris. Tum ad eam Deipara: Propera in occurſum ſerue Dei rectiſſime, & accipe de manu mea munuſculum, quod tibi de theſauro filij mei attuli. Quibus & alijs nonnullis dictis, dedit ei veſtem ſacram, qua in die tantũ Aſſumptionis vtetur.

25. Anno 1477. vita functus eſt P. Andreas Noorth Dominicanus.

Hic ſedulò Beatiſſimæ Virginis Mariæ rogabat cum lacrymis vt illum non pateretur mori niſi in feſto eiuſdem. Igitur ingenti correptus ægritudine aſſeruit fratribus ſe in feſto Aſſumptionis eiuſdem moriturum. Quod & factum eſt. *Hyacinthus Choquetius D. Theol.*

Super eſt tertium de obſequijs, pietatis officijs erga Deiparam & eius generis alijs nonnullis.

26. Bambergenſes in Germania, triginta diebus continuis ab eius Aſſumptione ſummo mane, ſolemni Miſſæ ſacrificio, quod in omnibus templis celebratur intereſſe ſoliti ſunt. Neq; ab eo abſunt aut manuarij opifices, aut ſerui & ancillæ. Non rari item numerantur, qui intra tricennalia illa, Dominicis & feſtis ſacra Euchariſtia reficiuntur. *Fornerius in Hiſtoria Deiparæ.*

27. Sodalitas quædã fuit Florentiæ ſub annũ Domini 1232. in Deiparæ honorem congregata, quæ cũ ipſo eius Aſſumptionis die preces & laudes ei perſolueret, admonita cæleſti voce ſæculũ ſtatim reliquit, atq; ad vnius Dei obſequiũ cõtulit *Ex Hiſtoria ordinis.*

retento

retento ſemper B. V. M. famulatu, ideo enim Seruitæ appellati,quaſi ipſius ſerui. Septem etiã poſt annos ab hac voce, fertur eandem ſeparatim per quietem ſingulis apparuiſſe, cum illuſtri Angelorum exercitu. Ipſa vna manu pullam tunicam, altera librum apertum tenebat, iubens illos deinceps illa veſte vti, & illa regula quam Sancti Auguſtini eſſe aiebat. Hæc Hiſtoria poteſt etiam referri ad ſecundum punctum de tribus ſupra memoratis. Vide etiam 8. Septembris.

Hiſtor. Carnut. 28. Hodie Carnuti à quodam nobili,qui ad hoc tenetur ratione quorumdam prædiorũ quæ à Carnotenſi Eccleſia dependent, in Miſſæ ſollemnis offertorio, falco offertur non qualiſcumque, ſed exercitatus, & prædæ aſſuefactus,de quo fuſius Hiſtoria Partenia Carnotenſis. Eius cæremoniæ cauſam refert in id quod falco volatu ſuo in ſublime, ſymbolum ſit Aſſumptionis Virgineę ſupra omnes cælos. Cui id non probatur, aliud excogitet, ſimulque euoluat quæſtionẽ iſtam eiuſdem ferè generis: cur in ſancti alicuius apotheoſi ad offertorium Miſſæ, offeruntur turtures bini.

Ex Maffæo & Ribaden. in eius vita. 29. Sanctus Ignatius Societatis IESV parens, cum S. Franciſco cæteriſque ſocijs, implorato Virginis patrocinio, votum paupertatis ſeruandæ exacto Theologiæ ſtudio,& ſaluti proximorum vacandi ac Hieroſolymam proficiſcendi in ipſo Aſſumptionis die in Sanctiſſimæ V. Mariæ æde,quæ Mons martyrum dicitur,prope Pariſios emittit, anno 1534.

30. Carolus Neapolitanus Rex primus eo nomine, Archiepiſcopale Neapolitanum templum,

plum, ipſo Aſſumptionis feſto, anno 1270. condere incipit, quod & ipſi Deiparæ dicatum eſt.

31. Vrbs Meſſana, quæ à Deipara adhuc in terris agente Epiſtolam ſe habere gloriatur, Cathedrale templum inſigni magnificentia exſtructum, Aſſumptæ Virgini dicauit, eiuſque feſti templum ſeu dedicationem die iſto, ſolemni Deiparæ ſimulachri per vrbem pompâ, ingenti tum incolarum, tum aduenarum concurſu celebrat.

Ex Thoma Faſelo in Hiſt. ſicula.

32. Prope Damaſcum (tribus tantum ab eo diſtat miliaribus) viſitur Eccleſia ruri D. Virgini dicata, in qua pictura eſt eiuſdem, vnde oleum fragrantiſſimum iugiter manat, quo multi tum Chriſtiani tũ Saraceni, tum Iudæi ſæpe ſanantur à varijs morbis nec vnquam imminuitur illud oleum, quantumcumque inde ſumatur. Ad hoc templum die Aſſumptionis & Natiuitatis Deiparæ, omnes Saraceni & Chriſtiani orandi cauſa confluunt, & Saraceni illic ſua ceremonialia offerunt cum maxima deuotione.

Ex Arnoldo Abbate Lubetenſi oculato teſte V. Baron. Ad annũ 870.

Anno 1203. Soldanus Damaſcenorum penitus cœcus effectus, auxilio Deiparę inuocato, infuſione olei illius viſum recepit, ac ſexaginta metretas olei annui redditus dedit ad lumen faciendum ante altare BB.V.M. ſcilicet vt lumen redderet pro lumine, & quia quod primum vidit, fuit lampas illa. Ex illo tempore ad Natale ſequens, cæpit vberius oleum à dicta imagine fluere, & illud oleum in anno ſequenti in carnem ſolidari. Quo anno miraculis crebreſcẽtibus & ob Soldanũ curatũ & ob idẽ oleum in carnẽ ſolidatũ fama celebris in Oriente fidem noſtram ſolidauit.

VVeſtmonaſter. in Flor. Hiſt.

Porro

Porro imago hęc ea eſt quæ anno 870. tranſlata erat Hieroſolymis Damaſcum, quam antea poſſederant Conſtantinopolitani, eratque depicta in tabula lignea. Sed poſtea pictura (mirabile dictu) ſuper ipſum lignum eſt incarnata.

Du Iarric. t. 2. 33. Anno 1590. Magnus Rex Mogor inuſitata ſolemnitate, licet adhuc ethnicus celebrauit feſtum iſtud. Itaque ſuperbum & celſum thronum erigi curauit, in quo Deiparæ imaginem à P. Rodolpho Aquauiua Societatis IESV martyre collocauit, principibuſque ſuis vniuerſis, aulicis ac belli ducibus præcepit, vt eam venerarentur, tum eandem oſcularentur. Quod & factum, præeunte Regis filio. Quos autem in Deipara honoranda de ſupradictis aduertit promptos, eos creauit equites.

Bonauent. in vita eius c. 9. 34. D. Franciſcus in honorem Diuæ Virginis, atque iſtius eius feſti, à die SS. Apoſtolorum Petri & Pauli vſque ad diem Aſſumptionis Virgineæ deuotiſſimè ieiunabat.

35. Anno 1571. Cæcilia Panormitana ordinis S. Franciſci de Paula vitâ fungitur.

Chronic. Hęc ſingulis annis pręueniebat feſtum Aſſumptionis Deiparæ ieiunio 15. dierum, & Panormo ad B. V. Drepanenſem ſe conferebat vt idem feſtum ibi celebraret, quo in officio pietatis, ibidem eodem die feſto ſanctè obijt. A morte inuenta eſt eius facies verſa ad imaginem Deiparæ, roſariumque manu tenens.

M. S. Vaticana n. 1566. de rebus Anglic. 36. Ioannes Beccanus (ita ſanctè functus eſt anno 1292.) ex Franciſcano Cantuarienſis Archiepiſcopus.

Hic omnes & exemplo & doctrina ad cultum B. M. V. prouocabat, & vt 40. dies ante eius

Aſſum-

Aſſumptionem ieiunarent, nam id ieiunium vehementer commendabat.

37. Aſſumptionis dies feſtum eſt particulare Romæ, Eccleſiæ S. Mariæ Maioris, quo die antiquitus imago quæ ibi ſeruatur à S. Luca depicta, plurimis clariſſima miraculis, demittebatur ex loco ſuperiore in medium templi, ac ſimul cum imagine Saluatoris, quæ ex Lateranenſi, templo afferebatur magna pompa in publica ſupplicatione circumferebatur. Imago autem Saluatoris ad ſupra memoratum S. Mariæ Maioris templum non ſine magna ſolemnitate populique concurſu ac pietate portabatur, nam præter muſicæ harmoniam ac frequentiſſima lumina, vniuerſus populus certo quodam loco vbi imago inter eundum quieſcit voce vnanimi centies repetebat cũ lacrymis & ſingultibus, Kyrie eleyſon, totidemque vicibus Chriſte eleyſon ingeminabat. Ex eodem. *Pompeus Vgonius in lib. ſtation.*

38. In templo Legionenſi Caſtellæ in Hiſpania Metropoli nobili ceremonia 12. Virgines hodie ſolemni ritu Deiparæ offeruntur. Plura non habentur. *Marinæus Siculus l. 3. de rebus Hiſpaniæ ſub initium.*

Vide etiam Ianuar. 28. n. 4. de imagine aſſumptæ Virginis à Paulo 5. ſumptuoſiſſimè ornatæ.

Auguſti 16.

1. APeritur ſepulchrum Deiparæ in gratiã S. Thomæ qui eius funeri non interfuerat, eiuſque corpus videre & adorare peroptabat, at illud repertũ non eſt. Sed ſola ſepulchralia lintea aptè loco commodo compoſita. Porrò ex ſepulchro linteiſq; ſuauiſſimus emanabat odor. *Niceph. l. 2. c. 23.*

Theophanes. 2. Anno 797. abdicat imperium Conſtantinus ſeptimus.

Huius & matris Irenes tempore ſub ann. 780. in longis Thraciæ muris quidam fodiens inuenit arcam lapideam in eaque virum iacentem, & conglutinatas arcæ literas, continentes hæc verba: Chriſtus naſcetur ex Virgine Maria. Credo in eum. Sub Conſtantino & Irene Imperatoribus. O ſol iterum me videbis. Vatis alicuius fuit ſepulchrum.

De viris illuſt. 3. Feſtum B. Elſæ Indi Dominicani.

Hic cum ad Regem Abaſſinorum proficiſceretur ab eo vocatus. Ad conuincendum hæreticum, qui malè ſentiebat de B. V. M. negans ei honorem matris Dei, viſus eſt in oratione quam ſundebat ad proſpetum itineris exitum conſequendum, eleuatus cum equo à terra aliquot cubitis. Itaque hæreticum conuicit, ſed cum ille nihilominus in errore perſiſteret Regis iuſſu quatuor leonibus famelicis traditus eſt, qui momento eum deuorarunt. Sed cum id ægerrimè ferrent nonnulli, qui in eodem errore verſabantur, petiere à Rege vt B. Elſa etiam ipſe traderetur leonibus, ac tum demum omnibus palam futurum quid de ea re tenendum ſit. Videns igitur Rex rem ad ſeditionem tendere rogauit Beatum virum & ad eam ſanandam veritatiſque confirmationem pateretur ſe leonibus etiam obijci. Quod ille non grauatè conceſſit, & poſtquam ſe crucis ſigno munijſſet in mediam leonum turbã ſe conieciť, qui ſuæ feritatis obliti ei manus & pedes linxere. Quo viſo portento Rex & proceres, immortales Deo Deiparæque egere gratias. Obijt hic Diuus 15. Auguſti, at hodierna die eius

eius feſtum celebratur.

4. Anno 1566. hæretici Marquetenſe monaſteriū (Reclinatorium Dominæ noſtræ vocatum) ingreſſi, ſtatuas eiuſdem ac Diuorum ex editis locis deiectas malleis conterunt vel bipennibus ſcindunt. Senſit per eos dies impiorum hominum rabiem in Deiparæ & ſanctorum ſignis violandis Abbatia Laudenſis, Cyſonienſe monaſterium ac templum Turquoinienſe, in quo diſfractis eraſiſue ſacris imaginibus, duos tantum ad menſam pauperum in ligno ſculptos dæmones intactos reliquere vt omnibus appareret quo afflati ſpiritu hæc ederent impij furoris facinora. Quomodo poſtea cæſi à Catholicis vide 29. Decembris. *Io. Buzelin.*

5. Anno 1128. obit Normannus Comes Flandriæ. *Meyerus.*

Hic monaſterio D. Mariæ de Dunis nunc ordinis Ciſtercienſis, prope Furnas agros ac poſſeſſiones primùm aſſignauit.

Hic aliquando ſimul vixere monachi 120. conuerſi 240.

Augusti 17.

1. HOdie anno 1304. miraculosè liberat ſanctiſsima Virgo Regem Galliæ Philippum, cognomine pulchrum. Cum enim eius exercitus eo tempore quo de componenda pace cum hoſte ageretur, huc illucque diffluxiſſet, pæneque ſolus eſſet à ſuis deſertus, eum hoſtis inuaſit. Quibus in anguſtijs Virgini Carnotenſi vota nuncupauit. Et ecce quaſi miraculosè ſtatim ſe vidit à numeroſo ſuo exercitu parato & expedi- *Hiſtor. Galli. & ex ijs Hiſtor. Carnut.*

to ad pugnã circumdatum. Hoſtiles verò copias cum aduerteret abſque ordine, & cõfuſione plenas, eas aggreſſus eſt, ac de ijs triginta ſex hominũ millia internecione deleuit, vt omittam magnam vim captiuorũ, è ſuis mille tantum ſupra quingétos deſideratis. Tantam victoriam Rex non eſt paſſus abire abſq; gratiarũ actione, nam in reditu adijt ipſemet ad Deiparã Carnotenſem ei gratias acturus Dominium Barrenſe dictũ, eius templo in perpetuum attribuit, armaq; ſua vniuerſa quibus in illo conflictu indutus erat, in eodé templo pro anathemate ſuſpendit, ſolemneq; ſacrũ fundauit, quod hac eadem die tanto nobilitata præſidio celebraretur, quod & modo ſeruatur.

Iſidorus Moſcouius in vita.

2. Natale B. Claræ de monte Falcone anno 1308. ordinis S. Auguſtini.

Hæc quatuor annos nata ita pietati ſe dedidit vt orationem Dominicam ſalutationem Angelicam, multaſq; alias preces flexis genibus manibus complicatis, vultuque ad Deum verſo tanta animi deuotione recitaret vt omnibus admirationi eſſet. Cũ morbo premeretur Angelus ei apparuit, ad quẽ ipſa: Angele Dei nuntia SS. Virgini vt me in cœleſtes ſedes recipiat. Sub mortis tẽpus vidit cælum apertũ & Beatam Virginem, eam ſummo cũ gaudio expectantem. Hæc eſt cuius cor diuiſum repreſentabat expreſſa myſteria Dominicæ paſsionis ita exactè vt ea exſculpta videretur. In eius quoq; felle tres globuli rotundi ſolidi colore cineris inuenti, imagine, colore & pondere pares, non modo ſi ſeparatim quilibet accipiatur, ſed etiam (quod humanas vires ſuperat) ſi vnus cum binis, aut vnus vni, aut omnes ſimul apponantur, æquale pondus reperitur.

Ang.

Auguſti 18.

1. SAnctiſsimè obijt S. Helena Conſtantini magni mater, quæ in loco vbi Chriſtum enixa eſt SS. Virgo Maria magnificum templum extruxit, quod Imperator Conſtantinus Regijs ornamentis honorauit & monumentis ex auro & argento, varijſque aulæis exornauit.

Euſebius de vita Conſtantini. l. 3. Niceph. l. 8. c. 30.

Excitauit quoque mirificum aliud templum in Gethſemani prædio, genitrici Dei Mariæ, atq; in ſacrario ipſo viuificum eius ſepulchrum firmiter incluſit. Quum verò decliuis ſit is locus, gradus marmoreos fieri curauit, viatores ex ſancta Vrbe Orientalem plagam verſus ferentes.

2. Vita exit Paulus 4.

Hic anno 1554. Eccleſiam B.M.V. Antuerpię (operis mirifici & turri ſecti lapidis & quadrati ad 466. pedes ſurſum eminente glorioſiſsimam) in cathedralem erexit, cum prius, aliquot ſæculis collegiata ſub præpoſitis fuiſſet.

3. Anno 1503. obit Alexander 6.

Hic ſub annũ 1495. cũ imminentia ſibi pericula maxima à Carolo Gallorũ Rege videret, ad humanã prudentiã, adiecit & diuinũ perfugium, nã ad Deiparam recurſum habuit & votis conceptis ſuã ſtatuam in templo Deiparę Annuntiatæ, Florentiæ ante eius imaginem ſuſpendi iuſſit. Ea ſummo artificio ad viuum elaborata, ſolemni pompa præcinentibus tubis excepta, & conſpicuo in loco expoſita ad hęc vſque tempora (annum ſcilicet 1627.) viſitur, monumentum perenne ſpei quam Pontifex grauiſſimis in periculis in ſacratiſſima Virgine repoſuerat.

Gianius in Chronico ſeruitur.

Anton. Caratiol. in vita Pauli 4. Hic (quod quia rariſſimum exemplum, licet extra rem, non eſt omittendum.) SS. Sacramentum globo aureo incluſum perpetuo ad collum appenſum geſtabat, ſiue prouiderit Dominum exemplo Dauidis coram ſe ſemper omniū actionum inſpectorem & iudicem, ſiue præſidium & amuletum ad omnia, quibus circumcingebatur pericula, ſiue denique (quod priſcis Chriſtianis in more) viaticum præſentaneum ad itinera æternitatis. Et licet hunc Pontificem de varijs accuſent hæretici & nonnulli Catholici nimis creduli aut partiales, tamen grauiſſimi auctores eum magnis affecerunt laudibus. Volaterranus, Pauuinus, Ciaconus, Nauclerus, Crantzius, Gonzalez, Illeſcas & alij. Vide apud eundem Caraciolum & apud Brouium tomo 18. ad annum 1503. pulchrum miraculum ad illum globum aureum.

Auguſti 19.

1. ANno 1498. vita obijt Federicus Imperator eo nomine 3.

Hic tanta religione vigiliam Aſſumptionis Deiparæ celebrabat, vt & vino abſtineret, & pænè ſibi cibo omni interdiceret.

2. Puerula miraculosè ſiue in viuis ſeruata, ſiue à mortuis excitata.

Cum hæc aliquot menſibus epilepſiæ conuulſionibus lacrymabili ſpectaculo emacerata fuiſſet, tandem atrociter inualeſcente morbo, omnino exanimata credebatur, cum totum eius corpus cadaueroſo pallore obductum, palpantium manibus & rigeret, & omnis expers natiui caloris extremè

extremè frigeret. Vicinis ergo ſepulturam ſuadentibus, parentes Deum per Virginis matris quæ Weyerez colitur interceſſionem impenſiùs inuocant. Nec cecidere in irritum preces, nam cū primùm ad paruulæ lectū accurriſſent, & faſcias quibus iam ad funeralem elationem inuoluta erat extricarent, calentem, viuido colore ſpirantem ac viuam offenderunt. Confirmauit miraculum reuocationis ad vitam, totalis expulſio epilepſiæ, nam nec minimum in ea eius morbi indicium deinceps viſum eſt.

Auguſti 20.

1. NAtalis dies S. Bernardi inſignis Deiparæ cultoris.

Quadam vice dum ægrotaret adfuit ei B. V. M. cum SS. Laurentio & Benedicto. Qui omnes imponentes ei manus, & loca doloris attactu pijſſimo lenientes, omnem penitus ægritudinem depulere. Siccatus eſt enim illico phlegmatis riuus, & dolor omnis qui ſanè erat vehementiſſimus, abſceſſit.

Viſitur Affleghemij in Brabantia in cœnobio S. Benedicti imago Deiparæ quæ cum ſalutaretur à D. Bernardo, dicente Salue Maria, reſpondit intelligibili & amica voce: Salue Bernarde.

Vtebatur idem interpoſitione nominis Deiparæ ad conuerſionem peccatorum. Poſtquam nobilē Gallum varijs tentatis nequiuiſſet à grauiori ſcelere auocare. Age, inquit, ſaltem abſtine ad triduum in honorem Dei. Abſtinuit. Rogauit vt alter, triduum in honorem B. V. M. Abſtinuit. Tertio vt in honorem SS. omniū. Et id præ-

Specul. exemplū & P. Ludouicus pront l. 3. de perf. Chriſt. tract. 2. c 8.

Digitized by Google

ſtitit, donec ad Bernard. reuerſus non iam 3. dierum inducias, ſed perpetuam cum Deo pacem ſe habere velle profeſſus eſt.

L. 5. Marialiũ c. 28.

Cantico Salue Regina (cuius author Hermãnus contractus, vt & aliorum multorum quæ recenſet P. Caniſius, vt ſunt Aue Clara, Alma redẽptoris mater, ô glorioſum lumen &c.) multum capiebatur, & aliquot concionibus ad monachos ſuos illud miris præconijs enarrauit. Quem cum omnes palam, ſingularem Virginis haberent cultorẽ, eoq; delectari cãtico Spirenſis in Germania clerus audiſſet, cum fortè apud eos diuerſaretur, ad templũ Cathedrale SS. virum inuitauit, eoque populi maxima ſepto multitudine, in Eccleſiã B. V. M. ingrediente, hoc carmẽ in Dei matris laudẽ elata voce decantauit, ipſomet D. Bernardo ter poſitis genibus ſuccinente: O clemens, ô pia, ô dulcis Maria. In cuius rei memoriam hæc ipſa verba tribus æreis inciſa laminis, ijſdem locis humi poſitis etiamnum ſpicæ viſuntur.

Guilielmus Erſengrenius l. 12. Chron. de vrbe Spirenſi.

Quomodo Canticũ iſtud cecinerunt Angeli vide initio vbi de Sabbato. n. 3. Cartagena t. 4.

Hoc porrò carmen etiã S. Bonauentura ducẽtis annis poſt quã erat ab Hermanno conditũ pijs numeris & verſibus celebrauit multiq; alij in Eccleſia vniuerſa prædicarũt, & his quingentis annis magno conſenſu in templis vſurparunt. Quę res Gregorium 9. qui Camaldulenſis familiæ fuerat, impulit vt authoritate Pontificia hunc Contracti hymnum approbaret, & per omnes totius orbis Eccleſias cantari iuberet.

In libro de SS. Belgij ordinis S. Dominici.

Deniq; quo fructu inuocetur Deipara hoc cãtico, maximè ſub nuncupatione aduocatæ: & quid viderit S. Gertrudis dum caneretur. Illos tuos miſericordes oculos &c. quoque fructu ille verſiculus pronuntietur vide pulchrè l. 4. Inſinuation.

ſinuation. diuinæ pietatis l. 4. ca. 53.

Eidem Bernardo, quod eius ſuauitatem atque os mellifluum redoleat, nonnulli tribuunt hymnũ Aue maris ſtella, de quo quia nõ datur locus magis opportunus hęc ſubijcio ex Hiſtoria Deiparæ Montiſſerrati. Cum accerſitus ab Abbate loci, egregius pictor, vt Deiparæ miraculoſam imaginẽ quæ certis locis reparatione indigere videbatur, reſtitueret in integrũ, vix ei penicillum admouit cum ilico cæcus factus eſt (noluit ſcilicet Deipara humano artificio pulchrior effici) & in ea cæcitate 3. menſes ſolidos permanſit non obſtantibus eius pro viſu recuperando ad Dei genitricẽ fuſis continentibus precibus. Tandem dum religioſi ibidem canerent hymnum hunc (ipſo pariter feruentiſſimè Deiparam deprecante) atq; ad ea verba perueniſſent: *profer lumen cæcis*, repente viſus facultas ei reſtituta eſt. 1. *Mirac.*

2. Alias anno ſcilicet 1538. quidam habitus pro mortuo ab hoſte ſuo qui letales ei ictus inflixerat, ac ſeorſim extra viã abiectus, in foſſam, cõgeſta ſuper eũ humo ac lapidibus vt lateret, licet adhuc viueret ſeſeq; Deiparæ Mõtiſſerratenſi cõmendaret vſurpato hymno iſto: cũ peruenit ad *Monſtra te eſſe matrẽ*: mox ſenſit ſe diuinitus nullo amplius neq; terrę neq; aggreſtorũ lapidũ põdere grauari, ac poſt aliquot dies omnino cõualuit.

3. Atque hæc occaſione hymni cuius author putatur Bernardus. Qui ex Deiparæ vberibus, ſingulari in eũ amoris ſignificatione ſacratiſſimũ lac ſuxiſſe dicitur, vnde & admirandam illam hauſiſſe putatur, quam in ſuis ſcriptis præ ſe fert ſuauitatem, ac maximè cum de ea ſcribit. Porrò eiuſdem gratiæ atque inuſitati priuilegij (quod

Guilielmus Malmesbecẽſis faſciculus tẽporum Chriſtianorum. Maſſæus. Democharez.

(quod hic affertur) cum obitus eius dies inueniri non potuerit diligenter quæſitus: participem certò ferũt Fulbertum Epiſcopum Carnotenſem inſignem Deiparæ cultorem, qui templum eius Carnotenſe, quod flamma abſumpſerat, pulcherrimum maximo ſuo labore & ſolicitudine reædificauit. Huius cum igne ſacro correpta eſſet lingua, ita vt totus arderet, nocte quadam cũ præter morem eo cruciaretur, obtulit ſe ei viſendam matrona nobilis, à qua mouebatur vt ei os aperiret. Quod cum feciſſet, mox ex ſacris ſuis vberibus lac expreſsit in os eius, quo ita refrigerata eſt lingua vt ardorem omnem extinxerit, & eum perfectæ ſanitati reſtituerit. Ne autem illuſio aut phantaſma id eſſe putaretur, in Fulberti gena remanſerunt guttæ aliquot, quas ipſe diligenter ſudario exceptas collegit, hodieque in theſauro Eccleſiæ Carnotenſis ſumma cum veneratione ſeruantur.

Damian. l.6. Epiſt. 29. 4. Simile narrat Cartagena ex Damiano de quodam clerico, qui ad extrema peruenerat. Porro ſolitus erat quotidiana Deiparæ, per ſingulas horas, laudum vota perſoluere. Cumque iam anima de corpore mox migratura videretur, glorioſa Dei mater ei viſibiliter aſtitit, & ſacri vberis papilla lac exprimens eius labijs inſtillauit, & protinus cõualuit. Quare ſtatim clericali ſumpto habitu ſeſe choro pſallentium in templo interſerens, mirum ſpectaculum præbuit. Fertur autem quod adhuc tunc in eius labijs quædam lactis veſtigia videbantur.

Porrò miracula diuini huiuſce lactis B. V. M. plura liceret proferre, ſed duo dũtaxat indicabo. Alterum nuperrimæ memoriæ, antiquioris alterũ.

In

Digitized by Google

In Apulia, oppidi cuiuſdam incolæ nomine Mirabelli viceni ijs quæ terrę motu abſcorpta sũt (qui in tota Apulia ad ducẽta millia capita peremit) ad numen placandum ſolemnem inſtituere proceſsionem, in qua ampullam de lacte SS. V. M. continentem detulere. In templum regreſſi omnes elata voce matrem miſericordiæ inuocauerunt: Atque ilico viſa ſunt eius patrocinantis ſigna, lac quippe & ſpumare & augeri & ampullam implere cœpit. Imo ipſa lilia altari ſuperpoſita omninò árida, ſtatim refloruere, & vigore viroreque priſtino reſumpto adeò creuere, vt totum penè altare ſtupentibus omnibus, occuparent & ornarent. *Ex litteris Neapoli datis ann. 1627*

Narrat Robertus de monte anno 1224. tria millia dumtaxat Chriſtianorum peremiſſe quadraginta millia Saracenorum, idque interuentu ſacrarum reliquiarum, quæ magna cum pietate elatæ ſunt in fronte exercitus. Nam Hieroſolym. Patriarcha agmen ducebat cum vexillo crucis quod geſtabat. Abbas quidam Cluniacenſis deferebat lanceam, qua Chriſti latus apertum. Denique Bethlemitanus Epiſcopus pyxidem in qua nonnihil de ſacroſancto lacte Beatiſsimæ Virginis Mariæ. *In Appẽdice ad Sigebertum.*

Atque hæc de Bernardo, & alijs eius occaſione. De ordinis autem vniuerſi Ciſtercienſis affectu erga Deiparam hæc Cæſarius.

5. Primi ordinis Ciſtercienſis fratres, quia cœnobium ordinis D. Benedicti Moliſmum dictum, de quo exierant, conſtructum fuerat in honorem Dei genitricis, tam ipſi quàm eorum ſucceſſores, de eodem nouo monaſterio propagati, omnes ſuas Eccleſiás in honorem eiuſdem *Cæſarius l. 1. Dialogor.*

Dei

Dei matris cenſuerunt eſſe dedicandas.

6. Tranſlatio S. Stephani primi Hungarorũ Regis, quiq; eos ad fidẽ conuertit. Erat hic B. V. M. ſtudioſiſſimus, cui ſeipſum & regnũ ſuum per votum & oblationẽ in tutelam aſſiduis precibus contulit. Et vt eam magis demereretur, in eius honorem inſignẽ in paucis Baſilicam condidit in Regia ciuitate, Alba regali, opere ſanè miro, celatis chori parietibus & pauimento marmore ſtrato. In eo viſuntur tabulæ altarium non paucæ ex auro puriſſimo, pretioſiſſimorum lapidum ordinibus conſpicuæ, ſacriſtia nobiliſſimis ornamentis, ſacriſque veſtibus ditiſſima, atque omni genere vaſorum aureorum cryſtallinorum & onychinorum refertiſſima. Omitto varia priuilegia atque immunitates quibus eam Eccleſiam decorauit, v. 15. Auguſti.

Auguſti 21.

1. ANno 1157. in Domino obit Alphonſus Caſtellæ Rex, quo nihil iuſti⁹ nihil fortius, nihil sãctius vidit Hiſpania, inquit, Mariana l. 11.

Hic plurima Ciſtercienſi familiæ (quæ ſe totam Dei genitricis obſequio mancipauit) & cui vnanimiter & vno humero vbique deuotiſſimè inſeruit (inquit Cardinalis Iac. à Vitriaco) monaſteria exſtruxit, eaque magnificentiſſima ac locupletiſſima. Sed & templa reliqua & monaſteria (in quibus & nonnulla Deiparæ erant dicata) quæ tota ſua ditione exſtructa erant, magnis beneficijs Rex auxit.

2. Natale Beati Patris Nugueſij Riberæ Societatis IESV martyris. Anno 1549.

Hic

Hic miſſus à S. Franciſco Xauerio in Ambrinum quæ eſt in Moluco ibidem B.V.M.templum ſummo cum labore & multorum contradictione excitauit.

Auguſti 22.

1 OCtaua Aſſumptionis Deiparæ à Leone 4. Pontifice inſtituta, cuius inſtitutionis ea fuit occaſio. Quod Baſiliſcus,cuius habitu & veneno multi perierant, huius pontificis precibus è fornice S. Lucæ fuerit expulſus in octaua feſti huius iuxta platinam (quamuis Anaſtaſ.id ad diem referat Aſſumptionis) qui addidit hunc diem octauæ inſtar feſti celebratum. *Anaſtaſius Bibliothecarius qui tum vixit. Platina.*

2. Anno 1268. Carolus Siciliæ Rex de Federico Auſtrio & Conradino Sueuiæ Duce præclaram Dei genitricis opẽ refert victoriam. *Hiſt. Siculi Faſell. &c.*

Hic dicitur Deiparæ templũ vouiſſe ſi potitus eſſet victoria. Itaq; illud in loco cui etiamnũ victoriæ nomẽ eſt ex candido lapide mira arte extruxit, multiſque caſtellis ac prædijs ditauit. Corruit poſt multos annos nobiliſſimum opus grauiſſimo terræ motu. Huc refero (quia ignoratur dies obitus) Diuæ Mariæ ædem ſacram quam Pelagius Correa D. Iacobi magiſter qui obijt an. 1275.extruxit. Tu die longè nobiliſſimã victorię monumentum quam ſuperioribus victoriæ monumentum quam ſuperioribus annis de Mauris retulerat, ſole etiam vt fama eſt à curſu retento quo maior eſſet hoſtium ſtrages. *Mariana l. 13. ca. vlt.*

7. Anno 1131. viuere deſijt Balduinus 2. Ieroſolymæ Rex.

Hic in bello ſacro contra Turcas (quibus Deiparam

param debiti honore fraudant) plurima perpeſſus, verus Chriſti Confeſſor, inquit, Tyrius, ſub mortem habitum induit religionis, cum propoſito vitæ religioſæ, ſi Deus ei vitam prorogaret.

L. 13. ca. vlt.

4. Deipara ſe viſendam præbet B. Mariæ Razziæ ex familia S. Dominici.

Contigit hæc apparitio poſt acutiſsimos ab ea dolores perpeſſos, & poſtquam S. Vincentius Ferrerius ei etiam apparuiſſet, eamque ſolatus eſſet, tunc enim circa finem eius colloquij comparuit Deipara: Illam cohortata eſt æquo animo vt pateretur pro amore filij ſui, magnoque eam ſua præſentia ac ſermonibus perfudit gaudio.

5. Anno 1622. Deipara Marquetenſis in ſacello quodam proximè monaſteriũ Sãctimonialium ordinis Ciſtercienſis incipit clarere miraculis. Nouem feruntur à Reuerendiſsimo Antiſtite Tornacenſi approbata, poſt eorum & ſolemne, & ſecundum iuris formati examen inſtitutum. Ac hodie quidem puer quidam altero oculo captus nouemdiali in eodem ſacello oratione facta, Deiparæ meritis viſum recuperat, quod fuſiùs narratum in actis.

6. Anno 1285. migrauit ad Chriſtum Beati Philippi Confeſſor ordinis ſeruorum Beatiſsimę Mariæ Virginis.

Frater Archangelus in vita.

Is cum Eccleſiam Seruorum Florentiæ quæ Diuæ Annuntiatæ dicitur, ob ſingularem aduerſus Deiparam deuotionem frequentiùs viſitaret, qua die ea verba ex actis Apoſtolorum: *Philippe accede & adiunge te ad currũ iſtum*, legebantur, raptus in extaſim currum aureum quem ouis & & leo trahebant, & in eo Sanctiſſimam Dei ma-

trem

trem comitantibus Angelis inſidentem, nigraque ſibi indumenta porrigentem (qui ſunt ordinis iſtius) vidit; ſequenti nocte ab eadem Dei matre ſeruos ſuos adire iubetur, quod facit & in ordinem eſt admiſſus.

Aretij cum fratres fame conficerentur, poſtquam ipſe ante imaginem Sanctiſſimæ Virginis oraſſet, ecce duos cophinos candidiſsimorum panum plenos ad ianuam delatos diuinitus reperit. Tanta porro erat opinio ſanctitatis eius, & fama miraculorum vt mortuo Clemente quarto nonnulli Beatum Philippum elegerint in Pōtificem, qua re cognita fugit & apud montem Tuniatum delituit.

7. Anno 1348. ad ſuperos contendit Beatus Bernardus Senenſis ordinis montis Olíueti Beatæ Mariæ conditor.

Hic cum ſemel publicam habiturus diſputationem (erat enim iuris Doctor) in grauem oculorum ægritudinem incidiſſet Dei matrem precatus eſt vt ſibi lumen oculorum redderet, promiſitque ſe ſuo famulatui, relicto mundo addictum. Statim voti compos factus grauem loco diſputationis habuit de ſæculi contemptu concionem in maxima frequentia, cui quæ ſibi accidiſſent, narrauit. Neque mora rudi amictu indutus Senis egreſſus eſt & in montem Oliuetum ſe contulit, quem alij Senenſes nobiles ſecuti ſunt. Ibi ædicula ſacra celluliſque exſtructis ordinis fundamenta poſuere. Vide plura infra Decembris 30. *Chronic. ordinis.*

8. Anno 1626. diem extremum clauſit Alexander Vrſinus Cardinalis. *Cornelius à lapide in Epiſt. D. Ioannis.*

Hic in congregationem Deiparæ, Romani Collegij

Collegij Societatis IESV adſcitus publicè in turba plebeiorum cum illis ſeſe acriter diuerberabat, idque non raro ad ſanguinem quod perpetim agebat in peruigilijs BB. V.M. vt ei ſe ſuamque vitam conſecraret ſuo ſanguine. Idem Bracchiani quod oppidum eſt Romæ vicinum, & ſedes Ducum Vrſinorum, Sodalitatem Deiparæ è ciuibus ſibi ſubditis aulicíſque erexit inſtar eius quæ viſitur in Collegio Romano, in qua ipſe perfectum concionatorem diſciplinæ choragum ac cæterorum pietatis officiorum anteſignanũ agebat, vnde occaſio mortis & mors, nam ad eos ſodales vigilia Aſſumptionis exhortationẽ habuerat ſolitò ardentiorem ac deinde cum ijs acriter ſeſe vſque ad ſanguinẽ diuerberarat, vnde febris & mors. Non modo Virgini Parenti at eius filio eiuſque paſſioni erat addictiſsimus, nam ad pectus nudum crucifixi geſtabat effigiem æneam, clauiculis in ea extantibus, carnemque pungentibus; qui proinde non raro illi ſanguinem eliciebant, ſolebatque per vices manu admota pectori crucem arctius illi apprimere, vt Chriſtum crucifixum penitius illi, maiori amore æque ac dolore imprimeret. Occurrit ex eadem familia (quod hic commodè inſeretur cum dies mortis deſideretur) alius Cardinalis Vrſinus Latinus dictus qui obijt anno 1477.

Hic religioſe admodum celebrabat dies qui Deiparæ Virginitati incorruptæ ac eius maternitati & Aſſumptioni dicati ſunt, in ijs ieiunabat frequentiſsimè, ad eam oratione confugiebat ex quo id conſecutus eſt vt ſecundum quietem illam viderit aliquando pro ſe filium deprecantem, ab eaque certior factus ſit de hora mortis & quod

quod tunc dæmones ſalutis noſtræ hoſtes non videret.

Auguſti 23.

Ope Virginis miraculosè vincuntur hoſtes.

1. ANno 1328. cum Philippus Valeſius Galliæ Rex, eſſet cum ſuo exercitu ab hoſtibus repentè cinctus, ad Deiparam animum ac vota ſua conuertit, quæ ilico tantum ei virium atque animi, quemadmodum & toti exercitui dedit, vt in ipſo loco 20. circiter hoſtium millia proſtrauerit. En beneficium Virginis; audiamus quam ei ſeſe gratum exhibuerit. *Hiſtorici Galli & ex ijs Hiſtoria Parthenia.*

Eo ipſo die quo Pariſios victor ingreſſus eſt, ante omnia Cathedrale templum eidem Virgini ſacrum adijt quod equo vectus ingreſſus, per totam nauim vſque ad crucifixum ita progreſſus eſt, tum ex equo deſiliens tum equum, tum arma ſua vniuerſa tam benignæ patronæ ſuæ atque adiutrici obtulit; planè conteſtans ei vniuerſum victoriæ illius honorem iure meritiſſimo deberi. Eius rei monumentum viſitur etiam nunc, nimirum eius Regis effigies equo inſidentis ad columnam meridionalem eius Eccleſiæ appenſa, cui & centum libras annuas attribuit, ad eius victoriæ annuatim memoriam recolendam.

2. Anno 1241. vita fungitur Grego. 9. Pontifex ſummus.

Dum hic armis Federici Imperatoris exagitaretur, decreuit vt hymnus Salue Regina certis diuinæ rei horis adderetur, & vt laudes Beatæ Virginis Mariæ ſpeciali oratione in matutinis

celebrarentur, & ſalutatio eiuſdem tum mane tũ veſperi dato ſigno campanæ ab omnibus genu flexo repeteretur.

Martyrolog. Rom.

3. Apud Tudertum natale Beati Philippi Florentini.

Hic inſtituit ordinem ſeruorum B. Mariȩ Virginis qui floret maximè in Italia.

4. Anno 1323. liberatur quidam captiuus ope Deiparæ.

Hic à Mauris in mari captus, diutius detentus eſt in cuſtodia quod matri non ſuppeterent facultates ad eum redimendum. Ergo ſpem omnẽ ſuam & vota ad Deiparam Montiſſerratenſem vertit, cui impenſe erat addicta. Nec fruſtra, quodam enim die poſt quam multo tempore eam rogaſſet pro libertate filij, orationique ieiunia & eleemoſynas adiunxiſſet, apparuit ei BB. Dei genitrix: Quid (inquiens ad illam) tibi vis? cum inceſſanter me compellas? cur te tot clamoribus crucias? Ad quam mulier: Ego te bona Domina compello, vt filium meum captiuum libertati reſtituas, mihique matri ſuæ reddas. Tum Beata Virgo: ne diutius te affligas, prædico tibi te filiũ breui viſurum: eum ſanum & incolumem tibi paulò poſt repræſentabo. Neque aliter fecit ac dixit, nam ipſo profeſto D. Bartholomæi, matre ſupradictam viſionem apud ſe recogitante, aduenit filius, cui fores pulſanti aperuit mater, tanto perfuſa gaudio vt ei præteritum omnem mœrorem abſterſerit.

Cumque ex eo ſciſcitaretur qua tandem ratione euaſiſſet. Quadam, inquit, nocte ſe viſendam mihi præbuit Dei mater, quæ poſtquam mihi catenam è collo manibuſque, ac compedes è pedi-

è pedibus detraxiſſet, me è cuſtodia eduxit viãq; indicauit quam tenerem vt ad te peruenirem. Porrò collato inter ſeſe tempore duarum iſtarum apparitionum, deprehenderunt eas eodem planè tempore contigiſſe.

5. Anno 1312. circiter feſtum S. Bartholomæi eadem Deipara Montiſſerrati liberat quendam paralyticum qui inſuper erat amens, ſurdus & mutus. Hunc parens in montem Serratũ deducit, pro quo & continentes preces addito ſuper hæc ieiunio, 3. dies ac totidem noctes fudit, additis peregrinorum aduentãtium orationibus, quos magna tum demiſſione tum feruore ambibat. Audita tandem eius vota, nam filius tot morbis vexatus, ab omnibus confeſtim curatus eſt.

Auguſti 24.

1. ANno 1621. collocatur Inſulis ab Epiſcopo ſolemni ritu imago Deiparæ Foyenſis in templo PP. Societatis IESV, ad quam multi religionis cauſa & venerationis adeunt, etiam peregrini. Certis eius feſtis Indulgentias conſequuntur qui ad eam ſtatas preces fundunt.

2. Anno 1314. aut circiter moritur Henricus 7. Imperator.

Hic Beatiſſimam Dei genitricem adeo in honore habuit, vt circa feſtum Aſſumptionis negotia omnia forenſia intermitteret, rebuſque dumtaxat diuinis dare operam ſoleret. Omitto quod totas ſæpe noctes ante imaginem crucifixi quam ſemper circumferebat orando ac peccata deflendo conſumebat ac fere quotidie communicabat. *Cuſpinianus.*

In vita P. Petri Caniſij.

3. Anno 1559. Laureti obit P. Cornelius Wiſchaneus Louanienſis Societatis IESV.

Hic non ſine Deiparæ interuentu Societatem hăc eſt ingreſſus. Res ita habet. Petrus Faber vnus è primis S. Ignatij ſocijs cū Franciſco Strada Louaniū petebat, cui literas P. Caniſius ad Corneliū perferēdas dedit, quibus illū in hęc verba cōpellabat. Corneli amice habes hic virū optimum Petrū Fabrum, cuius religionē amplectere, ſic enim quā cupis animi ſalutē conſequere. Sed cū Franciſcus Strada redditis literis Cornelio, extemplo receſſiſſet, lectâ ipſe Caniſij Epiſtola requirebat tabellariū, nec vſquā reperto, ædem S. Dominici adit vbi ſupplex ad ſacrā iconem B. V. Sancta, inquit, optimi maximi Dei genitrix literas accepi quibus mihi mādatur, vt cū quodam de rebus ad ſalutē meam ſpectātibus agā, at neſcio vbi hominē offendam. Iudex ergo eſto ſancta Domina & quærenti quos deſidero, oſtende. Accepit cœleſtē vocem Cornelius & ſecundū cœnobium S. Dominici iubetur dextrum viæ latus ingredi, tertięq; inde domus ad ſiniſtrā fores pulſare. Paruit ductrici Virgini Cornelius, & quem quærebat inuenit, moxque in Societatem admiſſus eſt.

Auguſti 25.

1. NAtale Sancti Ludouici Galliæ Regis.

Hoc regnante cœptum eſt anno 1257. ſerio ædificari templum Cathedrale B. V. Mariæ Pariſijs, cuius fundamenta ſub Philippo Auguſto anno 1191. iacta fuerunt. Vide de huius templi magnificentia ſupra.

Idem

Idem Pariſijs nobile Deiparæ monumentum extruxit, regium nempe ſacellum ſingulari artificio conſtructum, nobiliſſimis reliquijs locupletatum ab eodem. Cui hæc appoſita eſt inſcriptio.

Anno Domin. 1248. 7. Kal. Maij dedicata eſt Eccleſia iſta à Venerabili Patre Philippo Bituricenſi Archiepiſcopo, in honorem glorioſiſſimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ.

In cæteris eius reliquijs habet de lacte B.V.M, quod à Balduino Conſtantinopolitano Imperatore ad Ludouicum tranſmiſſum eſt.

Idem anno 1259. Pariſijs ampliſſimum monaſterium ſub Dei Genitricis tutela ædificat, & Carthuſiana implet familia. Quolibet ſabbato in honorem Deiparæ in ſeparato cubiculo pedes lauabat egenorum, exſiccabat, exoſculabatur.

Antequam anno 1250. è Palæſtina diſcederet ne gratuita foret Syriaca expeditio, aliquem inde ſi non belli at pietatis fructum referre ſtatuit. Ergo ſacra Paleſtinæ loca perluſtrans Nazarethum adijt, vt ædem Deiparæ myſterio Incarnationis Dominicæ illuſtrem inuiſeret, vbi primum illam conſpexit, equo deſilit, procumbit in genua & venerabundus natalem Virginis domum, ipſamque ſalutat Virginem. Inde ad templum progreſſus Deum ibi incarnatum eiuſque Parentem enixius colit. Erat tum vigilia Annuntiationis Dominicæ. Itaque pius Rex frigidâ & pane duntaxat ieiunauit. Ipſo die rem diuinam Regio apparatu celebrari iuſſit. Sub ſacrificium in ipſa auguſtiſſima Deiparæ cella Sanctiſſimam Euchariſtiam ſumit magna

Clictoueus ſermone de S. Ludouico.

 lacry-

lacrymarum vi ingentiq; religione perfuſus. Vnde conijcere licet ſacroſanctam hanc cellam quæ modo Laureti viſitur vel hac tempeſtate, maximo in honore fuiſſe. Vide Turſellinum.

Authores vitæ S. Dominici. Hunc denique S. Regem debemus Deiparæ (quod primo loco dicendum erat.) Cum enim Blanca eius mater prolem mirè optaret, conſuluit S. Dominicum. Is vt ſingularem in Deiparã affectum indueret, & vt eius roſarium recitaret, ſuaſit. Ceſſit illa conſilio & ecce puerum regium parit, imo non tam ipſa quam Diua Virgo parturiuit, cum hæc vt illa pareret, dedit.

Ex Surio. 2. Natalis dies Sanctæ Hunnegundis. Ea ex deſiderio ſacrandi ſe Deo in monaſterio quodam B. V. M. quod Humolarias vocant in agro Veromãdenſi, pia fraude ſponſum ſuum Euclaldum virum nobiliſſimum eluſit ne concupitis amplexibus frueretur, atque omnia ſua in ſupradicto monaſterio Beatiſſimæ Dei genitricis, ſeq; ſimul obtulit.

3. Anno 1471. Coronatur ſummus Pontifex Sixtus 4. De eius aduerſus Deiparam affectu vide 9. & 12. huius.

4. Poſterior tranſlatio Blanduno Tornacum ad templum S. Mariæ, corporis S. Eleutherij Epiſcopi Tornacenſis anno 1064.

Quid hic in honorem Deiparæ præſtiterit vide 20. Februarij.

Augusti 26.

1. ANno 1606. Tornaci publicis conſignata eſt tabulis, inueterati vomitus, miraculoſa ope Deiparæ curatio.

Labo-

Laborauerat iſto vomitu iam 4. annos cum dimidio religioſa quædam Tornaci, ita vehementi vt non tantum cibum & potionem omnem reijceret, ſed & cum ijs vitioſos multos humores, abſque vllo ſucceſſu variorum remediorum quæ illi adhibita erãt à pluribus medicis. Accedebat longè moleſtiſſima tuſſis, quæ ei omnem penè loquendi facultatem adimebat. Itaque humanis deſtituta auxilijs ad Deiparam confugit, & ſe ad montem Acutum contulit. Qua peregrinatione peracta, intra paucos dies ſanitatem perfectam conſecuta, nec amplius aut tuſſi aut vomitu vexata eſt.

Auguſti 27.

1. ANno 1532. obijt Frater Gabriel Maria Minorita, quondam Generalis Commiſſarius Ciſmontanorum monaſteriorum D. Franciſci. *Breuiariũ Annuntiatarum.*

Hic Beatam Ioannam (vide de ea 4. Februarij) multum iuuit in erigendo ordine Virginum Annuntiatarum. Eius ſacræ familiæ fuit legiſlator primus, corrector ſincerus, amator & protector præcipuus, quem & varijs locis propagauit.

2. Anno 554. natale S. Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi. *Cyprianus in eius vita.*

Hic fabricauit triplicem in vna concluſione Baſilicam, cuius membrum medium in honorem S. M. Virginis cultu eminentiori confluxit, ex vno latere S. Ioannis, ex altero S. Martini ſubiecit.

3. Natalis dies SS. Martyrum Aurelij & Na-

taliæ coniugum martyrum, viuebant hi continẽtes & thoris ſeparati: Quod quam ſuperis placuerit, varijs oſtendit Deus prodigijs. Inter cætera vidit Natalia domum ſuam penetrari à turba monachorum, clamantium: Ecce venit Domina: Ecce venit Domina: Cumq; hæc loquerentur, ilico ſucceſſiſſe quãdam Virginem, ineſtimabili ſpecie cultuq; veſtium nimis vernantem, quæ cõfeſtim adiens virum Natalię arriſit ei, hincque receſſit. Hanc cognouit genitricẽ Dei fuiſſe quæ caſtitatis amãtes fouet, ac blandè amplectitur. Vt autẽ continentiam ſuã celarẽt hi ſancti coniuges thoros ſuos operimẽtis pretioſis tegebant. Sed in interiore cubiculo extructis è crudis lateribus thoris, ac hiſpidis tantum adiectis è cilicio inſtratis, ſeparatim cubabant digni poſtmodum facti ſunt martyrio in Hiſpania.

Auguſti 28.

1. VIta excedit Philippus Valeſius Galliæ Rex.

Hic ope Deiparæ inſigni potitur victoria, vide de ea 23. Auguſti.

Idẽ ſub ann. 1329. in Eccleſia B.V.M. Carnutenſis ſacellũ fũdauit, aſſignata dote ſuper quęſtore ſuo in Comitatu Carnutẽſi, cũ obligatione ad tria ſacra celebranda qualibet die hebdomadæ.

2. Natale D. Auguſtini.

Quanto animi ardore SS. hic Doctor Dei parenti ſupplicaret, ex varijs locis patet. At ex his maximè. Ex ſerm. 35. de SS. & 2. de Aſſũp. Eius affero verba: S. Maria ſuccurre miſeris &c. quę ab eo mutuata eſt Eccleſia: tũ pergit: ſit tibi compaſſio

paſsio ſuper afflictis, ſit pius affectus ſuper cælorũ peregrinis: & cũ te lætantẽ ſemper aſpicis, fletus noſtros quęſumus ipſa ad Deũ admittas, eumq; vt propriũ filiũ pro nobis interpella. Nos enim adhuc in terra hac affligimur, perſequimur, iniurijs laceſsimur, opprobrijs afficimur, eſurimus, ſitimus. Tu verò in cæleſtibus regnis prælata es cũctis Virginũ choris. Tu Agnũ quocũq; perrexerit, ſequeris. Tibi thronus Regius ab Angelis collocatur. Tu aula æterni Regis, teq; ipſe Rex Regũ & matrẽ verã, & decoram ſpõſam præ omnibus dilectã amoris amplexu ſibi aſſociat. Has ergo tãtas fœlicitates poſsidẽs, cõuertere ad noſtrarũ miſeriarum ſalutẽ. Inter hæc igitur fratres toto mentis affectu, BB. V. nos interceſsionibus committamus, omnes eius patrocinia omni niſu imploremus, vt dum nos ſupplici eam obſequio frequentamus in terris, ipſa nos ſedula prece commendare dignetur in cælis; neque enim dubium, quæ meruit pro liberandis proferre pretiũ, poſſe plus omnibus liberatis, impendere ſuffragium.

Neq; iſtud ex ſer. 7. de Annuntiatione qui eſt 18. de ſanctis minus exhibet tanti Doctoris in Deiparam ſtudium. Quas tibi, inquit, laudes ô B. Maria, ô fœmina ſuper fœminas benedicta, fragilitas humani generis perſoluat, quæ ſolo tuo commercio quæcumque perdita recuperandi aditum reperiſti? Accipe itaque quaſcumque exiles, quaſcumque meritis tuis impares gratiarum actiones, & cum ſuſceperis vota, culpas noſtras orando excuſa. Admitte noſtras preces intra ſacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis: ſit per te excuſabile quod per te ingerimus. Accipe quod referimus, redona

redona quod rogamus, excuſa quod timemus, quia tu es ſpes vnica peccatorum, per te ſperamus veniam peccatorũ, & in te Beatiſsima noſtrorũ eſt expectatio præmiorum. Aſsiſte ergo parata votis poſcentium, & repende omnibus optatum effectum, ſint tibi ſtudia, aſsiduè orare pro populo Dei, quæ meruiſti benedicta redemptorẽ ferre mundi. Quæ eo libentius attuli, quod eadem & nos orando vſurpare poſsimus, & imitatione clariſsimi Doctoris, iiſdem verbis ſanctiſsimam Deiparam compellare.

Idem ſe mente medium collocabat inter Chriſti vulnera & SS. Deiparæ vbera, aiebatque. Hinc paſcor à vulnere, hinc lactor ab vbere, poſitus in medio quo me vertam neſcio.

Quæ fuſius explicata elegiâ non minus docta quam pietatis plena, vide in pijs hilaribus R.P. Angelini Gazei Societatis IESV.

3. Anno 1517. publicis conſignatur monumentis miraculoſa cuiuſdam à morte liberatio. Res ita habet.

Cum Ioannes Perez Hiſpanus cum filio diuertiſſent ex itinere ad quoddam hoſpitium, & pater iam ſeſe quieti dediſſet, filius interim cubiculo obſerato egreſſus eſt ad curandos equos. Eccce tibi in reditu, nihil tale ſuſpicans, offendit 7. hoſtes ſuos armis inſtructos qui eum aggreſsi ſunt. Parens ſtrepitu armorum excitus ſurgit, arma corripit ſed foribus occluſis egredi non poterat neque filio opem ferre. Quid hic agat miſer? Ad Deiparam Montiſſerrati vota ſua & preces vertit. Quod & non ſegniter præſtabat, filius iam plus ſexaginta locis gladio punctim vibrato percuſſus, at incaſſum. Nam Dei genitricis

genitricis interceſsione in irritũ cecidere omnes illi ictus, ſolis veſtibus conciſsis intacta carne. Licet ſicarij illi arbitrarentur illum mortuum, & vt talem deſererent. At ſanus omnino & incolumis inuentus eſt. Qui vt tanto beneficio quantũ in eo erat vices rependeret, mundo valere iuſſo ſe ad Dei & Deiparæ liberatricis ſuæ honorem eius obſequio in Societate IESV conſecrauit.

4. Anno 1529. Deiparæ Virginis quæ in æde D. Petri Inſulis colitur interceſsione, Iaquemina Ioannis Siluij Inſulani ciuis coniux, quæ inſidentis ſpiritus malis artibus cruciatibuſque vehementer afflictabatur, vt deſtituto viribus corpore ſine fulcris ingredi non poſſet, deterrimo poſſeſſore liberata eſt & priſtino membrorum vſui reſtituta. *Io. Buzelinus.*

Auguſti 29.

1. ANno 1601. Cacula militaris Diua Hallèſi inuocata à ſuſpendio liberatur. Erat hic in oppido Weerdta in Belgio, cum ſeditioſis militibus qui lege cauerant vt furtum quamuis leue morte plecteretur. Accidit autem vt haleca vellet emere & ſoluere, ſed à turba premente abreptus ſoluere non potuit, quare accuſatus fuit apud Ducem quem legerant. Concione aduocata, damnatur ad patibulum, nec auditur innocentis excuſatio. Ergo ille ad Diuam ſe conuertit. Tuere me, inquit, ô innocentium vindex. Lictor interim abducit crucique ſiſtit, tollit carnifex, adſtringit ac deuoluit. Ille duplici à fune dependebat, alter ruptus eſt, alter idem minabatur. Miraculum viſum omnibus; clamantque mitti innoxium. *Lipſius.*

innoxiū. At carnifex non dimittit, at premit magis manu, genuque, donec vnus militum conſcēdit,& funem alterum gladio ſecat. Sic liber Ioānes (id enim erat ei nomen) abit & venit Hallas vota ſua exoluturus.

2. Anno 1. ſui Pontificatus Gregorius magnus, ad auertendam peſtilentiā, quæ fædè Romæ graſſabatur, atque ſuum præceſſorem Pelagium è viuis extulerat. Litaniam ſeptiformem edicit, conſtabat ea ſeptem perſonarum ordine & ſeptem Eccleſiarum diſcrimine, vnde hæ proceſsiones & litaniæ procedebant. Prima erat clericorum ab Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ; ſecunda virorum à S. Marcelli; 3. monachorum; 4. ancillarum Dei à ſanctis Coſmæ & Damiani; 5. coniugatarum à S. Damiani. 6. Viduarum à S. Vitalis. 7. Pauperum & infantum à S. Cæcilia. Atque hæ omnes Litaniæ ad ſanctam Mariam Maiorem Pontificis iuſſu couenerunt, cui omnis ſpes in Virgine.

Vide Turonenſem l. 10. Hiſt Francor. c. 1. & Grego. l. 11. Epiſt. c. 2.

3. Decollatio S. Ioannis Baptiſtæ quæ licet ſub tempus paſchæ contigerit, hodie tamen celebratur, quando eius venerandum caput iterum fuit inuentum. Vide Martyrol. Baronij.

Quid huic neceſsitudinis interceſſerit cum SS. Deipara vide 24. Iunij.

3. Anno 1574. quidam lethaliter ſaucius conualeſcit.

Hunc ita in ſiniſtra mamilla punctim ferierant hoſtes ſui, vt apparerent exta, & ita reſpirabat vt theda accenſa appoſita ad locum vulneris, halitu ſuo eam extingueret. Adhibiti chyrurgi affirmant remedia ſua, artemque inferiora eſſe tam læthali vulneri. Quare à ſuis Deiparæ

Mon-

Montiſſerrati enixè commendatur. Nec in aëra abiere preces, nam intra paucos dies omnino conualuit.

Auguſti 30.

1. IN ſacro ordine Sanctæ Brigittæ, feſtum glorificationis B. Virginis. Ita eius Breuiarium.

2. Anno 1483. mors Ludouici vndecimi Frãcorum Regis qui vt meridie pulſaretur ad Salutationem Angelicã (vt in noctis crepuſculo fieri ſolet) inſtituit obtinenda in regno ſuo pacis gratia. Comitatum Bononienſem cum oppido B. V. M. conſecrauit, corde puri auri oblato ponderis bis mille aureorum, ac ſanxit lege vt eius ſucceſſores tantumdem ſinguli præſtarent, Mariamque eius tractus Dominam agnoſcerent, quæ ab anno circiter 1212. ſignorum multitudine oppidum ipſum celebre reddidit. Eidem Hallæ in Hannonia crucem inauratam magni pretij & operis figuris variegatam, & falconem magnum argenteum, inauratum dedit, obijt pleſsiaci ad Turones, & Cleriaci in templo D. Mariæ voluit ſepeliri. *Lipſius c. 35.*

Idem Carnuti in templo ſubterraneo Deiparæ quod magnam habet venerationem (quia Virgini dicatum antequam naſceretur) annuum fundauit ſacrum pro defunctis, & quotidianum pro viuis, quod quidem quotidie celebratur poſt preces matutinas à Canonico hebdomadario.

3. Anno 1422. Henricus 5. Angliæ Rex viuere deſijt. *Hiſtor. Angl.*

Hic

Hic miro operis apparatu ad ripam Tameſis fluuij cœnobium ædificauit, ac B. V.M. dedicauit, magniſque tum poſſeſsionibus tum priuilegijs locupletauit, atque honeſtauit. De tribus prælijs glorioſè ab eo terminatis ope D. Virginis, vide 25. Octobr.

Auguſti 31.

1. Conſtantinopoli depoſitio zonæ B. V. M. Ea à tempore Arcadij filij Theodoſi magni fuit repoſita in arca pretioſiſsima, & in templo quod in chalchopratero ſeu foro fabrorum, Pulcheria Auguſta erexerat in honorem eiuſdē Virginis, ſeruata. De hac zona extant pulcherrimæ homiliæ S. Germani Patriarchæ Conſtātinopo. Et Euthimij Zigabeni qui teſtatur ad has ſacras Virginis reliquias paralyticos erigi, cæcos illuminari, febre laborantes curari, adijcitque ad ſua vſque tempora (viuebat autem anno circiter centeſimo ſupra milleſimum, Arcadius autem anno 395. cæpit imperare.) Eam zonam ſeruari illæſam, neque colorem mutaſſe & tanquam ex coccino laborata eſſet, ſic apparere.

Vide Surium.

2. Eodem die Conſtantinopoli dedicatio huius eiuſdem Eccleſiæ in Chalchoprateio. Vide citatos.

Nicephor l. 14. c. 8. Glycas 4. p. Annal.

3. Anno 1617. Paulus 5. grauiſsimè prohibet ne vllus publice aſſerat B. V. Mariam conceptam in peccato originali. Extat Bulla ſuper ea re.

4. Anno 1522. Hadrianus 6. Belga coronatur Pontifex in D. Petri Romæ. Hic Belgis ſuis Romę templum elegans ædificauit Diuæ Virgini ſa-

ni ſacrum, cui ab anima cognomen eſt factum: Ad hæc, omnia ſuperiorum Pontificum priuilegia ædi Lauretanæ data, confirmauit plura relicturus aduerſus Deiparam propenſi animi monumenta ni Pontificatus breuitas (quippe qui vix annuus fuit) obſtitiſſet.

5. Anno 1057. obit in Domino in Anglia laudabilis Comes Leofridus. *Rogerus in Annalibus.*

Hic Couentrenſe monaſterium cum vxore eius Godina ad honorem Deiparæ ædificauit à fundamentis, bonis ſufficienter dotauit, ornamẽtis varijs adeò ditauit vt in nullo monaſterio totius Angliæ, tanta copia auri, argenti, gemmarũ lapidumq; prætioſorum ſit reperire, quanta tunc temporis habebatur in illo.

6. Anno 1158. Toleti diem extremum claudit laudatiſsimus Rex Caſtellæ ſanctius. *Mariana l. 11.*

Hic Calatrauæ principatum cũ ſubiecto agro dedit B. Mariæ ordinis Ciſtercienſis patronæ, iure perpetuo. Eſt autem Calatraua oppidum loco munito in Oretanis ad Auam flumẽ ſitum.

SEPTEMB.

Digitized by Google

SEPTEMBER.

Lipſius in D. Hallenſi c. 34

Quæ in hunc menſem nullo certo eius die incurrunt, primum occupabunt locum.

1. PRIMA Dominica Septembris ſolemnis ſupplicatio ad Diuam Virginem Hallenſem. De ea fuſius Hiſtorici.

Sunt duodecim partim oppida, partim municipia quæ quotannis 1. Dominica Septembris (is ſtatus & ſolemnis dies eſt) Hallis ſe ſiſtunt, id eſt, ab ijs miſſi primores aliquot ciuium aut incolarum. Quibus Eccleſiaſtæ & magiſtratus Hallenſis obuij fiunt, comiter & honeſtè excipiunt, & ad ædem, ſtatuamque ſacram venerandam deducunt. Ijſdem vina & cibi beneuolentiæ ergò offeruntur. Illi autem pro ſuo quiſque oppido aut municipio chlamydem Diuæ offerunt numero vniuersè 12. at quia ſatis iam chlamydum eſt, ipſas ab æditui templi ſumunt, & certam pecuniam in vſus templi rependunt. In ſupplicatione deinde cum ſtatua per vrbem & ſuburbana defertur, illi comites ſunt, & ordine etiam humeros ſupponunt pia

pia æmulatione ſacrum onus affectantes. Oppida ſunt iſta. Bruxella, Tornacum, Valentianæ, Namurcum, Athum, Condatum. Municipia autem, Lembeca. Quiuirania Criſpinum, Brania, Buſigniacum & Sanctum. Hac eadem prima Dominica, Louanij in templo D. Petri ſolemnitas recollectionis feſtorum omnium B. V. M. quæ cum totius vrbis lætitia feſtiuè celebratur, ait Molanus. *1. Septembris ad Vſuard. Martyr.*

2. Anno 1402. vita exit Ioannes Galeazius Dux Mediolanenſis.

Hic templum maximum Mediolani in honorem Deiparæ incredibili prope tum ſumptu tum artis elegantia; ſolidò è marmore candidiſſimo ædificauit, quod certè inter Chriſtianorum templa principatum tenuiſſet, niſi Baſilica Romana principis Apoſtolorum à Iulio 2. inchoata poſt aliorum ſuccedentium Pontificum operas à Paulo 5. ad incomparabilem pulchritudinem maieſtati mixtam conſummata, ſuper illam & ſuper omnes alias quotquot orbe Chriſtiano viſuntur, emineret. *Corius de rebus Mediolanenſ.*

3. Anno 1346. Angli Teruanam ſeu Morinorum vrbem capiunt, diripiunt & incendunt. *Meyerus.* Templum quoque Deiparæ dicatum ſpoliare incipiunt. Sed cum Anglus quidam iactu ſagittæ coronam imaginis Deiparæ, quæ ſublimi quodã ſtetit pegmate, conatur deijcere fractus arcus, circumſtantes grauiter fragmentis ſuis vulnerauit. Tum pepercerunt templo, creditumque diuinitus prohiberi direptionem. Ac religiosè ſupplicatum, ac dona ab Anglis aræ Virginis collata.

Septembris 1.

Hiſtor. Montiſſ. 2. ANno 1546. fide publica conſtitit de miraculoſa ope à Deiparæ collata, cuidam puero in caſu ex alto loco. Erat hic locus & murus 12. perticas altus, vnde cecidit in prægrandes ſubiectos lapides. Quod cum parenti renuntiatum eſſet, inſuper & puerum voce deſtitutum iacere, ipſe ad Deiparam auxiliatricem confugit voto concepto eam cum filio adeundi: & mox ad filium ſe confert, quem perinde ſanum reperit ac ſi nihil ei aduerſi contigiſſet.

2. Anno 1067. vita fungitur Balduinus Lilanus Flandriæ Comes.

Locrius. Hic cum Adela coniuge monaſterium Meſſinenſe ad honorem Dei genitricis fundauit, quo & ſe recepit Adela poſt mortem viri. Idem cum eadem coniuge Einhamenſe cœnobium in honorẽ S. Mariæ non procul Aldenarda erexit & inſtaurauit exciſum.

3. In Paleſtina natale S. Gedeonis Iudicis in Iſrael.

Iudic. 6. Hic in cæteris rebus, vellere ſuo Deiparam Virginem adumbrauit, eiuſque in partu Virginitatem. Quod ſic explicari poteſt. Ad Gedeonis petitionem & ſignum prænuntium obtinendæ victoriæ de hoſtibus deſcendit ros in vellus lanæ quod erat in area, quo poſtea à Gedeone expreſſo, impleta eſt concha illo eodem rore qui in vellus deſcenderat. Sicut igitur in vellus illud Gedeonis ſiccum & aridum deſcendit miraculosè ros è cœlo, placidè, abſque vllo ſtrepitu, & abſque vllo nocumento, læſioneque velleris, ſeu

Hierony. Ambro. & cæteri PP.

cum

cum ros deſcendit ſeu cum ex illo fuit expreſſus. Ita verbum deſcendit in Virginem inſtar cæleſtis roris, abſque vllo eius integritatis præiudicio ſiue in ipſo deſcenſu (hoc eſt conceptu) ſiue cum ex illa fuit expreſſus, hoc eſt in ipſo partu.

4. Hieroſolymis natale S. Annæ Propheticiſſæ. De qua Lucæ 2.

Hæc ipſa hora qua Symeon Chriſtum vlnis complexus eſt & qua Deiparæ prędixit gladium doloris in morte filij, ſuperuenit in templum, ac Deum laudauit de Meſſia qui iam aduenerat, deque eo locuta eſt (vtique & de matre ex qua natus) omnibus qui expectabant redemptionē Iſrael. Veriſimile eſt autem eam inſtar Simeonis etiam Chriſtum brachijs complexum (inquit Ianſenius) & cum Deipara varia de eodem nato ſuo miſcuiſſe colloquia.

Septembris 2.

1. ANno 526. moritur Theodoricus Italiæ Rex.

Hic Rauennæ admirabile illud templum D. Mariæ Rotundæ edificauit. Princeps eius ſacellum vno dumtaxat lapide conſtat, quo nihil admirabilius cerni poteſt aut rarius. Vide Leandrũ in Romamola, qui id ſingillatim examinat. In eo templo ſepultus eſt Theodoricus à filia Amalaſonte in ſepulchro lõgè ditiſſimo, quippe quod ex porphyretico lapide conſtet. Vide etiam Rub. l. 3.

Digitized by Google

Septembris 3.

1. ANno 1458. Romæ coronatur Pontifex Pius 2. Quemadmodum hic miraculoſè curatus ſit à Deipara Lauretana, Vide 19. Auguſti.

Martyr. Rom. 2. Romæ ordinatio incomparabilis viri S. Gregorij magni in ſummum Pontificẽ qui onus illud ſubire coactus, è ſublimiori throno clarioribus ſanctitatis radijs in orbe refulſit.

De eo vide 12. Martij.

Septembris 4.

1. IN monte Nebo terræ Moab S. Moyſis legiſlatoris & Prophetæ.

Exod. 3. Huic rubus oſtenſus eſt qui Mariā portẽdebat quẽ vidit & admiratus ardentem in mōte ſed ſine omni cōbuſtione. Sicut enim rubi naturā excedit ſi flāmis vndiq; tectus nihilominus maneat incombuſtus, nullumq; ſui detrimētū patiatur; ita non humanæ ſed diuinæ virtutis opus proprium, fuit prægnans Mariæ Virginitas, quæ cum vxorem nunquam præſtitiſſet, tamẽ puerperæ nomẽ promerita eſt, ſicuti Chryſoſt. & Eucherius hanc *Serm. ſign. magn.* figuram explanant. Vnde dixit quoq; Bernard. Quid rubus ille Moſaicus portendebat, flammas quidem emittens ſed non ardens, niſi Mariam parientem & dolorem non ſentientem?

2. Anno 1547. Natale Catharinæ Raconiſiæ ex ordine S. Dominici.

Huic quinquenni die Pentecoſtes apparuit Deipara candida veſte amicta, in cuius fronte inſtar ſolis radios emittebat lapis pretioſus inſtar

pyropi,

pyropi, eamque deſponſauit Chriſto Domino, qui ſimiliter apparuit forma quinquennis pueri. Eius deſponſationis hic fuit ritus. Deipara annulũ è digito ſuo eductum tradidit filio, quo inſerto in nouę ſponſę digitũ annularẽ, Deiparaq; vtriuſq; manum tenente: Ego (inquit Chriſtus) te mihi ſponſam aſſumo in fide, ſpe & charitate.

Eadem grandior natu, Deo ac Diuæ Virgini conceptis verbis Virginitatis ſuæ florem dicauit. Quod vtrique longe gratiſſimum accidiſſe didicit morte ſequente, à S. Catharina Senenſi qui ei apparuit.

3. Anno 1254. natale S. Roſæ Virginis. *Ex eius vita.*

Cum morti eſſet propinqua apparuit ei B. V. M. quæ eam eſt hortata vt habitum D. Franciſci induta, Deo in domo paterna ſeruiret. Ex qua viſione ſtatim ſanata, Dei matri paruit. Cum iterũ eam D. Virgo alloqueretur, Chriſti crucifixi ſpeciem non ſine ingenti compaſſione vidit. Miraculis in vita & morte claruit.

4. Anno 867. miſerè obit Michael 3. Orientis Imperator.

Huius 1. anno imperij in toto Oriente reſtitutus eſt cultus imaginum Chriſti Domini, Deiparæque ac Diuorum omnium. Vide ſupra in Februario ad Dominicam primam quadrageſimæ.

5. Sixtus 4. anno 1483. decernit quid de immaculata conceptione tenendum, excommunicatque eos qui alterutram de ea ſententiam damnant. *Ex tomo 4 Conciliorum.*

6. Natalis S. Idæ quæ Angeli monitu ædificat templũ in honorẽ SS. V. M. in quo poſtea ſibi locum ſeparatim conſtruxit orationis cauſa.

7. Anno 1451. Nicolaus 5. varias impertit indulgentias templo Deiparæ Hallenſis. Vide Bullam in Lipſio.

Septembris 5.

1. NAtalis S. Bertini Abbatis qui in Sithiu ad Diui Audomari, monaſterium extruxit in honorem B. V. M. & S. Petri principis Apoſtolorum in quo & ſepultus eſt.

Serrarij Moguntiaca. 2. Anno 1153. viuere deſijt laudatiſsimus Henricus Archiepiſcopus Moguntinus.

Hic 1. Nouembris anno 1146. dedicauit Capellam S. Mariæ in honorem eiuſdem, cum antea conſecraſſet in eiuſdem honorem princeps altare in nouo monaſterio, in monte S. Diſibodi Confeſſoris & Pontificis. Eius tumulo inſcriptus hic verſus.

Ad Chriſtum ſoſpes, eat huius corporis hoſpes.

Epiſcopus exiſtens dicere ſolebat: Fui diues Canonicus, pauper Præpoſitus, mendicus Epiſcopus.

Septembris 6.

1. ANno 1608. Hulſti quod eſt oppidum Flandriæ publicis commendata eſt monumentis miraculoſa herniæ à Deipara curatio.

Erat hæc hernia inuſitatæ magnitudinis ita vt vix ſtare, ſedere aut incedere poſſet æger. Qui poſt varia à varijs præſcripta remedia at fruſtra, tandem venit ei in mentem ad Deiparam montis Acuti peregrinari, quod & fecit ter, ac tertia

pere-

peregrinatione perfectè ſanatus eſt, neque vel veſtigium morbi in eo remanſit.

Septembris 7.

1. ANno 1604. Holandi occupant montẽ Acutum, in quo celebre illud ſacellum Deiparæ in Brabantia tot miraculis inclitum. Nihilominus paulò ante quam aduentarent copiæ, noſtri de eo moniti, ſacram eius imaginem eorũ impietati ſubduxerunt, vt & pretioſiora quæque ornamenta ſacramque ſuppellectilem. Quid illic ab ijs actum facilè eſt conijcere. Id omne ſcilicet quod ijs impietas ſua ſuggerebat. Fractæ ab ijs imagines, ſcamna, ſedes ſacerdotum ad confeſſiones excipiendas, aliaque lignea igni tradiderunt: quem licet ſubieciſſent ad ſacellum comburendum, fruſtra tamen id conati. Prophanis ædibus, & peregrinorum tugurijs in cinerem redactis. Peregrinos quorum magna vis ad ſequẽtis diei feſtiuitatẽ confluxerat, ſpoliarunt, è quibus etiam nonnullos ſecum captiuos abduxerunt. Sed hic non ſilendum inſigne miraculum quo Deipara vlta tunc eſt atrocem in ſe blaſphemiã. Nam cum quidam miles de hoſtilibus illis copijs, equo cœco vteretur, ſi inquit verè Maria cœcis viſum reſtituit, protinus igitur equo iſti meo idẽ beneficium præſtet. Mira, res veriſsima tamen: vix impius blaſphema verba finierat cum equus cæpit videre, miles autem cœcus factus eſt. *Hiſt. Sichimenſis.*

2. Anno 776. obit Leo 4. Imperator Orientis.

Zonaras l. 3. Hic patris exemplo, Dei, Deiparæque ac Diuorum imaginum cultores indignis vexauit modis. Cœterum anno 5. tyrannidis ſuæ manifeſtas diuino numini pœnas dedit. Nam cum coronam auream gemmis inſignem ex æde Sanctæ Sophiæ ſublatam capiti impoſuiſſet ſuo, ſtatim peſtifera correptus febri, miſerè abſumitur. Ac ne dubia morbi cauſa foret, in eius capite carbunculi extiterunt.

3. Vigilia per Greg. 2. inſtituta.

4. Recinetenſes confluunt ad videndum ignem cæleſtem qui deſcendit ſuper domū Deiparæ Lauretanę, vide diem ſequentem.

5. Tertio conflagrat ædes Deiparæ Carnotenſis anno 1020. primum enim eius incendium contigit anno 850. à Danis Nortiuannis. Secundū anno 973. igne iniecto à Richardo Principe Hormandiæ. Conflagratio vero hodierna (quam aliqui minus probabiliter referunt ad peruigilium feſti Aſſumptionis) à fulmine facta eſt. Quo tempore id mirabile accidit. Quidam Carnutenſes ardenti zelo conſeruandi ſacratiſſimum Deiparæ induſium quod in eo templo ſeruabatur, tranſiere per medios flammarum globos illæſi ſacra iſta onuſti ſarcina, quam ad templum ſubterraneum detulêre; quo vt peruenêre ſtatim decidêre turres, campanæ cum plumbeo templi tegmine liquefactæ ſunt. Ingentes columnæ & ſaxeæ moles horribili ſtrepitu corruerunt. Ita vt nulla videretur ratio ex ſubterraneo illo loco exeundi, cum vndique eſſet flammis cinctus. Itaque vel ijs fame moriendum, vel ipſi igni pabulum de ſe, ſuiſque corporibus miniſtrandum. Nihilominus Dei-

paræ

paræ protectione tuti ibidem fuerunt, quaſi flamma eius vocem audiret iubentem ne vlterius ad ſacram ſpeluncam peruaderet. Ergo aliquamdiu Deiparæ præſidio ibi abſque omni cibo & potu vixerunt. Igne extincto ſtatim ad ſpeluncam itum eſt. Omnes opinabantur illos aut pauore aut fame enectos, aut flamma cōſumptos. At contra accidit, inuenti ſunt ſani & incolumes, læti & alacres quaſi in loco quodam delitijs pleno conſtituti potius quam in ſpelunca mortis horrore cincta. Et quod maxima lætitia Carnotenſes affecit, fuit ſacratiſsima capſa Deiparæ induſio nobilis quam incolumem conſeruatam ſpectarunt præter omnem expectationem. Quantæ tunc gratulationes Deo Optimo Maximo & Sanctiſſimæ eius genitrici habitæ ſint, facilius eſt animo concipere quam ſermone complecti.

Tria porro ſupradicta incendia (vt hoc obiter dicatur) videntur communia fuiſſe cum Deiparæ templo Cameraci, quod ſimiliter ter conflagrauit. Primò anno 882. à Nortiuannis, ſecundò anno 1064. tertiò anno 1148. quando (quemadmodum Carnuti) templum, reliquiæ ſacræ & bona pars ciuitatis arſere, poſtmodum inſtante Archiepiſcopo, Comite Balduino, alijſque principibus viris & fœminis reædificata eſt eo ſplendore qui etiamnum hodie viſitur. *Chronic. Hannon.*

Sept.

Septembris 8.

1. FEſtum ter feliciſſimæ Natiuitatis SS. Dei genitricis. De eo quemadmodum de feſto eius glorioſiſſimæ Aſſumptionis hæc dicenda videntur, primum quo die, quo anno nata. 2. De ipſo feſto eiuſque inſtitutione, tertium de prodigijs, miraculis, Deiparæq; beneficijs eo die datis, quartum de obſequijs, pietatiſque officijs eodem die Virgini præſtitis.

P. à Caſtro in Hiſtor. Virgin. 2. Ac de 1. quidem hæc occurrunt, videtur ea natiuitas, die ſabbati contigiſſe, luna 14. Augusti, quia eo anno litera Dominicalis erat g. idque anno ante eius filium natum decimo quinto, qui erat Olympiadis 190. annus 4. & vrbis conditæ 738. Conſulibus L. Domitio & Pub. Cornelio Scipione. Auguſti vero à 1. Conſulatu 27. à victoria Actiaca 15. Herodis Regis 18. Ab orbe condito 4073. A diluuio 2417. A prima Abrahæ promiſſione 2020. Ab exitu Iſrael de Ægypto 1590. A primo Dauidis anno 1153. A templo Salomonis fundato 1110. A captiuitate Babylonica 583. A fundato ſecundo templo 513. Anno hebdomadarum Danielis 439. nempe anno 5. ſexageſimæ tertiæ hebdomadæ. Denique iuxta Hiſpanicam numerandi rationem *L.7.c.18.* Aëra Auguſti 24. Atque hæc in gratiam curioſi lectoris ex patre à Caſtro in Hiſtoria Deiparæ c. 2. Cæterum non tantum teſte Durando 8. Septembris & in die ſabbati nata eſt Virgo, ſed etiã aurora illuceſcente iuxta reuelationem cuidam viro religioſo factam. Quod ſanè pluſquam probabile eſt eam quæ inſtar auroræ myſterioſæ, verum

verum iuſtitiæ ſolem præcedebat, mundo apparuiſſe apparente & appetente aurora. Hæc de primo.

3. Ad 2. quod attinet videtur hæc feſtiuitas circa annum 436. poſt Concilium Epheſinum (contra Neſtorium habitum qui ſacrilegè negabat B.V.M. Deiparam eſſe) coli cæpta à Latinis & Græcis 8. Septembris. Id ſatis probatur ex antiquis patrum ſermonibus in hoc feſto. Quomodo autem cognitum ſit eam natiuitatem in eam diem incidiſſe refert Vincent. Beluacenſis. Nempe diuinitus per quendam ſolitarium, qui annis ſingulis harmoniam in cœlo nocte natalis Virginis audiebat, cumq; ſtuperet à ſe illam alio tempore minimè audiri, rogauit Deum vt ſibi huius rei cauſam patefaceret, cui Angelus apparens: Virgo inquit perpetua, quæ Deum genuit: hac nocte nata fuit, quòd licet ab hominibus ignoretur, ab Angelis celebre habetur. Qua reuelatione, inquit Vincentius, diuulgata, eius natiuitatis feſtum eſt inſtitutum. Democharez author eſt Fulbertum Carnotenſem Epiſcopum hoc feſtum primum in Gallia inſtituiſſe ſub annum 1017.

Baronius in Martyr.

In ſpeculo Hiſt. l. 6. c. 65.

Liberat Deipara Valencenenſem ciuitatem à peſtilentia. Res ſic habet.

4. Anno Domini milleſimò octauo Vallencenenſis vrbs (quam ita modo florentem conſpicimus) vſq; adeò peſtilentiæ vi vapulauit, vt omnium vna clades, vnuſque tumulus crederetur; nam & paucis diebus ſeptem octoue ciuium millia

Ex Hiſtoria de ea edita.

lia

lia deſiderata ſunt, & fuiſſent multò plura, niſi mater optima, mater, inquam, viuentium commiſeratione percita,& cuiuſdam Heremitæ precibus faciens ſatis, breui iacenti populo manum auxiliatricem vltrò citroque protendiſſet. Bagus eſt, cui nomen Bontis, ab vrbe ſemileucâ diſſitus; cuius, id temporis, exiguam caſam ad ſacellum Virginis de Fonte (quod modo Fontenellas) Heremita pauperrimus, idemque ſanctiſſimus incolebat, is cum de more Dominū, eiuſque matrem dilectiſſimam compellaret, vt pietatis oculo diſiectam ciuitatem non dedignarentur aſpicere, ſic opportunè importunus profuit, vt optatiſſimum languidis ſubſidium vltrà quàm peteret, impetrarit. Apparuit ſiquidem ſeruo ſuo conſolatrix afflictorum, preces ſibi acceptiſſimas fuiſſe denuntians, inſuper ob eximiā eius in Vallencenenſes charitatem, malum ocius depellendum: quod vt fieret, & iucundiſſima ſalute potirentur afflicti, ciues omnes ieiunio & oratione ſeptimum Idus Septembris tranſigerent, imperauit: ſe nocte magnum aliquid præſtituram, & opus Dei omnipotentis admirandum. Eadem igitur nocte cum ciuium plurimi in mœnibus ciuitatis orarent, viſa eſt cœlorum Domina in veſtibus gloriæ multis aſſociata cœlitibus vrbem miſeram circumire, filo etiam cingere, ſpectantibus excubijs, ſenatu, & multitudine innumerâ, quæ ſplendore planè ſingulari excita, ad rei nouitatem, pulchritudinemque contemplandam affluxerat. Inde iterum ſe mater optima Heremitæ viſendam protulit, iuſſitque poſtremum diem (is erat natiuitati SS. Auxiliatricis ab Eccleſiâ deſtinatus) iiſdem exercitijs celebrandum

brandum indiceret, & vt ſolemni pompâ Muros ad funis ſalutiferi ductum, circumirent ciues, & è veſtibulo diræ contagionis incenſam rabiem penitus extinguendam. Quali porrò letitiâ tot ſuſpirijs expetitus nuntius miſerrimos perfuderit, & quantum animi, quantum pietatis tantâ ſpes attulerit: eiuſmodi eſt, vt concipi facilè, ſine difficultate nequaquam exprimi ſufficienter poſſit. Certè cleri, ſenatus & populi concurſu egregia ſupplicatio inſtituta eſt, & cœleſtis funiculus magnâ reuerentiâ collectus, vndè poſteà ingentis beneficij monumentum, & Matris miſericordiæ ſingularis ſuæ protectricis honorem conſeruarent æternum. Sed & in gratiarum actionem omnium votis ſancitum eſt, vt inſequenti temporum reuolutione deinceps ſemper ſexto idus Septemb. qui dies eſt hodiernus annua celebritas fieret, & ſaluberrimus duarum leucarum ambitus, virgineis manibus hoc funiculo delineatus, omnium pedibus tereretur: quod vti præſcriptum, ita integerrimè hactenus obſeruatum, millenis quotidie per octauam turmatim cum incredibili deuotione ſimul ac ſilentio pium iter recolentibus. Eodem ipſo anno filum ſacroſanctum vnà cum pretioſiſſimis reliquijs ſumptuoſo lipſano donatum eſt pariterque lineatorum congregatio ſtabilita: eo videlicet nomine, quod in rei memoriam latis lineis diſtinctas tunicas eius ſodales induant. His porrò nihil tā antiquum, quam ſingulis annis dictum lipſanum pedibus nudis circumferre, qui & honoris cauſa prandent eo die in curiâ, ibique congregantur incredibili totius vrbis circumplaudentis lætitiâ.

La Confrerie des Royez.

5. Anno

5. Anno 1475. vita piè fungitur Alanus de rupe Dominicanus.

Chronic. ordinis. Huius vita plena eſt beneficijs in eum à Deipara collatis ac viciſſim obſequijs illi repenſis. Ipſe potiſsimum à Deo Deiparaque electus fuit vt roſarij vſum qui neglectius iacebat, iterum induceret. Quare ſe ei conſpicuam fecit, de neglecto roſarij cultu admonuit, quem vt promoueret, rurſumque ſacra illius ſodalitia aggregaret imperauit. Et vt in eo munere exequendo inſtructior eſſet, annulum ei ex ſanctiſſimi capitis ſui crinibus miro opere contextum dedit. Illa eum præſente Chriſto ſanctiſque compluribus ſponſum ſibi aſciuit, ſponſalitiaſque arrhas dedit annulum illum, & roſarium vnum, quod eius collo iniecit. Eodem res cæleſtes attentè contemplante Deipara de lacte ſuo Virgineo in os infudit. Tot autem Deiparæ benefactis ipſe viciſsim egregiè reſpondit, cultu eius, ac roſarij vſu propagando, ſodalitia eius congregando, eaque omnia præſtando, quæ ei grata fore putabat, ſemper in ore ſalutationem habebat Angelicam, ambulando, ſedendo, loquendo, prædicando, & quoties aliquid pronuntiare aut dictare volebat priuſquam inchoaret, genibus flexis, ſalutationis Angelicæ ſuffragio præeunte, auxilium requirebat. Plura de SS. iſto viro Frater Choquetius de SS. Belgij ordinis Prædicatorum.

5. Vita fungitur Franciſcus Retza Dominicanus.

Hic teſte Ioanne Nidero tam fuit Deiparæ ſtudioſus vt neminem eo ſtudioſiorem viderit. numquam dulce nomen Mariæ eius feriebat aures, quin ſtatim Salutationem Angelicam recitaret.

ret. Quod idē ei ſolemne erat tranſeunti corā eius icone. Quicquid ſtipendiorū à Duce Auſtrię tāquam Doctor & Rector Vniuerſitatis Viennēſis recipiebat, id omne impendebat reparationi tum monaſteriorum tum templorum Deiparæ dicatorum. Quouis die ſabbati, licet aliud haberet thema lectionis ordinariæ propoſitum, nihilominus tamen mediam ferè eius partem texebat cōmemoratione laudum Dei genitricis, idque non ſine magna lachrymarum vi. Adeo eam tenerè amabat.

Duodecim continuis annis quibus librum Salomonis ad plebem explicauerat, ſemper repetitis illis verbis: *Primi & puriſſimi fructus eius*, totus in laudibus Deiparę explicandis fuerat. Tria volumina ingētia ſuper Salue Regina in laudem eiuſdem compoſuit. Inter ſtudendum quoties à libro ad librum vel de loco ad locum tranſiret, eandem Reginam Angelicis verbis ſalutabat. 84. natus annos cum in commentatione rerum B. V. M. aſsidua colliqueſceret, die natiuitatis eius inter ſolemnia ſua deuotionis Marianę lætus expirauit. Concinens Cantic. Salue Regina.

Pius de viris illuſtribus ordinis Dominic.

6. Anno 1541. Deiparæ inuocatione liberatur quidam Barcinone à morte, licet varijs vulneribus lethalibus affectus.

Hūc noctu quinque hoſtes ſui armati aggreſſi ſunt, è quibus duo punctim eum ceciderunt valde periculosè, nimirum in vultu, & in gutture, illud transfigendo. Interim ille Deiparam Montiſſerrati impenſius inuocat. Cumque ſe tueretur quomodo poterat gladio ſuo & pugione, percuſſus eſt in capite, quo ictu in terrā proſtratus eſt, tātumque ei ſanguinis fluebat in ocu-

los

Digitized by Google

los vt nihil videret. Itaque in eum ita ſtratum irruunt hoſtes, eumque vt pote nihil amplius reſiſtentem peſſime mulctant ac ſauciant, ipſo interea temporis, continenter Virginis opem efflagitante, quæ quidem ei ſtatim adfuit nam nihil ei nocuere hoſtes ſui ex quo in terram cecidit, irritique extitere omnes eorum ictus. At hoſtes arbitrantes toties varijs locis percuſſum & toto corpore ſauciatum, iam obijſſe, eum deſeruerũt. Ergo ipſe ęgrè licet domum reptat, Deiparæ nũquam immemor. Quæ quidem eum non deſeruit in finem, nam intra paucos dies curatum fuit vulnus illud capitis quod habebatur, immedicabile.

7. Anno 1555. ex hac ærumnoſa vita ad beatam migrat B. Thomas Villanoua ex ordine D. Auguſtini Archiepiſcopus Valentinus.

Nicolaus Baxius in vita.

Hic cum valde affligeretur ob munus Epiſcopale, timeretque, vt aiebat, ne excluderetur numero beatorum, quia fuiſſet de numero prælatorum, coram effigie Chriſti proſtratus cæpit lugere ſortem ſuam. Cum autem preces ſuas continuaret (erat is dies ſacer B. V. M. purificatæ) audiuit hanc vocem ab ipſa ſtatua profectam: Æquo animo eſto, in die natiuitatis matris meæ venies ad me, cæterum os crucifixi loquentis quod ante clauſum fuerat, deinceps apertũ manſit, & ita viſitur hodie dentibus tam perfecte apparentibus vt optimi ſculptores negent vllo artificio ſimile quid fieri poſſe. Vide 17. Sept.

8. Labitur de cælo ignis ſuper domo Lauretana, quod fuſius proſequitur Turſellinus l. 1. c. 17. Paulus quidam ſolitarius abſtinentiæ & ſanctimoniæ miraculo venerabilis, videt ipſo

natali

natali B. V. die quotannis, quarta fermè vigilia, plurimum labi de cælo ignem, flammamque longè lateque diffuſam inſtar ingentis cometæ quæ Beatæ Virginis Cellæ incumberet, & æquabili tectum ædis ſplendore operiret, nec ita multo poſt ſublimem vnde venerat, recipere ſeſe. Ipſe ignarus quid tandem cæleſtis illa flamma portenderet, in quiete per noctem cæleſti iudicio diſcit natali Deiparæ die, domum eius natali anniuerſaria inſigniri flamma, propterea quod ei cordi eſſet, eum inibi diem inſigni ceremonia agitari, colique. Recinetenſes igitur res ea perpulit vt auguſtiſſimam Virginis Cellam, ipſo natali eius die, præcipuo celebrarent cultu, rituque. Quo factum eſt vt finitimi deinceps populi, ac longinqui etiam, Septembri potiſſimum menſe accenſis ſtudijs confluant ad agitandum natalem B. V. M. diem. Talia porrò cæleſtium ignium ſpectacula, complures non annos modo, ſed ætates tenuere. Viceſimus circiter annus eſt cum Recinetenſium plures narrarent ſe ignes illos cum vniuerſa ciuitate conſpexiſſe. Simul addebant pridie eius diei ſub noctem intendentibus ſe tenebris, Recinetenſes vulgo concurrere ſolitos ad tam gratum ſpectaculum, vt ex mœnibus, tectiſque, vnde modo Lauretana ſedes conſpici poſſet admirabili illa cæleſtis flammæ ſpecie, animos atque oculos paſcerent. Tenet fama anniuerſariũ hoc ſpectaculum ad Pauli 3. Pontificis tempora duraſſe.

Scribebat Turſelli. ſub annũ 1598.

9. Cum anno 3. regni Edelredi Regis Angliæ Londinum arcta obſidione à Dacis premeretur, Rex magno affectu ſe Deiparę meritis cõmendauit, quod quidem eo fecit ardentius &

Hiſt. Anglicana Malmesburienſis.

maiori cum ſpe opis ab ea impetrandæ, quod dies eſſet ſacræ Virginis natiuitati ſacra. Mirum, ciuitas ſtatim fuit ab obſidione libera hoſte re infecta ad ſuos redeunte. Quæ Virginis miraculoſa beneficentia occaſionem dedit ijs Angliæ regibus qui de familia Artus erant propagati, in ſuis inſignibus geſtandi imaginem B. V. M. vt qui ab ea omnem de hoſtibus ſuis expectarent victoriam.

Chronic. 10. Feſtum in Hiſpaniæ regnis in ordine Minimorum noſtræ Dominæ de Victoria in Mauros. Vide vbi de Ferdinando Rege Catholico 13. Auguſti. Hanc victoriam Turone exiſtens in Gallia ei prædixerat S. Franciſcus de Paula miſſus ad eum duobus religioſis; cohortans eum vt animos ſumeret, neque obſidionem ſolueret. Atque hæc fuit occaſio qua hic ordo in Hiſpaniam penetrauit vbi floret maximè.

11. De hac die ita S. Bernardinus in publica concione de laudibus B. M. Virginis. Hodie natus ſum. Hodie ordinis habitum ſuſcepi. Hodie profeſſionem emiſi. Hodie primum ſacrum feci. Hodie primam concionem habui, ſperoque me eodem ipſo die ad Deum migraturum. At Deo aliter viſum, obijt enim 2. Maij anno 1444. Vide ibidem ſupra.

12. Cuidam viro pio nomine Benedicto cũ ad balnea Puteolana pergeret, die 8. Sept. naſcenti Virgini ſacro, ſub auroram, imago Dei genitricis, filium in gremio fouentis, eo in loco vbi propè Neapolim eſt modò templũ S. Mariæ dictũ ad pedẽ cryptæ ad plagã maris ſitæ apparuit. Quæ apparitio hodierna cauſa fuit in cæteris, templi iſtius ibi ædificandi. Quamquam & dua-

bus

bus alijs perſonis apparuerit eadem Virgo, eaſq; monuerit, velle ſe eo loci templum ad ſui honorē ædificari. Teſtatur Petrarcha ad hoc templum, aſſiduè prætemauigantium fieri concurſum. Quin etiam maiora nauigia vbi in eius conſpectum venerint, bombardarum diſploſione, Deiparam ſalutant. *In ſuo itinerario.*

13. Narrat B. Gertrudis in ſuis reuelationibus, cum in feſto natiuitatis Deiparæ, ad Completorium caneretur *Salue Regina*, inter alia quæ tum vidit, vbi, inquit, peruentum erat ad illud: *Eya ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte:* Beatiſſima Virgo mentum filij ſui blande tangens, ipſum verſus terram inclinauit ad nos, dicens: iſti ſunt miſericordiſſimi oculi, quos ad omnes, me inuocantes ſalubriter poſſum inclinare, vnde & vberrimum fructum conſequuntur ſalutis æternæ. *L.4.c.53.* *Intelligit oculos filij, quos ſuos dicit eſſe.*

Dum in matutino officio caneretur: Aue decus &c. Videt S. Gertrudis quaſi aperiri cælum, miniſterioque Angelorum ſublimem demitti thronum, in qua ſedebat cæli & terrę imperatrix, qui in chori medio collocatus eſt. Ibi Beata Virgo eximijs beneuolentiæ ſignis indicabat ſe equis oculis,gratoque animo admiſſuram preces ac vota monialium. *Ex l. 4. Inſinua. diuina pietatis c. 53.*

Alias docet Deipara S. Gertrudem quid maximè animo verſent, & quid agant Angeli in iſta ſolemnitate ſui natalis. Angeli, inquit, renouant ineffabilia illa gaudia, animique oblectationes quibus toti perfundebantur nouem illis menſibus,quibus maternis viſceribus concluſa deliteſcebam, quando per vices mihi famulabantur,dū enim in puriſſimo illo Sanctiſſimæ Trinitatis *Ibidem.*

Digitized by Google

ſpeculo corporis mei ſingularem dignitatem & excellentiam, quod hominum ſaluti cooperari debebat contemplabantur, exultabant in meo obſequio, aërem ipſum purgabant, & perfectiores efficiebāt creaturas vniuerſas quibus in vtero matris alebar. Vide ſi placet ſequentia eiuſdem capitis.

L. 3 vitæ c. 6.

14. Impetrat hoc ipſo die S. Ignatius Loyola à Deipara rem longè difficillimam. Eam paucis ex Ribadeneyra ſic colligo.

Cum anno ſalutis 1548. in Collegij Patauini erectione nō parua oborta eſſet difficultas obtinēdæ poſſeſſionis cuiuſdā Prioratus Andreæ Lipomani qui eum ſocietati dederat, reſque in ſenatu Veneto diſceptaretur, quodam Andrææ propinquo opibus ac ſenatoria dignitate precellenti, acriter obnitente, Iacobus Laynez qui negotium Venetijs procurabat, per literas S. Ignatium parentem ſuum rogauit, vt pro fœlici rei euentu Miſſam celebraret, quod cum ipſo genitricis Dei natali die feciſſet. Iacobo reſcripſit rem confectam putaret. Mox octauo poſt ſacrificium die, frequentiſſimo ſenatu, omnium ferè ſuffragijs ea noſtris eſt adiudicata poſſeſſio. Quod mirum viſum eſt omnibus Reip. illius peritis, pro ignotis & aduenis aduerſus ciuem ac vehementer abſiſtentem ſenatorem frequentiſſimum ſenatum tam vnanimi conſenſu conſpiraſſe, præſertim cum eo die probatiſſimi ſenatores qui noſtris potiſſimum ſtuderent partibus, à ſenatu omnes abfuerint, vt hinc, Deiparæ præſidium S. Ignatio illud implorāti, præſto fuiſſe in deſperatis rebus, non obſcurè intelligatur. Atque hæc de tertio.

15. Quar-

Digitized by Google

15. Quartum illuſtrabunt quæ ſequuntur. *Petrus du Iarric l. 6. Hiſt. Indicæ c. 6.*
Anno 1608. in regnum Tanoris in India Orientali penetrant duo de Societate IESV Sacerdotes, à Rege vocati, qui anno 1546. baptiſmo initiatus fuerat. Eius iuſſu templum ac ſumptu ædificatur, ac ſolemniter in eo, die natali Virginis, eiuſdem imago ſimilis ei, quam ferunt à Diuo Luca depictam, collocata fuit.

16. Anno ſalutis circiter 1120. Sancta Maria ad Monticulum Romæ à Paſchali 3. conſecrata ibique die natiuitatis Virginis, ſolemniter feſtum celebratur. *Pompeius Vgonius in l. 6. ſtation.*

17. Circiter annum 1232. viri ſeptem pij initium hodie dedere ordini Seruitarum B. V. M. cum eodem anno die Aſſumptionis Deiparæ cęleſti voce ad nuntium ſęculo mittendum moniti eſſent. Vide de eo fuſius 15. Auguſti.

Illud addo memoriæ proditum eſſe illos per vrbem Florentiam tranſeuntes Beatæ Virginis Mariæ ſeruos etiam à lactentibus appellatos.

18. Quemadmodũ hoc die confluerent tũ Chriſtiani tum Saraceni, ad quoddam Virginis templum & imaginem miraculoſam vide 15. Auguſti.

19. Sergius Papa qui anno 687. creatus eſt Pontifex. Litanias hac die fieri præcepit, vt teſtatur ordo Romanus ſeu liber de diuinis officijs.

20. Anno 1548. Sanctum Ignatium hoſpitio exceperat cum Comite ſacerdote qui Tybre (prope Romam) conciones habuerat, Ludouicus Mendoza Societatis IESV amicus. Is eam nactus opportunitatem, ſacram Deiparæ ædem, *Hiſt. Societatis.*

quam extra muros, ſub ipſas villę Mæcenatis magnificas ruinas & inſanas ſubſtructiones habebat, cum domo & hortis ſanè quam amænis, obtulit noſtris. Vbi primum noſtri Tyburtinæ ſedis duxere primordia die ipſo natali Deiparæ, cum ipſe Sanctus Ignatius, ineundæ poſſeſſioni, & celebritati exornandæ, cum aliquot patribus intereſſet.

Andreas Coppenſtein de ortu roſarij l. 3. c. 3.

21. Coloniæ Sixto 4. Pontifice ſolemnis ſupplicatio confraternitatis roſarij in qua genitricis Dei imago exquiſitè ſculpta delata eſt. Eã proceſsionem cohoneſtarunt legatus Apoſtolicus Federicus 3. Imperator. Electores Imperij, Dux Auſtriæ, Duces Bauariæ, Landgrauius, Haſsiæ comites plures quinquaginta, inumerique alij viri illuſtres & nobiles. Quo eodem die finita ſupplicatione, in templo Prædicatorum, nomen ſuum confraternitati inſcribit legatus, eum ſequutus Imperator ſe, & ſuam inſcribit cõiugem, ac filium Maximilianum, qui ei in Imperio ſucceſsit. Poſt Imperatorem ſua etiam nomina dederunt Electores ac Principes magno numero.

Vide Antiquitates Pariſiẽſes Iacobi Breulij.

22. Produnt Annales Robertum Regem Galliæ hodie dediſſe initium cęremonijs ordinis equitum à ſe erecti ſub annum 1022. Cum eſſet hic princeps eximius B. V. M. cultor vetæ ſtellæ maris, regnique ſui ductricis & ſideris, erexit oratorium Pariſijs, cui nomen placuit indere, noſtræ Dominæ de Stella, in quo & erexit nouum ordinem 30. dumtaxat equitum è prima regni nobilitate quem & hoc nomine inſigniuit: ordo equitũ Dominæ noſtræ de Stella. Singulis quos creauit equitibus diſtribuit auream torquem, in cuius extremo pendebat ſuper ſtomachum Stella

item

item aurea quinque radijs illuſtris. Inſuper in ſuperiori parte Sottanæ ad dextram geſtabant Stellam ex auro, acu pictam. De eod. 20. Iulij.

23. Anniuerſaria dedicatio ſacri templi B. V. M. Montiſſerrati in Hiſpania. De ea dedicatione & die ſic Hieronymus Paulus. Soluuntur vota ſexto Idus Septembris, qui eſt 8. huius, numeroſa populorum vſque ad internecionem preſſura. Templi huius locus in quo exſtructum eſt, miraculosè Epiſcopo oſtenſus eſt. Cum enim inuenta in montis Serrati cauernula Dei matris imagine, (ſuper quam ſub noctem quouis die ſabbati cæleſtis flamma deſcendebat, & ex cauernula audiebantur quaſi chori ſuauiſſimè modulantes, ex qua etiam ſuauiſsimus manabat odor) eam in proximum pagum ſolemni ſupplicatione deferret Epiſcopus, eamque porro Barcinonem in ſuum templum Cathedrale inferre pararet, poſtquam ad eum locum peruentum eſt vbi viſitur modo Deiparæ templum, qui ſtatuam Virginis portabant, eum inde aſportare nulla ratione voluerunt, vnde intellectum ab Epiſcopo voluntatem Dei eſſe vt ibi conſiſteret. Quare temporario excitato ſacello, ara magnificè exornatur, in qua ſtatua Deiparæ collocata. Extemplò peregrinorum concurſus ingens. Atque hæc ſub annum ferè 890. contigere.

In deſcriptione fluminũ & montiũ Hiſpania. Alfonſus Villegas 2. p. Florilegij ſanctorũ.

Anno vero circiter 1498. præclariſsimo ibi tẽplo erecto, Deiparæ ſtatua ſublimis ſita eſt in maximo templi ſacello. Ante eam lampades ex argento 50. pendent, & ſemper ardent. Certis diebus ardent cerei complures immenſi propè ponderis. Templo eſt ſuppellex ſacra luculenta, cum opulento cultu Margaritarum & vnionum.

Nuper edita Gallicè eius templi Hiſtoria octoginta duo ſupra trecenta ad Dei matris interceſsionem patrata à Deo miracula recenſet, inter quæ & mortui complures ad vitam reuocati.

24. Anniuerſaria dedicatio templi Dominæ noſtræ de Lætitia in Gallia in ditione Laudunenſi. Hic viſitur ſimulachrum Deiparæ ab ipſa datum. Sic paucis habet Hiſtoria. Cum ſub annum 1134. tres equites S. Ioannis Hieroſolymitani patria Laudunenſes nobileſque, in Ægyptum appuliſſent, in horridum carcerem Cairi à Sultano concluſi ſunt, atque ibi à Deipara multo lumine decora, Angelorumque multitudine ſtipata inuiſuntur, à qua & eius ſtatuam ab ipſius manibus accipiunt: Quam, vbi in Galliam admirabili Deiparæ auxilio eſſent reducti, in hoc templo repoſuerunt, vbi & plurimis miraculis claret.

Fra. Iacob. Boſius.

25. Hoc die primum Meaci in Iaponia ſacrum Miſſæ officium à patribus Societatis IESV celebratum eſt, quæ fuit cauſa cur ædem ſacram ibi extructam Virgini dicârunt.

L. 3. Epiſtolarum Indicarum.

26. Praxim colendi hac die Deiparam, ab ipſamet reuelatam ſanctæ Gertrudi, quæ continetur certo numero ſalutationum Angelicarum, vide l. 4. Inſinuationum diuinæ pietatis c. 53.

Sept.

Septembris 9.

1. FEſtum SS. Ioachim & Annæ parentum Deiparæ apud Græcos. Ita eorum Menologium Genebrardo interprete. Vide 20. Martij ſuperius.

2. Natalis S. Audomari Epiſcopi Morinenſis.

Hic in Sithiu egregium templum in honorem Dei Virginis extruxit, in quo & humatus eſt prout ipſe S. Bertino mandauerat.

3. Natalis dies S. Sergij Papæ anno 701. *Baronius*

Hic Romæ Eccleſiam S. Mariæ in via lata dedicauit. Qui locus quondam fuit hoſpitium S. Pauli & aliorum ſanctorum.

4. Anno 1087. Guilielmus Angliæ Rex vita exit. *Malmesburienſis.*

Hic inter cætera piè ſanctèque dicta, inter hæc verba (Dominæ meæ ſanctæ Dei genitrici Mariæ me cõmendo, vt ipſa ſanctis ſuis precibus me reconciliet chariſſimo filio ſuo Domino noſtro Ieſu Chriſto), religioſiſſimè placideq; expirauit. Quam vero eum pœnituerit præteritæ vitæ, maximè Eccleſiarum quas in bello contra Gallos incenderat, & quomodo theſauros ſuos omnes Eccleſijs & pauperibus ac Dei miniſtris teſtamento reliquerit. Vide ex Malmesburienſi Baron. anno 1087.

5. Anno 1412. Arſit Dominicum Beatæ Mariæ Sluſenſis fulmine tactum vt quidam tradunt. *Meyerus.*

Digitized by Google

Septembris 10.

1. ANno 454. In cælum migrat ſancta Pulcheria Imperatrix & Virgo.

Hæc tria templa Conſtantinopoli magnificétiſsima D. Virgini à fundamentis erexit, quorum princeps erat in Blachernis, in qua B. V. M. vrna cum veſte poſtea collocata eſt. Alterum in Chalcoprateo ſeu foro fabrario, vbi zona Deiparæ ſeruabatur. 3. ὁδηγῶν ducum viæ, in quo Dei matris imago à D. Luca depicta colebatur. Multis laudibus eam S. Leo & alij celebrant. Vocantque hæreſeon expultricem, eique Neſtorij (qui Beatæ Mariæ Virgini, matris Dei titulum negabat conuenire) in Concilio Epheſino & Eutichetis condemnationem in Chalcedonēſi acceptam fert. In eo itaque ſimilis eſt B. V. M. quod ſi non cunctas hæreſes vt ipſa, at aliquas ſaltem interemit. Addo & aliam ſimilitudinem, quod eius inſtar in matrimonio cum Marciano Imperatore illibatam ſeruarit Virginitatem.

2. Anno 1622. Gregorius 15. B. Ioannem Capiſtranum Minoritam, in Beatorum Album refert.

De eius in Deiparam ſtudio, Vide 23. Octobris.

2. Natalis dies S. Nicolai Tolentinatis.

Surius. Hic moriturus videt Ieſum Chriſtum matri ſuæ & S. Auguſtino innitentem, eique dicentem. Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudiū Domini tui.

Viuus ſingulariter Deiparam coluerat. In eius honorem (præter ieiunium feriæ 4. & 6.) Sabbato

bato aqua & pane ieiunabat.

3. Natale S. Hilari Pontificis ſummi.

Hic in Baſilica Conſtantiniana vel ad S. Mariam recondidit ſcyphum aureum anſatum, penſantem libras octo. Scyphos per titulos 25. penſantes libras 10. Amas argenteas 25. penſantes libras 10. Calices miniſteriales 50. penſantes ſingulos libras duas &c. *Anaſtaſius Bibliothecarius. Baron. ad ann. 467.*

Idem Epiſtolas conſcripſit de fide Catholica tres ſynodos confirmantes Nicenam, Epheſinam & Chalcedonenſem, quibus ſynodis aſtruitur & ſancitur honor Deiparæ eiuſque eximius titulus Θεοτόκος contra hæreſes defenditur. *Platina.*

4. Anno 1616. publicis conſcribitur tabulis Deiparæ in Lutheranum aurigam beneficentia.

Ab ea nec ab Eccleſia Romana alienos excludit. *Hiſtor. VVeyer.*

Hic curro ſeu curru biroto in Thuringiam ſolem conuehere ſolitus erat: Accidit autem vt dũ ex itinere illo domum reuerteretur, media in via equus, aut nimio grauatus põdere aut morbo aliquo affectus, aut viribus alias defectus corruerit omnino, & nec clamore ſollicitatus, nec verbere ictus ſurgeret. Inops igitur conſilij miſer auriga quid agat? nemo enim planè erat qui opitularetur. Ergo memor tot mirabilium quę de Deipara Weyerẽſi inaudierat, quamquã Lutheranus, cõcepta in eã fiducia, promiſſoq; honorario munere ad ſacrã eius ædem deferendi, non dubitauit opem eius implorare. Vix verba finierat; & ecce ſurgit equus ſanus & incolumis, & onuſtum inſolito pondere currum, abſque difficultate domum reducit; ſed cum voto ſe liberare differ-

differret, accidit illi iterum alia occaſione in eodẽ itinere illud idem infortunium. Concidit denuò equus, & multò minus quam nuper, vt ſe erigat compelli poteſt. Dolet auriga ſe Deiparæ ingratum extitiſſe, nec audet iteratò petere quod tam ingratæ tam perfidæ tradiderat obliuioni. Nihilominus noua ſpe animum addente ſuam grauiter incuſans ingratitudinem Deiparam compellat, & & duplicatum cerei votiui donarium pollicetur. Auditus etiam eſt & hac vice, ſurgit equus, & poſt breuem pauſam haud inſtigatus, præproperè ad locum ſubuehit deſtinatum. Et auriga oneris liber, religioſo voto animum expedit, Weyeramque vt Diuam in ſede ſua ſalutet, ſeſe confert.

6. Anno 1605. Annorum ſeptem paralyſis curata.

Ea tenebatur Clariſſa quædam reformationis S. Coletæ Heſdinij vt & varijs alijs morbis, febre lenta integro biennio, cordis oppreſſione, vnde mirus virium omnium defectus non ſine grauiſſimis cruciatibus, qui vix eum reſpirare ſinebant. Inſuper interno viſcerum dolore ita angebatur, vt ab horrendis clamoribus ſe non temperaret, vixque à 4. aut 5. religioſis cohiberi poſſet, ac teneri. Quare ad extrema tendere ſæpiſſimè viſa, atque ideò viatico munita, ac ſacro oleo vncta eſt. Initium autem curationis tot morborum, fuit religioſa peregrinatio quam ad D. Virginem montis Acuti ſuſcepit pro ægræ ſalute, religioſus quidam. Vnde & ſecum detulit cruciculam ex ligno arboris in qua ſacroſancta eius imago quieuerat, quam crucem Abbatiſſa in aquam immiſit, eaque iuſſit lauari pedes, &

& tibias infirmæ quæ tunc quidem valde cruciabatur. Sed mirum dictu. Sequente die mane, deprehenſa melius habere. Itaque nullius nixa adminiculo è lecto ſurgit, ambulat licet ægrè, & ad templum ſeſe confert ſtupentibus religioſis vniuerſis, non minus quam ſi mortuam vitæ reſtitutam intuitæ eſſent. Itaque in gratiarum actionem ſolemniter decantatum eſt, Te Deum. Deinceps eadem aqua non modo tibias, ſed & vniuerſi corporis iuncturas abluit, vnde magnam percepit opem. Quare ab ea die liberè & ſine vllius adminiculo ambulauit. Planè ab omni malo libera.

Septembris 11.

1. ANno 1399. in cælum euolat B. Dorothea vidua Pruthena.

Anno ætatis 70. quouis ſabbato pane & aqua cæpit ieiunare in honorem Dei matris, quod ad extremam vſque ſenectam ſeruauit. Exemplo aliarum fœminarum (iam vidua facta) familia prius diſpoſita cæpit peregrinari & viliſſimo peregrinæ habitu, Aquiſgranum Deiparæ Virginis imagine celebre adijt. Aliquando SS. Dei mater numeroſo Angelorum & SS. cœtu comitata ei apparuit, eamque verbis planè maternis ſolata eſt. Huius viſitationis fructus inter cæteros fuit, quod ea magis ac magis ad Deo ſeruiendum incitata fuerit, quare aſpera hyeme (vt eſt in ijs partibus borealibus) ſola tenui tunica & humili pallio vtebatur, nihilominus ex ardenti in Deũ amore, corpus eius quaſi in æſtate abundanti ſudore diffluebat. Eſtiuo vero tempore idem mentis

Ex eius vita edita Craconia anno 1609.

tis ardor efficiebat vt (cum is externum calorem ſuperaret) ſine moleſtia ſolis ardorẽ ferret. Huic die S. Agathæ poſt SS. Euchar. altæ contemplationi immerſæ, maximum cordis dolorem patiẽti, apparuit Chriſtus cum SS. matre & SS. plurimis, cordique eius quinque ſagittas leniter infigens dixit: Dorothea filia mea vt ego pro te ſic tu pro me dolorem patiare. Eam ſub vitæ finem Chriſtus cum SS. Deipara ei apparens, ſuo corpore manibus proprijs pauit.

Locrius. 2. Anno 1571. Cathedrale B.V.M. templũ Atrebatenſe amplo & plumbeo tecto cũ minore campanili, mira Molarum harmonia, furentibus ex operariorum incuria flammis penitus ſpoliatur.

Septembris 12.

1. ANno 1617. publicata eſt & ad valuas Baſilicæ principis Apoſtolorum affixa, & in acie campi Floræ, bulla Pauli 5. de immaculata conceptione. Vide ſupra 31. Auguſti.

2. Anno 1484. Innocentius 8. Romæ coronatur Pontifex. De eius aduerſus Deiparam ſtudio vide 25. Iulij.

3. Anderlaci in Belgio depoſitio S. Guidonis.

Molanus. Hic paupere domo natus, Eccleſiæ B. M. V. in Laken multis annis ſeruiuit velut alter Nepotianus, eam ramis & floribus exornans, omnia nitida ſeruans atque in omnes cæremonias piè ſolicitus. Multis claruit miraculis.

Digitized by Google

Septembris 13.

1. BRoili depoſitio S. Amati Epiſcopi Senonenſis. De huius corporis tranſlatione Deo reuelante facta in templum Deiparæ ſacrum. Vide Molanum hîc.

2. Anno 1382. vitam finit Ludouicus Rex Hungariæ. Fuit is Diuæ Deiparæ deuotiſſimus, duas illi ædiculas Regio ſumptu extruxit, ac ingenti donatiuo excoluit, in Aquiſgrano alteram, alteram in Cellis. *Bonfinius.*

3. Anno 1598. diem claudit extremum Philippus 2. Hiſpaniarum Rex.

Hic annuum cenſum aſſignauit tēplo Dei genitricis dicto Valuaneres ad ſubminiſtrandum oleum 7. lampadibus quas voluit perpetuo ardere nocteque dieque coram eiuſdem miraculoſa imagine. Idem cum anno 1592. in itinere Aragonenſi in morbum incidiſſet in monaſterio Stellæ quod eſt ordinis S. Hieronimi, tertio quoque die ad ſe adferri volebat aquam de fonte. Qui ad pedem quercus in qua ſupra nominata imago reperta eſt, fluit, de qua non modo bibebat at farina inſuper panis quo veſcebatur, eius iuſſu cum illa ſubacta erat. Quid tum obtulerit Deiparæ Philippus filius, vide 31. Martij. *Anto. Lopez.* *Vide 1. Iulij.*

Idem Philippus 2. ad propagandum IESV & MARIÆ nomen religioſos viros maxime de Societate IESV miſit in floridam Mexicanam, Peruanam, aliaſque noui orbis in Occidente prouincias. *Tomo 1. Hiſpania illuſtrata.*

Huius auſpicijs arcem Africæ munitiſſimam quam

quam vulgo Del peuol di Velez appellant. Garcias Toletanus maris præfectus intra paucos dies Turcis capitalibus Dei genitricis hoſtibus eripuit. Res Melitenſes eorumdem Turcarum armis vehementer afflictas, ſubſidio miſſo recreauit, & actis in fugam hoſtibus ab interitu vindicauit. Per Ioannem Auſtriacum fratrem memoranda ad omnem poſteritatẽ victoria Turcã qui in ſinu Corinthiaco numeroſiſſimã claſsẽ habebat, oppreſſit, & vniuerſa ferè claſſe partim capta, partim depreſſa, cæſiſque multis hoſtiũ millibus, Turcas totius maris imperio exuit. Mauros (& ipſos Deiparæ hoſtes) in Boetica tumultuantes fortiter domuit. Idem effecit vt Paulus 4. anno 1559. Collegiatam Eccleſiam D. Mariæ Antuerpiæ in Cathedralem erigeret.

Ceruera Turrianus de obitu Phil. 2.

Idem ægrotus in vltima ſua infirmitate ſemper in conſpectu imagines crucifixi & SS. Deiparæ habuit, coram quibus orationes ignitas fundebat, & frequenter cum lachrymis. Eodem tempore maximam vim pecuniæ impendi curauit in eleemoſynas, aliaque pietatis opera. Aſſignauit tunc ducatorum viginti millia in tabulam altaris Deiparæ apud Guadalupam, & eius templo annuos reditus mille ducatorum ſtabiliuit. Decem millia ducatorum ad Deiparam montis Serrati deſtinauit. Patrocinium etiam capellæ Deiparæ de Atocha extra muros Madriti, ſibi vindicauit, eleemoſyniſque fratres eiuſdem ædis ordinis S. Dominici ea de cauſa remuneratus eſt. Omitto (quia ad Deiparam non ſpectant) viginti ducatorum millia quæ Archiepiſcopo Toletano tradidit ad varias neceſſitates ab eo diſtribuendas. Quatriduo antequã obiret ſignificauit vni è ſuis came-

Digitized by Google

camerarijs locum vbi aliquot cereos Deiparæ Montiſſerrati reperiret, ex ijſque vnum apparari iuſsit in ſua præſentia. Hunc, inquit, Deiparæ cereum mihi ſuo tempore dabis, & hunc crucifixum. (erat autem hic crucifixus ille idem quem Pater eius Carolus Quintus moriens manu deuotè tenuerat) moriens itaque altera manu tenuit vnum è prædictis Deiparæ cereis, & altera crucifixum quem modo oſculabatur, modo fronti imponebat ingenti cum ædificatione & ſenſu animi circumſtantium.

4. Natalis dies ſancti Maurilij Andegauenſis Epiſcopi qui igne purgato loco, in quo in edita rupe pagani ſolemnia ſua ſacra celebrabant, in eodem Baſilicam ad honorem Dei Genitricis extruxit. *Fortunatus in vita.*

5. Anno 1240. Tornaci erecta eſt ſodalitas adoleſcentum ſub Beatę Virginis Mariæ protectione.

Hi ſingulis annis pro feſto exaltationis S. Crucis ſolemni ritu ac digna quæ viſatur pompa ac ceremonijs, offerunt D. Virgini in templo Cathedrali ad eiuſdem Virginis altare, dona ſua. Nulla toto anno fit ſupplicatio tanto apparatu tantaque exteriore pompa, ac iſta. Vide eam ſingillatim deſcribentem Dominum Ioannem Couſin Canonic. Tornacenſ. l. 3. Hiſt. Tornacenſis c. 35.

Digitized by Google

Septembris 14.

1. HOdie Maria Ægyptiaca repulſa ter & quater diuinitus ab adoratione Sanctæ Crucis, tandem cum ſe ad Beatam Virginem verè pœnitens vitæ anteactæ conuertiſſet, admittitur in templum ad eam adorandam. Cumque magno animi ardore eandem Virginem deprecaretur vt ſibi oſtenderet viam ſalutis, audiuit vocem ſibi dicentem: ſi Iordanem tranſieris, illic bonam inuenies requiem. Itaque eodem die, Deipara duce, ad Iordanē ſe contulit, quo tranſfretato peruenit in heremum, ibique 47. annos in ſumma vitæ aſperitate, Dei & Virginis, quam impenſe ſemper dilexit, præſidio ſanctiſſimè exegit. Ex paulo Diacono.

Cap. 30. prati & Baron. ann. 513. Huc non incongruè referri poteſt quod narrat Sophronius de Coſmiana Germani Patritij vxore hęretica Seueriani erroris.

Hæc cum nocte quadam ſanctæ Dominicæ ſola adorare vellet ſacrum Domini noſtri ſepulchrum & cum appropinquaret ianuæ ſacrarij, apparuit illi viſibiliter S. Dei genitrix cum alijs mulieribus dicens : Quomodo cum noſtra non ſis, huc audes ingredi ? Et prohibebat eam. Neque enim, inquiebat ad ſocias, noſtra eſt. Erat enim de hæreſi Seueri Acephali. Illa vero multū rogabat vt mereretur ingredi. Ad quam Deipara : Crede mihi, mulier, huc non ingredieris niſi nobiſcum ſenſeris in fide. Ea autem agnita cauſa cur ei prohiberet Deipara ingreſſum, Eccleſiæ Dei reconciliata eſt ac ſumpta Euchariſtia ſine impedimento ſanctum ac venerabile Chri-

ſti Do-

ſti Domini ſepulchrum ingreſſa eſt.

2. Circiter annum 1092. inſtituta eſt Tornaci ſupplicatio quæ hodie fit in honorẽ Deiparæ, cuius patrocinijs plurimi ab igne ſacro curati ſunt. Vnde maxima vis hominum Tornacum ad D. Virginis in ſua Cathedrali Eccleſia opem implorandam cõcurrebat, maximè die ſupplicationis ſupradictæ, ac potiſſimum Gandauenſes, non ſine donis. Ipſemet Flandriæ comes pretioſam veſtem Dei genitricis iconi ornandæ offerebat, & Gandenſis ciuitas eximium ac diues integumentum ad tegendam arcam ſacram reliquiarum eiuſdem. Vide D. Io. Couſin Canonic. Tornacenſem in ſua Tornacenſi Hiſtoria. l. 2. c. 29. *Apud Surium 9. Apr.*

3. Anno 775. infælix obitus Imperatoris Conſtantini Copronimi infeſtiſſimi hoſtis SS. V. M. qui eam vt cæteras mulieres peperiſſe blaſphemabat. Si quiſquam corruens aut dolens, eam vt fit inuocabat, dicens Dei genitrix iuua: vt inimicus Imperatoris damnabatur. Eius venerandum nomen omnino ab Eccleſia expellere (at fruſtra) conatus eſt. Eam marſupio auro vacuo comparabat quod nihili ſit, licet æſtimetur auro intus exiſtente, ita & illa (inquiebat) dum Chriſtum gerebat veneranda erat. Porro diuinitus plaga in cruribus percuſſus quæ ἄνθραξ dicitur, & ardentiſſima febre correptus interit, dicens ſe viuum inextinguibili igni traditum propter Mariam, iubens eam exinde honorari vt Deiparã. At extorta fuit illa diuinitus confeſſio, vt & illa Antiochi qua pronuntiabat: Iuſtum eſſe hominem ſubditum eſſe Deo. Vide hic Baronium. *Theophanes.* *Mach. 9. L. 5. Marialis c. 17.*

Tam infelix ait Caniſius fuit nefarij Cæſaris

 exitus

exitus qui & viuens paratos ſibi gehennæ cruciatus aſpexit,& cuius mortui cadauer (ô iuſtum Dei Marianam iniuriam vindicantis ſupplicium) imperante Michaele Theophili filio exhumatū & crematum fuit,ſicut veteres tradunt Annales.

Michael Vaſquez præfatione in Toletum ſupra Lucam. 4. Vitam hanc cū meliore commutat anno 1596. Cardinalis Toletus è Societate IESV,Deiparæ ſtudioſiſsimus. Ieiunio 40. dierum præueniebat feſtum Aſſumptionis eius. Bona omnia, vna dumtaxat excepta Bibliotheca, Baſilicæ S.Mariæ Maioris legauit, in qua & humari voluit, viſiturq; ibi eius magnificum ſanè ſepulchrū à capitulo exſtructum. In S. Lucam vt amores ſuos omnes pridem contulerat, ſic & vires, conatus & operam, credo quia in eo frequens de B. V. M. mentio quam vnice colebat. Ægrotus modo Deum, modo Dei matrem in auxilium vocabat, cum quibus vſque ad extremum ſpiritum ſuauiſsimè colloquebatur.

Baron. ann. 69. Spinelli. Idem templum S. Mariæ à Palmis via Appia (quæ etiam dicitur S.Mariæ à Plantis, quod ibi Chriſtus D. Petro apparuerit Neronis rabiē fugienti, & in lapide pedum ſuorum veſtigia reliquerit) quod præ vetuſtate ruinam minari videbatur,pro ſua in V. M. pietate reficere cæperat, at id perficere & ſplendori reſtituere per mortem non licuit.

5. Natale S. Materni qui fuit S. Petri diſcipulus.

Bezius. Hic apud Tungros in Belgio Eccleſiā de nomine Virginis condidit, quam primam omnium omnino Eccleſiarum infra Alpes dicunt fuiſſe.

7. Natale S. Ioannis Chryſoſtomi tam apud Latinos quam Græcos. De eo vide Ianuarij 27.

6. Anno

6. Anno 1418. miraculo perraro conſecratur diuinitus ſacellum Deiparæ in eremo Heluetica quod innumeris miraculis coruſcat. Res ita habet. Vocatus fuerat ab Abbate loci ordinis Diui Benedicti Chunradus Epiſcopus Conſtantienſis ad conſecrationem Sacelli peragendam. Ille cum ſolito more noctu oraret in ſacello, audiuit Angelicam Symphoniam, viditq; Angelos cantũ eundẽ, & ordinem & cæremonias in eodem ſacello ſeruare & vſurpare quæ ab Epiſcopis in cõſecratione Eccleſiarum vſurpantur. Audiere idẽ & cognouere permulti cum illo monachi: porro cæremonias iſtas in gratiam ſtudioſi lectoris ex ipſo Chunrado Epiſcopo hic ſubijciam.

Deſcendit inquit Dominus de cęlis caſula violacea ante altare ad ſacrũ officiũ celebrandũ, cui 4. Euangeliſtæ infulam capiti eius imponebant & more ſolito deponebant, Angeli aurea thuribula deferebãt, alis ſuis vt ramis arborũ ſtabãt. Iuxta Dominũ, S. Gregorius flabellum manu tenens. S. Petrus baculum paſtoralem. Sãcti vero Ambroſius & Auguſtinus ſtabant ante Dominum, Sanctiſsima Maria Virgo ante altare ſtabat ſplẽdida inſtar fulguris, Sanctus Michael præcentor erat, Sanctus Stephanus legit Epiſtolam, Sanctus Laurentius Euangelium. Sanctus cantabatur ſic, Sanctus Deus in aula glorioſę Virginis miſerere nobis. Benedictus Mariæ filius in æternũ regnaturus, qui venit &c. Agnus Dei ſic. Agnus Dei miſerere viuorũ in te credentium, miſerere nobis. Agnus Dei miſerere mortuorum in te piè quieſcentium miſerere nobis. Agnus Dei da pacem viuis & defunctis in te piè regnantibus. Ad Dominus vobiſcum reſpondebãt Angeli, qui

Lib. de ſecretis ſecretorum.

ſedet ſuper cherubim & intuetur abiſſos, Hæc Chunradus de ijs quæ ea nocte contigêre.

Verum cæpta luce paratis omnibus ad conſecrationem & cunctis Epiſcopis expectantibus, ipſe ſolus cunctabatur & ſimilis attonito in ſacello perſiſtebat. Circa meridiem vrgent Antiſtites tandem inchoet conſecrationem nec tam numeroſum populum, qui confluxit, re infecta dimittat. Ad hæc narrat ipſe viſionem. At illi tanquam ſomnium eam interpretantur impelluntque vt ea non obſtante conſecrationem aggrediatur. Tandem cæleſtis delapſa vox iſta eſt quæ omnes mirè percuſſit: Ceſſa, ceſſa Frater, diuinitus capella conſecrata eſt. Eam tertiò repetitam omnes audierunt. Inde fides data Chunrado. Qui ſacello egreſſus, Baſilicam ei circumiectam conſecrauit in nomen & titulum Sancti Mauritij & Sociorum.

Huius miraculoſæ conſecrationis meminerit Hermannus Contractus, Polonus, Leo octauus in quadam bulla. Eugenius autem conceſſit Burchardo Abbati eiuſdem Eremi Deiparæ eiuſque ſucceſſoribus facultatem audiendi confeſſiones eorum qui eo ad Leonis octaui conſequendum indulgentias ſeſe conferrent, idque ad proximum decennium ſeu per ſe ſeu per alios idoneos Sacerdotes tam ſeculares quam regulares.

7. Anno 1510. ſuperis iungitur Catharina Ianuenſis ſeu Adorna.

In vita. Hanc docuit Chriſtus quid ei eſſet cogitandũ recitando ſalutationem Angelicam. Tum (inquit ad eam) nomen IESV in corde tuo fixum ſit. Eo tutus eris in omnibus aduerſis. Eadem, tum amore vitæ religioſæ tum Dei matris, annos 13. nata

optarat

optarat fieri ſanctimonialis, Ianuæ in cœnobio dicto B.M.V. gratiarum. At inuita data eſt marito.

Septembris 15.

1. OCtaua natiuitatis Deiparæ. Eam inſtituit Innocentius 4. hac occaſione cum Cæleſtino 4. Pontifice vita functo, Cardinales ob multiplices Federici 2. Imperatoris inſidias ab eligendo Pontifice viginti & vno menſibus abſtinuiſſent, vouerunt ſe Deiparæ natiuitatis octauam inſtituturos, ſi eius precibus tantum impedimentum ſubmotum eſſet, & quietè eis liceret ſummum paſtorem Eccleſiæ dare, Quorum precibus exauditus à Virgine, ipſi in Vicarium Christi, Innocentium 4. elegerunt, qui primo ſui Pontificatus anno eandem octauam inſtituit. *Platina in eius vita.*

2. Natale S. Archadri Abbatis. *Lignum vitæ l.5.c. 22. Surius.*

Hic Author fuit patri ſuo viro potenti ac prænobili vt templum ac monaſterium in honorem B.M.V. à fundamentis ædificaret, magniſque prouentibus locupletaret.

Septembris 16.

1. ANno 1464. Romæ coronatur Pontifex Paulus 2. *Hiſtor. Lauret. Turſellini l. 2. c. 1.*

2. Hic Cardinalis exiſtens, Deiparæ Lauretanæ ope à peſte liberatur. Res ita habet. In ſanctum illud Lauretanum ſacellum ſe deferri iubet, vbi dum ardenter pro ſalute ſua precaretur fama eſt ab eo in quiete Deiparam viſam, vitæq; incolumitatem promiſiſſe, quin & ipſum ſum-

mum Pontificem propediem futurum. Quod vtrumque probauit euentus. Itaq; Pontifex factus haud immemor beneficiorum, Lauretanum templum veteri diſturbato moliri inſtituit, ac pene ad faſtigium perducit. Varias ei loco indulgentias impertit. Lauretanam ędem eiuſque miniſtros, cæteraſque res ad eam pertinentes, ab Epiſcopi Recinetenſis iuriſdictione eximit, atq; in ſuam ſediſque Apoſtolicæ tutelam recipit. Sacerdotibus Lauretanis facultatem dat abſoluendi peregrinos à caſibus reſeruatis.

2. Anno 1380. Obit Carolus 5. Galliæ Rex. Hic B. V. M. Carnotenſi conceſſit eiuſdem Virginis gratiâ, vt cauſæ omnes capituli eiuſdem Eccleſiæ ſeu particulares eſſent ſuppoſitorum capituli, ſeu generales, primò ſtatim tractarentur in ipſo ſenatu Pariſienſi.

Idem fundauit in eodem templo quotidianũ ſacrum quod celebratur ad primam ad altare crucifixi.

Idem 3. ſolemnes miſſas pro defunctis ibidem fundauit in ſingulos annos, quæ etiamnum hodie celebrantur tanta cum commendatione piæ eius memoriæ & ſtudij erga Virginé, vt licet eiuſmodi miſſæ etiam ab alijs regibus ſtabilitæ ſint annuo cenſu, tamen per Antonomaſiam hæ vocantur miſſæ Regis quaſi alius non eſſet qui ſimile pietatis opus fundaſſet.

Idem pheretrum quo continetur ſacratiſſimũ Deiparæ induſium Carnuti in Gallia egregiè ornauit. Donum eius eſt qui pheretro ſuperem inet ouatus Achates in quo diuinũ numen dextera fulmen leua lanceæ quoddam genus tenens celatum eſt, iuxta pedem extat auis. Eſtque hic

Acha-

Achates circumquaque auro craſsiſque baccis diſtinctus. Sculptaque ſunt in auro quædam verba, IESVS, MARIA, Adam, Eua, ſub Achate hæc ſeſe offert inſcriptio. Donum Caroli Galliarum Regis, Regis Ioannis filij anno 1367. ſui regni 4. Inferius Franciæ viſuntur inſignia aurea, ſine numero lilia, in campo cæruleo.

Septembris 17.

1. ANno 1439. in Concilio Baſileenſi œcumenici, ſtatuitur doctrina de immaculata Deiparæ conceptione, inhibeturque à patribus contrariũ prædicare aut dicere. Renouant ijdem inſtitutionem de celebranda eius cõceptione quę tã per Romanam quã per alias Eccleſias 6. Idus Decembris antiquã & laudabili cõſuetudine celebratur, ſtatuuntque predictam ſolemnitatem præfata die in omnibus Eccleſijs, monaſterijs & conuentibus Chriſtianæ religionis ſub nomine conceptionis, feſtiuis laudibus celebrandam eſſe, additis indulgentijs, in eorũ gratiã qui eo die aut miſſæ ſacrificio, aut diuinis officijs intererunt. *Vide Cõciliũ Baſileenſe ſeſſ. 36. Tomo 4. Cõciliorum.*

2. Anno 1569. Pius 5. Pontifex optimus, diploma concedit, quo modũ orandi per Deiparæ roſarium, omneſque indulgentias iuxta eundẽ modum orantibus, & confraternitatibus ſub dicto roſario conſtitutis cõceſſas authoritate Apoſtolica perpetuò, non tantum firmat, at plurimas nouas largitur.

3. Anno 1612. Obit Stephanus Iuſtitius ordinis Minimorum oblatus, vt vocant. *Hiſt. ordinis.*

Hic cum poſt diutinum oculorum dolorem omnino

omnino eorum vſum perdidiſſet, aduertit ſe varijs impatientis animi motibus agitari. Quibus vt obuiam iret Deiparam in ſingularem aduocatam elegit, varijs ei deuotionis obſequijs exhibitis. Cū excederet abſtinentiâ à victu etiam naturæ neceſſario, ei ſemel ad menſam accumbenti apparuit Deipara: Cur inquit ad eum, ſingularis es in hac mortificatione & abſtinentia cibi, cumque reſponderet ſe id facere ad ſubijciendam ſpiritui carnem, & vt peccata ſua expiaret, denique ad Deo placendum. Tum Deipara: Deſine in poſterum ſingularis eſſe. Satius eſt te conformem cæteris vitam ducere. Alias è templo egredienti occurrit Deipara, eiuſque genis oſculum impreſſit. Prophetiæ dono, alijſque claruit. Scientiam habuit infuſam. Miraculis clarus.

Marcus Vlyſſip. in Hiſt. Seraphica p.3.l.6.c. 3.

4. Huic non abſimile quod contigit Beato Clementi Caponio Dominicano.

Hic licet nobiliſsimus, tamen Marthę & fratris laici ſorte contentus vixit. Delectabatur omnibus vilioribus miniſterijs, vnde Chriſtus Dominus humilitatis magiſter, & Angeli illius virtutis amātes frequenter ei apparuere. Aliquando in hiſce exercitijs plus ſolitò occupatus cum ante horam prandij penſum orationis abſoluere nequiuiſſet: ipſe cæteris prandentibus coram imagine Beatiſſimæ Virginis orationibus abſoluendis incumbebat. Ibi verò ab eadem imagine vocē delapſam audit, qua monetur vt in refectorium iret, cæteris fratribus ſe conformaret; pergratam ſibi fore illius bonam voluntatem: quando in officijs charitatis, præſertim iuſſu maiorum occupatus, penſum deuotionum complere non potuiſſet; ſatis ei eſſe temporis à prandio ad illud complendum.

5. Nata-

5. Natale S. Lamberti Epiſcopi & Martyris. Huius perſuaſione Clodoueus Francorũ Rex, Eccleſiæ Deiparæ Traiecti, in qua S. Lambertus erat Epiſcopus, priuilegia varia conceſſit, nã eius prudentia & colloquijs, rex familiariter vtebatur.

6. Circa annum à Chriſto 46. S. Pontentianus dedicat Deiparæ Carnuti in Gallia ſpelũcam quandam Druydum, in qua iam tum viſebatur altare & imago dicata Virgini pariturae. Atq; hoc ipſo die celebrat Eccleſia Carnutenſis dedicationem ſui templi, cuius duæ ſunt partes, ſcilicet ſuperior & inferior, atque hæc inferior pars eſt ſpelunca illa, in quam qui ingreditur neſcio quo ſancto horrore ac inſolita deuotione corripitur. Conſtat 13. ſacellis, quorum princeps eſt B. V. M. vocaturque altare Dominæ noſtræ ſubterraneæ. *Hiſtoria Parthenica. Carnot. c. 4.*

7. Feſtum Beati Thomæ Villanouæ in ordine Eremitarum D. Auguſtini. *In vita.*

Hunc in Beatorum numerum redegit anno 1618. Paulus 5. facta poteſtate eum celebrandi Syneremitis Auguſtinianis hoc die idque dumtaxat per regna Caſtellæ, Aragoniæ, Valentiæ & Cataloniæ. Gregorius vero 15. id permiſit omnibus eiuſdem ordinis vbi vbi verſentur, etiam in Indijs. De eo vide 8. Septẽb. quo die vitâ exijt. Funeratus eſt Valentiæ in monaſterio S. Auguſtini quod appellant Virginis opitulatricis. Eius funus octo millia & quingenti pauperes patris ſui mortem lugentes proſecuti ſunt; erat enim pauperum amantiſſimus, vnde & Eleemoſynarij cognomen accepit.

8. Anno

Ex vita eius Romæ Italicè impreſſa. Cap. 2.

8. Anno 1621. ad ſuperos euolat Illuſtriſsimus Cardinalis Bellarminus tituli S. Mariæ in via e Societate IESV.

Huius (inquit author vitæ) nota quotidiana quæ obibat exercitia pietatis, cum ſacrificio intereſſet, cum horarias preces Beatiſsimæ Virginis venerabundus legeret, eiuſdemque imploraret nomen per illuſtres titulos quos Litanias vocant. Cum domi ſecretus oraret, demitteretque per filum adductos precarios globulos, qui numerant Virgini aut ſingulos vitæ annos, aut deni virtutum roſas. Et cap. 3. ſuaſor erat ſocijs, vana vt ſua mutarent gaudia, itarent ad templum aliquod, ad iconem Virginis Deiparæ, frequentatione populi venerabilem, & in hanc ſententiā ſæpiſsimè impulit ſocios. Nihil illi tam gratum quam inuitari ad cætus ſodalium qui deuouent ſe Virgini Deigentirici.

Sed quo affectu eſſet erga SS. Deiparam ſuccedentibus annis patuit, quando tum voce in pulpitis, tum calamo in ſcribendo, fortiſsimum ſe præbuit immaculatæ eius conceptionis propugnatorem. Morti proximus ſalutationem Angelicam clarè recitauit ſæpius, aliaſque orationes & Pſalmos Dauidicos vſurpauit, ſubinde ijs interponens ſuauiſsima IESV & MARIÆ nomina, & per interualla etiam illud: Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis noſtræ. Amen.

Martyrol. Rom.

9. Commemoratio impreſsionis ſacrorum ſtigmatū, quibus S. Franciſcus in eius manibus, pedibus & latere mira Dei gratia in monte Aluerniæ in Etruria impreſſus eſt.

De eo vide 4. Octobris.

Sept.

Septembris 18.

1. **C**Reatur Pontifex Romanus Bonifacius 4.

Hic eſt qui Pantheon nobiliſsimum Deorum delubrum, Deo in honorem B.V.M. conſecrauit. Vide 1. Nouemb.

2. Natale S. Methodij Tyri Epiſcopi & martyris antiqui, ſub Valeriano & Decio. Magnus hic fuit Deiparæ encomiaſtes. Patet ex eius oratione ob hypapantem Domini, ex qua nonnulla mutuatus Caniſius, Euge euge (inquit inter alia) mater Dei & ancilla. Euge quæ debitorem illum habes qui omnibus mutuatur, Deo namq; vniuerſi debemus, tibi vero etiam ille debet &c. Tũ pulchrè iſthæc ſubdit: Salue dilectionis Dei theſaure. Salue humanitatis filij fons, Salue ſpiritus ſancti vmbraculum, &c.

L. 1. Marialis c. 2. l. 3. & 5. c. 35.

Septembris 19.

1. **A**Nno 1542. quidam Deiparæ meritis & inuocatione à ſuſpendio liberatur.

Miles hic fuit Hiſpanus qui Perpigniano à Gallis obſeſſo egreſſus iuſſu gubernatoris, oſtẽdit Præfectum generalem exercitus, qui quod hoſte tam vicino egreſſus eſſet ciuitate, ad cęteris incutiendum metum ſuſpendio eum adiudicauit, neque tantum ei temporis indulſit dum peccata expiaret, licet id maximè vrgeret miles, qui vt id ei permitteretur à Deipara cũ ab hominibus repulſam pateretur, ſummo animi affectu cõtendebat.

Inte-

Interim è ſcala deijcitur ac ſtrangulatur (vna cum ſocio eiuſdem facti conſorte, qui ſuſpenſu interijt) neque tamen ſic ab implorandæ Deipa rę ope deſiſtit. Nec fruſtra fuſæ ab eo preces, na licet ſtrangulatus, diſtinctè tamen loquebatur Deique genitricem appellabat. Quod dum fa ceret, ecce tibi opportunè ab ea, vt videtur, miſſ pueri duo, quos miles rogat vt ad ducem ſuun accedant, eiq; renuntient ſe adhuc in viuis eſſe Dumque mandata exequuntur, occurrit ijs reli gioſus ſacerdos qui tantum miraculum audien narrantibus pueris, ſtatim eò ſe confert, funequ diſſoluto è quo pendebat eum à furca libera remanente interim ſocio ſuſpenſo ac mortuo. In de abducitur miles ita miraculosè ereptus è mor tis faucibus Perpignanum, vbi & miraculum pa lam fit, non ſine ingenti omnium ſtupore, & gra tiarum actione pro tanto beneficio.

Alan. de rupe l. 6. de roſario. Huic non omnino abſimile contigit ann 1459. In territorio Beluacenſi iuuencula erat cu familiare erat recitare roſarium, ibat cum ſoc ad viſitandum peregrè amicos. In eas duo lu famelici inſiliunt. Altera quidem (miſerum) ipſ pauit. Hæc autem Deiparam obteſtari, obſecr re quò tandem confeſſioni & communioni d tur locus. Cernere iam erat auulſa vbera, ve trem lacerum, ilia deuorata. Nec mora, ab accu rētibus, vltimus eius ſpiritus, fugatis lupis defe ditur. Triduo ſuperuixit, confeſſa eſt, SS. E chariſtia refecta, Deipara etiam apparente q animam exciperet, cœlo inferret.

Meyerus. 2. Anno 1383. Ciuitate Bruburcana à Ga capta miles quidam in templo B. V. M. imag pretioſum margaritum conatur detrahere. ima

imago vertens, tergum illi oſtendit, cadit miles retrorſum ac ſibi collum frangit. Addit Froſſardus, cum idem ibidem tentaret alius miles, campanas ſponte omnes ſonuiſſe, eaque ob miracula regem proceresque omnes attonitos, templum illud Deiparæ religioſè inuiſiſſe, & illi trecentos amplius Francos donaſſe. *Froſſardus.*

Septembris 20.

1. ANno 1156. conſecratur in Pontificem Alexander 3.

Hic ordinem Eremitarum montis Virginis confirmauit. Eius author extitit S. Gulielmus Vercellenſis vir nobilis, qui poſt ſuas ad D. Iacobi & ſanctum Domini ſepulchrum peregrinationes, in Italiam reuerſus, Virgilianum montem propter Neapolim, in quo ordinis ſui prima ſemina iaceret, petens, oratorium ſeu vt alij, monaſterium Beatæ Dei genitrici, (vnde mons Virginis deinde dictus eſt) exſtruxit. *VVion l. 12. Ligni vitæ.*

2. Anno 1517. Deipara quendam à præſenti vitæ diſcrimine eripit.

Erat hic faber murarius qui cum in ſummo tecto domus antiquæ & ruinoſæ verſaretur, tegulaſque auferret, accidit vt ea vniuerſa concideret, cuius ruina cum ſe varijs locis grauiter læſum ſentiret, vſque ad coſtarum 4. fractionem, Deiparam Montiſſerrati inuocat. Auditæ eius preces. Nam non modo à tam euidenti mortis periculo (cum caſus eſſet ex altiore loco, & ruina murorum ac lapidum oppreſſus iacuiſſet) eum liberauit, at etiam intra paucos dies ab omni vulnere, quod quidem in omni corpore frequens erat, illum

illum ſanauit perfectæque incolumitati reſtituit.

Io. Sauaron l. originũ opp. Clarom.

3. Natale S. Auiti Claromontani Epiſcopi in Auernia.

Hic ibidem templum Cathedrale, cui noſtræ Dominæ à Portu nomẽ eſt, à fundamẽtis erexit, eique coronidem impoſuit. Obijt anno 594. Decimus octauus eius loci Epiſcopus, in numer. SS. relatus cum alijs 29. eiuſdem Diœceſis antiſtitibus. Anno circiter 853. à Nortmannis templum illud ignibus aſſumptum quod anno 966. S. Sigonius eiuſdem ſedis 40. Pontifex nouis operibus ſplendori priſtino conciliauit.

Septembris 21.

1. NAtale S. Matthæi Apoſtoli.

Quemadmodum hic multa quæ in Euangelicam contulit Hiſt. à Deipara didicit, vide 25. Aprilis.

2. Anno 1588. puer 18. menſes natus ad vitam reuocatur.

Hic ſacco frumenti oppreſſus, ſub eo media hora iacuerat & dum quæreretur, inuentus eſt ibi mortuus. Quo triſti ſpectaculo commota mater, relictis domeſticis qui omnes ad triſte illud nuntium conuenerant, in ſuum ſe recepit conclaue, vbi coram icone Deiparæ Montiſſerrati, quam colebat vnicè, eam enixè rogat pro vita filij. Rem planè admirandam. Vix preces finierat cum puer ad vitam redit, atque intra horæ quadrantem priſtino ſtatui reſtituitur.

3. Hac vita functus eſt anno 1558. Carolus 5. Imperator. Is (verba ſunt Iuſti Lipſij) ſæpe ad ſacram

ſacram ædem Hallenſem pietatis cauſa ventitare ſolitus donis etiam auxit. Statuam argenteam viri armati genibus nixi, manibus in cælum ſublatis, ſupplice habitu, dedit, dicauitque. Idem Cyphum grandem inauratum operis antiqui. Idem militari forma chlamydem villoſo ſerico auro intertextam, inſignibus imperij & gentis Auſtriæ decoratam. Quid in eâ niſi ſuam Diuæ militiam, & victorias aut conſecrans, aut referens acceptas.

Septembris 22.

2. ANno 1619. pueri duo hernia liberati à Deipara Foyenſi.

Hos 4. circiter annos malum iſtud afflixerat, qui vix completa vna ſalutatione Angelica in ſacello Foyenſi ſtatim curati ſunt.

3. Tranſlatio corporis S. Bernardini Senenſis. Quàm hic Deiparæ deuotus, vide 20. Maij. *Bullarii tom.* 1.

4. Beatæ Virgini à Matre Anna iuxta reuelationem ab Angelo factam imponitur nomen Mariæ. Quemadmodum enim maribus poſt 7. dies immunditiæ, die octauo quo circumcidebantur, nomen imponebatur. Sic póſt duas hebdomadas quibus immunda manebat mater iuxta ritum fluxus menſtrui (vt dicitur Leuitici 12.) ipſis fæminis: Pater à Caſtro in Hiſt. Virginali c. 2.

Septembris 23.

1. APud Venerabilem Bedam in Martyrologio, 2. Aſſumptio B. M. V. Priorem

Digitized by Google

enim poſuit 15. Auguſti. Hanc autem (ait Pater Suarez) intelligit aſſumptionem in anima, illam autem in corpore & anima. Alij pauci idem tenent cum Beda. At eos confutat idem Suarez.

Tomo 2. in 3. parte quæſt. 37. art. 4. diſpu. 21. ſectione 2.

2. Natale S. Teclæ V. & M.

Hæc frequenter SS. Deiparam honoris cauſá eſt comitata quando ſe viſendam præbuit. Vide Nouembris 29.

Septembris 24.

1. ANno 1578. quidam interceſſione Deiparæ ſeruatur à præſentiſſimo mortis diſcrimine.

Hunc natione Hiſpanum ſclopetis petiere hoſtes ſui, quorum glandes paulo ſupra cingulum verſus vbera impingentes nihil illi nocuerunt, nã Dei voluntate & matris eius ope, quam inuocarat offenderunt ſacculum quem ſinu tenebat argenteis nummis plenum, qui ei vice ſcuti fuerũt, nec in vllo à glandibus illis offenſus eſt.

Idem alias anno 1572. 16. Maij eiuſdem Virginis interuentu è manibus 7. hoſtium miraculoſè euaſerat, qui licet ſinguli in eum exoneraſſent ſclopos ſuos, neque illum, neque veſtes, quamquam ei admodum vicini, tangere potuerunt, Deipara videlicet eum protegente.

2. Anno 787. prima habita eſt in Nicena ciuitate, ſeſſio Concilij 7. œcumenici pro reſtitutione & confirmatione cultus ſanctarum imaginum ac imprimis Christi Domini ac Deiparæ.

Sept.

Septembris 25.

1. ANno 1566. ſeruatur quidam viuus, ruina domus oppreſſus.

Cum extenderet hic pannum ſuper murum, aduertit murum vna cum tecto domus, atque adeo totam domum ruinæ proximam. Itaque ſe enixè Deiparæ Montiſſerrati commendat: non ita famulus eius qui ei in panno illo explicando opitulabatur. Ergo domus illa ruit ſuper vtrumque. At magno diſcrimine, nam famulus ruina illa oppreſſus interijt: herus vero qui ad Deiparam confugerat, famulo proximus euaſit, licet multò maxima pars ruinę eum oppreſſiſſet.

2. Anno 1617. vitâ exit P. Franciſcus Suarez Societatis IESV.

Quam hic Deiparæ laudes celebrarit patet ex eius commentarijs in 3. partem D. Thomæ. Ac immaculatam quidem eius conceptionem ita clarè doctéque explicat, vt nihil addi poſſe videatur. Eius perfectionem ac merita ſupra cæteros ſanctos & ſpiritus etiam beatos, ita excellere docet, vt ſi in vnum omnis eorum gratia & gloria cogatur, adhuc tamen à Virginis gratia & gloria longo interuallo ſuperetur. Quam quidem doctrinam Virgini placuiſſe, ipſamet reuelauit P. Martino Gutierrez eiuſdem ſocietatis qui ad id præſtandum eum induxerat.

Id inſuper ei peruſitatum erat vt, Theologiæ difficultates à quibus ſe non facilè expediebat, Deiparę facta prece commendaret, nec ſine optato euentu. Viſus enim ſæpe palam per domum coram eius imagine genua flectere, eique gratias

Digitized by Google

agere de diuinitus accepto lumine. Diebus ſabbati arctiſſimè ieiunabat. Feſtis eius diebus ſolitus erat ante ſacrum horas duas cum ea colloqui in oratione.

3. Anno 1533. vita fungitur Clemens 7. Hic in quodam diplomate ſingularem ſuam erga B.V.M. deuotionem teſtatur. Quare Virgini Lauretanæ conceſſa à ſuis preceſſoribus beneficia firmauit, nouaque adiecit. Curat inſuper vt nobile illud inchoatum à Leone 10. ſacelli Lauretani ornamentum abſoluatur. Vide Hiſtor. Turſellini c. 24. 25. 26.

Ex ſacro Archiuo Tornacẽſi D. Couſiu ſupra nominatus.

4. Anno 1340. ciuitate Tornacenſi ab Anglis & Flandris obſeſſa & prope in extrema neceſſitate conſtituta, clerus & plebs cum gemitu & deuotis precibus claues ciuitatis ad Cathedralem B.V.M. Eccleſiam detulerunt, ſeipſos & cuſtodiam ſuæ ciuitatis, tuitioni & defenſioni B.V.M. ſuppliciter commendantes. Nec irritæ preces & fiducia in eam, nam eius ope ſoluta eſt obſidio quæ iam 40. & eò amplius dies tenuerat, obſeſſoſque omni commeatu priuauerat, ita vt non niſi ad 3. quatuorue dies, eis victus ſuppeteret.

Loerius l.2.c.12.

5. Louanij anno 1444. hac die in æde D. Petri Deipara incipit clarere miraculis, quæ vſq; ad hanc diem perſeuerant. In ea eſt ſodalitas Mariana quæ Deiparæ pulcherrimum ſtatuit ſacellum.

Septembris 26.

Ciacconus in eius vita & alij.

1. ANno 1468. mortalitatem exuit Frater Ioan. de Turrecremata Cardinalis ex ordine S. Dominici.

Hic

Hic templum S. Marię ad Mineruam, teſtudine ornauit, primumque cœnobij impluuium quod clauſtrum vocant à fundamentis erexit, nec non bibliothecam ingentem vndique conquiſitis libris condidit, & quod præcipuum fuit, adductis ex congregatione Lombardiæ religioſiſſimis patribus, ad exactum vitæ rigorem Dominicanos reuocauit, Romanis virginibus in matrimonium collocandis viuens innumeras pecunias erogauit, & cenſus perpetuos ad idem attribuit. Et vt res maiore cura ageretur, confraternitatem inſtituit ſub titulo Annuntiatæ Virginis, in eodem SS. Deipara ad Mineruam templo, dotandis & elocandis in die Annuntiationis puellis, quam & legibus & ampliſſimis cenſibus locupletauit ſacellum eidem Virgini & ſodalitio ornauit, dicauit, ditauit. Illudque inſtitutum tam fecit Pontifici & Cardinalibus commendatum vt illi perpetuum deinde Romæ morem inuexerint, ſingulis annis die Annuntiationis, ſolemniſſimo cultu ad Baſilicam S. Marię dictam deſcendendi, vbi, ſacro ab vno Cardinali celebrato, ipſe Pontifex dotem puellis ſacculis incluſam diſtribuit, ducentiſque Virginibus pauperibus quæ viris ſe matrimonio volunt iungere, ſcuta 80. donat, centum vero ijs quæ Deo ſeſe deſponſare volunt. Vide 25. Martij.

2. Anno 1383. Burburgi in Flandria exit ſanguis ab icone Deiparæ percuſſa. Res ita habet. *Marchāt l. 1. Flādri.*

Vrbe à Gallis vaſtata contigit nefarium quendam Britonem, gladio iconem ſacram Deiparæ, quæ in paræciali templo colebatur, percutere, vnde largus cruor fluxit ab ictu in pectore, At nō

impunè, nam morte ſubita interijt ſacrilegus. Inde ſtupor, inde imaginis veneratio & miracula.

Homilia de ijſdem. 3. Natalis ſanctæ Iuſtinæ Virginis & martyris. Hæc vt refert S. Gregor. Nazianzenus, libidinis facibus exagitata à dæmone (quem magicis artibus Cyprianus ad oppugnandum Virginis animum, quam iuuenis quidam deperibat, miſerat) ad Deum confugit, ac ſimul Virginem matrem ſupplex obſecrat vt ſibi periclitanti opem ferret. Interim corpus ieiunio ac humi cubatione ſubigere non deſiſtens, de dæmone, Deiparæ adminiculo triumphauit, ipſumque Cyprianum magnum hac vſus occaſione ad fidem conuertit, ac nobilis martyrij ſocium habuit.

4. Anno 787. in Nicena ciuitate habita eſt 2. ſeſſio Concilij 7. œcumenici vbi anathematizati Iconoclaſtæ & ſanctarum imaginum Chriſti, Deique genitricis, ac Diuorum cultus ac veneratio ſancita.

5. Anno 1255. Alexander Papa 4. Pontificatus ſui anno 1. Diuam Claram in SS. numerum refert.

De eius Diuæ in Deiparam affectu vide 12. Auguſti.

6. Anno 1592. puer vitâ functus vitæ redditur.

Hic 18. circiter natus menſes in Caldariam aqua feruente plenam capite præuio ceciderat. Vnde à matre mortuus eductus eſt, nam illi aquę immerſus fuerat circiter quadrante vno. Igitur parentes quibus magna erat ſpes in Virgine Mōtiſſerrat niſi vtpote quam vnicè colerent, ei ſe ſupplices ſiſtunt. Nec incaſſum, nam duabus

poſt

poſt horis puerulus ad vitam redit, ſanus & incolumis omnique malo liber.

7. Anno 1590. circiter trecenti captiui captiuitate ſe liberant & inſignem de Turcis victoriam referunt.

Hi remiges erant Chriſtiani à Turcis ad tranſtra damnati, qui ope Virginis nixi contra Turcas quos vehebant inſurrexerunt, quorum partem multò maximam peremerunt, & ſeſe in libertatem vendicarunt: licet eſſent vincti, & hoſtes liberi, ipſi nudi & inermes, hoſtes armis inſtructi. Tantum poteſt eximia quædam in Deiparam fiducia. Auctum eſt miraculum huius victoriæ, miraculoſa etiam ſanatione vnius ex illis vinctis, cum enim egregiè in Turcas certaret, ictu ſaggittæ planè lethali qui latus eius & pectus peruaſit, ſauciatus eſt, quem immedicabilem pronuntiarunt chyrurgi, nihilominus prece ad Deiparam fuſa, intra paucos dies nullo aut chyrurgi aut humano adminiculo, perfectè eſt curatus.

Septembris 27.

1. ANno 1589. quidam mortis diſcrimine liberatur.

Hoc agrum colente accidit neſcio quid in aratro frangi, quod cum repararet, boues (ignoratur qua de cauſa) ſeu timore perculſi ſeu ira exardeſcentes, in eum impetu facto in terram proſtrauerunt, eumque conculcarunt, ac per vallem lapidibus ac ſaxis horridam traxerunt. Quò ſe verteret miſer agricola niſi ad cælites implorandos? Ergo Deiparam Montiſſerratenſem inuocat,

Digitized by Google

cat, à qua & exauditur. Nam momento eodem quieuere boues illi in media valle, curſumque ſuum qui per ſaxa illa ac rupes incitatiſſimus erat, cohibuerunt, ipſeque ſanum ſe & ſoſpitem inuenit, nullo tam violentæ per loca prærupta tractionis, veſtigio relicto.

Martyrolog.

2. Natale S. Marci Epiſcopi Bibli in Phœnicia, qui & Ioannes à B. Luca nominatur.

In huius æde quæ in monte Sion ſita, poſt Chriſti paſſionem commorata eſt vſque ad obitum SS. Dei genitrix. Vide 29. Iunij fuſius vbi de eius matre.

Bzonius tomo 17.

3. Anno 1590. viuere deſijt Vrbanus 7. Pōtifex ſummus.

Hic confraternitatem Deiparæ Annuntiatæ quę ſingulis annis dotem aſſignat nubilibus puellis, hæredem inſtituit ex aſſe earum rerum quas moriens relinquebat, de iſta confraternitate, vide 26. Sept. Vbi de Cardinali Turrecremata eius inſtitutore.

In vita eius per Raderū.

4. Vita fungitur P. Theodoricus Caniſius Societatis IESV, Frater nominatiſſimi illius Petri Caniſij.

Huic cum apoplexia omnem memoriam literarum adeoque nominis ſui eripuiſſet, linguæque vſum penitus abſtuliſſet, tamen duo ſalutis nomina IESVM & MARIAM expeditè ſemper pronuntiabat, & ſcripta legebat, quamuis alia legere neſciret, & ſub mortem nunquam illa non reuoluit, & quum ad vtrumque iam amplius non ſufficeret, alterutrum effatus eſt, linguaque magis hebetata cum integrè Mariam non poſſet, inchoato nomine verbum tertiabat dum tandē elinguis deficeret. Erant ei hæc duo nomina

pro

pro ſymbolo IESVS MARIA, de quo ita quidam cecinit.

Ingenium triſtis deleuit nobile caſus
Et rapuit quidquid legerat ante labor.
Nomina bina tamē morbus quæ ſalua reliquit,
Plus potuere, omnes quam docuere ſcholæ.

5. Natalis dies S. Elzearij comitis de quo Chriſtus ad quandam ſanctam mulierem (qui olim fuerat ei nutrix) dum impensè pro illo oraret. Iuueni huic pro quo oras noueris me matrē meam dediſſe magiſtram, nihil igitur de illo dubites. Eam ipſe in patronam elegerat & ante orationem ſeu meditationem ab ea petebat, vt quæ grata forent filio ſuo, ea in corde & ore poneret, ſimulque recitabat ſalutationem Angelicam. Qua dicta, nunquam ei deerat (vt ipſe confeſſario ſuo indicauit) noua rerum diuinarum materia.

6. Anno 1612. obijt in Domino Cracouiæ Petrus Scarga Societatis IESV.

Hic à ſacris concionibus erat Regi Poloniæ Stephano, & B.M.V. deuotus. Paulo ante obitū cereū ex cera candida manibus ſuis confecerat, quē ad Deiparam Ceſcouienſem ibi celeberrimā dono miſit, vt coram eius imagine arderet vſque ad conſumptionē. Mirum dictu, obſeruatum eſt eodem tempore deſijſſe lucere quo Pater Scarga extinctus eſt. Obijt cum opinione ſanctitatis. Primarij quique nobiles certabant inter ſe vt humeris ſuis corpus eius ad ſepulturam deferrent. Verbum eius quaſi fax ardens, & tanquam malleus conterens petras.

Sept.

Digitized by Google

Septembris 28.

Surius. 1. NAtalis S. Liobæ Virginis & Abbatiſſæ. Hæc horrendam tempeſtatem quæ totum populum timoris cauſa ad templum confugere coegerat, Deo inuocato per matris filij ſui merita, momento ſedat.

Martyrol. 2. Natale ſanctæ Euſtochij Virginis, filiæ Beatæ Paulæ.

Hæc ad præſepe Domini in quo Deipara filiū reclinauit enutrita cum alijs Virginibus, præclaris meritis fulgens migrauit ad Dominum.

Septembris 29.

Curatur ope Deiparæ ſurdus & mutus.

Hiſt. Montiſſerrati. 1. ANno 1526. adoleſcēs nomine Graotius natione Vaſco qui à natiuitate nunquā neque audierat neque viderat, vtrumque Deiparæ precibus conſecutus eſt. Quod ipſe in Monteſerrato exiſtens publicè profeſſus eſt, multoſque tum cæcitatis tum ſurditatis adhibuit teſtes qui cum eo ad montem Serratum peregrinationis cauſa ſeſe contulerant.

2. Anno 787. in Nicena ciuitate tertiò conuenere trecenti quinquaginta Epiſcopi ad damnandam hæreſim Iconoclaſtarum, ac ſtabiliendam venerationem imaginis Chriſti, Deiparæ, ac ſanctorum omnium.

3. Feſtum D. Michaelis Archangeli.

Hic cum Deipara frequenter ſe præbuit vi-

ſendum

ſendum mortalibus. Vide 26. Februarij & 5. Iunij in fine.

In huius Archangeli bilancem (cum ea enim pingitur) viſa Deipara Roſarium imponere. *Authores vitæ S. Dominici & ex ijs Breuius to. 13. Annal. ad an. 1213.*

Res ita habet. Vſurarius quidam Iacobus nomine multas quæſtu illicito opes corraſerat, hoc vno bonus, quod erga Deiparam multum afficeretur, atque eius roſarium repeteret. Stupendum quod ſequitur. Sine arbitro orantis aures & animum, adeò ſeuera quædam admonitionis vox perſtrinxit, vt planè inueteratæ vitæ conſuetudinem excuſſerit. Namque D. Virgo ei dixit: Iacobe redde rationem filio meo. Moriturus denique D. Michaelem vidit mala eius ac bona opera libra expendentem. Sed mala (heu) plurimum partem ſuam deprimebant. Actumque erat niſi Virgo parti alteri roſarium prægraue appoſuiſſet.

4. Occaſione miraculoſæ vindictæ in violantem imaginem B. V. M. quidam eiuſdem criminis conſcij, mundo valedicunt. *Sigon. l. 3. de Epiſc. Bonon.*

Anno 1355. Bononiæ in Italia violatum numẽ B. V. M. luit quidam, qui ludens ante eius iconẽ, cum amiſſa pecunia efferatus, ore ſacrilego nomẽ eius venerabile laceraſſet, extemplo membris atque imprimis oculo altero, captus præcubuit, ac mox ad hoſpitale mortis delatus occubuit. Qua re cognita 15. iuuenes, grauis ſuæ in Virginem procacitatis pœnitentia capti, repente ſe rebus humanis abdicarunt, ac ſibi domum eo in loco (in porta quæ S. Mariæ ad Balneum marinum dicitur) compararunt, ac monaſtico aſſumpto habitu inierunt, quos accenſa funalia præferentes die ſancti Michaelis, multi laici pij, officij

cauſa

cauſa cum tibijs præcinentibus aſſectati ſunt.

Septembris 30.

In eius vita. 1. NAtalis dies Beati Franciſci Borgiæ Societatis IESV quem in Catalogum Beatorum retulit Vrbanus 8.

HIC B. V. M. ſeruitio impensè addictus fuit, cupiebatque omnes eam in patronam adſciſcere, atque ominabatur ſiniſtri aliquid euenturum ijs qui id non præſtarent: Interrogante illo quoſdā Societatis IESV Tyrones, quoſnam ſibi delegiſſent in patronos, intellexit nonnullos, eam patronam non aſſumpſiſſe, vnde ipſe admirans, vide (inquit ipſe ad magiſtrum nouitiorum conuerſus) vt inuigiles horum ſaluti, vereor enim ne nō perſeuerent in religione, quod & accidit, cum omnes illi varijs temporibus eam deſeruerint.

Deiparæ imagines ad exemplar eius quæ à S. Luca depicta eſt ſeruaturque in S. Maria Maiore, plurimas depingi curauit, quas viris principibus & primarijs permultis, ac Societatis Collegijs diſtribuit, quibus mirificè creuit deuotio erga Virginem. Vide 15. Iulij.

Martyr. Rom. 2. Natale S. Hieronimi presbyteri & Eccleſiæ Doctoris.

HIC in Bethlehem ad præſepe Dominicum, partu B. M. V. nobile, ſepultus eſt. Eius corpus poſtea Romam delatum in Baſilica eiuſdem Virginis cui ſancta Maria Maior nomen eſt, digno honore ſeruatur.

OCTOBER.

Digitized by Google

OCTOBER.

1. FESTVM ſanctiſſimi Deiparæ roſarij, Dominica 1. Octobris.

Hoc feſtum ante Gregorium 13. ex inſtitutione Pij 5. 7. Octobris celebrabatur in ordine S. Dominici ab eiuſdem roſarij ſodalibus, quod ea die habita fuiſſet victoria de Turcis anno 1571. At quia eo anno ſeptima dies dicta Octobris, in primam eiuſdem menſis Dominicam incidebat, quo tempore ſolemnis ſupplicatio roſarij fiebat, Gregorius 13. Pij quinti ſucceſſor hāc ſolemnitatem ſub nuncupatione roſarij 1. Dominica Octobris celebrari iuſſit in Eccleſia vbi altare vel capella roſarij fuerit, voluitque eſſe feſtū duplex maius vide infra 7. Octobris.

2. Dominica ante feſtum S. Luciæ in monaſterio Lietienſi in Hannonia, agitur feſtum reliquiarum omnium quas poſſidet, in quibus præcipue ſunt Chriſti & Virginis quas Conſtantinopoli allatas confirmant bina diplomata quæ religioſi ibidem oſtendunt, quorum alterum eſt Patriarchæ Conſtantinopolitani, alterum Henrici Imperatoris. Vide noſtrum inuentarium reliquia-

Digitized by Google

liquiarum Deiparæ ad calcem in Paralipomenis.

Octobris 1.

1. ANno 1578. è vita abijt Ioannes Auſtriacus Caroli 5. Imperatoris filius.

Hic anno 1576. Lauretum voti cauſa contendit. Quinquennio enim ante, nauali prælio in Turcas dimicaturus Lauretanæ Virgini vouerat, ſi ſuperſtes ipſe partę de Barbaris victoriæ foret, Lauretum vtique ad eam iturum. Itaque negotijs varijs expeditis, quæ impedierant quominus ante id tempus fidem exſolueret, cum Neapolim paulo ſolutiore animo tenuiſſet, non horror ſæuientis hyemis, non publicæ priuatæque curæ, non procerum, populorumque preces flectere eum potuerunt, vt ne itineribus glacie ac niue obſitis, fluminibus paſſim turgentibus Lauretum ad B. Virginem iter intenderet. Qui vt procul ſacram ædem conſpexit, venerabundus caput aperuit ac Deiparam ſalutauit. Inde veluti alienato à ſui cura ad cæleſtis reginæ venerationem animo, nunquam neque cæli neque imbris inclementia perpelli potuit, vt ſemel apertum operiret caput: adeo ſe caputque ſuum B. V. deuouerat, cuius pręſidio ſe incolumem credebat eſſe. Poſtquam ad ſacram ædem peruenerat, noxis totius anteactæ vitæ confeſſione expiatis, grates B. V. ingentes, agit protinus vota perſoluta ſatis magnæ pecuniæ cumulat dono. Comites inſuper & voce & exemplo ad parem pietatis laudem accendit. Hiſt. Turſellini l.4.c.24.

Hugo Farſitus. 2. Natale S. Remigij Rhemorum Epiſcopi.

Hic

Hic Laudunenſem Eccleſiam ſub titulo B.V.M.(quæ eſt in præcipuis Galliæ Eccleſijs,ex proprijs reditibus locupletauit, ac Cathedralem fecit conſecrato ibidem S. Genebaldo Pontifice. Hic ſeruabatur feretrum celeberrimum reliquiarum S.M.Laudunenſis quod per varias terras & oras circumductum innumeris coruſcabat miraculis. Id obiter addo ex Hiſtor. Anglic.anno 1395. imaginem crucifixi cum ſtigmatibus ſanguinolentis per mediam horam ſuper eius campanile apparuiſſe.

3. Anno 1517. ex hac ærumnoſa vita ad beatam tranſit Frater Silueſter de Marradi Dominicanus.

Huic vtroque parente orbato ac è pago ſuo Florentiam tendenti vt conditione aliqua vitæ inuenta ſibi proſpiceret, occurrit Deipara, à qua poſtquam varia vitæ benegerendæ documēta audiſſet, eum Florētiam vſque prope D. Dominici monaſterium deduxit, & mox diſparuit. Admiſſus eſt itaque in monaſterium, ac litteris Philoſophicis ac Theologicis eruditus euaſit in magnum concignatorem: ſanctuſque omnium opinione habitus eſt.

Accidit vt adoleſcentem quendam in ſacro pœnitentiæ tribunali grauius carperet ob quoddā crimen; vnde miſer ad pedes eius inſtar mortui corruit. Quo caſu turbatus P. Silueſter enixè Deum, eiuſq; SS. parentem precatur vt ei in iſto diſcrimine adſit. Vix finierat cum ſtatim adfuere nā Angelus ab ijs viſibiliter ſubmiſſus, qui cæleſti quodam liquore in os adoleſcētis infusò eū vitæ reddidit. Quare confeſſionem ſuā proſecutus eſt, ac tempore procedente ſanctiſſimam vitam duxit

duxit porrò idem Angelus Siluestro etiam ſacrũ iſtud manna libandum tradidit.

Anno 1625. Vrbanus 8. in beatorum numerũ refert fœlicem, conuerſum vt vocant in ordine PP. Capucinorum.

Vide de eo 18. Maij.

Anaſtaſius Bibliothecar.

4. Anno 787. iam quartò conuenere patres 350. in ciuitate Nicena ad œcumenicum concilium ſeptimum. In eo conuentu ſacrarum imaginum Chriſti, Deiparæ atque ſanctorum, cultus allatis ex vtroque teſtamento ſcripturis, tum ex SS. Patribus varijs ſententijs, item allatis exemplis, miraculiſque plane ſtupendis ſtabilitus eſt.

5. Anno 829. diem clauſit extremum Michael Balbus Imperator.

Curopalates Cedrenus.

Hic impius Iconoclaſta atque ſanctarum Deiparæ imaginum violator ac capitalis hoſtis, dijſenteriç morbo ex hac vita migrauit, maledictionibus omnium pro panegyricis infamatus.

6. Anno 1458. Pius Pontifex ſanctum declarat Vincentium Ferrerium Dominicanum.

De eo vide 5. Aprilis.

Octobris 2.

Anno 1565. publica fide conſtat de quodam miraculosè à Deipara à morte præſeruato.

1. HVnc nonnulli hoſtes ſui ſagittis per medium corpus transfixerant, idque varijs locis, ita vt vna de ijs ſagittis circa renes emineret.

Digitized by Google

ret, Interim ipſe nõ deſiſtit Deiparam licet ſemimortuus inuocare, addito voto peregrinationis ad ſacram eius ædem Montiſſerrati. Nec incaſsũ miſſæ preces; nam licet lethaliter ſaucius eſſet, intra pauculos dies, exorante pro eo Deipara, priſtinæ valetudini redditus eſt.

2. Anno 576. vitâ excedit Iuſtinus iunior Imperator.

Hic locum, Iudæorum Synagoga Conſtantinopoli infamem expurgat, & expurgatum, Virginea Baſilica nobilitat.

3. Tranſlatio S. Claræ Virg. De ea vide 12. Auguſti.

4. Anno 1621. Gregorius 15. Aloyſium Gonzagam Societatis IESV in beatorum numero reponit. De huius erga Deiparentem obſeruantia vide Iunij 21.

Octobris 3.

Curatur ſurdus & mutus.

1. HIc (vt fuſius narratur in Hiſt. Montiſſerratenſi) timore ac triſtitia immoderata hæc mala ſibi accerſerat: Quicquid ſit, plenus ſpe curationis, ad montem Serratum ſe confert, vbi poſtquam 4. aut 5. dies in templo Deiparæ perſeueraſſet orans, vtriuſq; ſenſus vſuram recuperauit.

2. Ope Virginis vincũtur hæretici in Gallia.

Cum Pius 5. ſummus Pontifex (vt loquitur ipſe in ſuo diplomate) aduerteret Eccleſiam tot hæreſibus & bellis agitatam, ſuorum

Digitized by Google

præceſſorum veſtigia ſequens, oculos lachrymabundos ſed ſpei plenos, conuertit in montem illũ (Deiparam intelligit) vnde omne auxilium prouenit & ſingulos Chriſti fideles ad idem faciendum per roſarij maximè recitationem, hortatur. Ex quo ſancti Pontifices ad Virginis cultum excitandum ſtudio, ſuus extitit fructus. Cum enim tũ in Belgio tum in Gallia, Hæretici in Catholicos impia arma cæpiſſent, ita vt in Gallia de religione actum videretur; idem Pontifex equitũ & peditum copias auxiliares anno 1569. ad Carolum 9. Galliarum regem miſit, & eodem anno 3. Octobris Hæretici à Catholicis profligati ſunt.

Hac fuſius Hiſtorici huius tẽporis vide Genebrardum ad hunc annum.

3. Anno 1611. vita fungitur Sereniſſima Margareta Hiſpaniarum Regina, Philippi 3. cõiux. Hæc licet adhuc puella, quotidie præter officium S. Spiritus, S. Crucis, præter 7. Pſalmos, Litanias, aliaſque preces ſolita erat recitare officium Deiparæ. Addito ſuper hæc roſario. Matrimonio iuncta inſtante puerperio curabat celebrari nouem ſacra (quibus & intererat) in honorem præcipuorum myſteriorum vitæ Deiparæ. A puerperio ſtatim ſe ſiſtebat & fœtum ſuum Deo & Virgini in aliquo eius templo, quẽ & illi offerebat gratias agens de collato beneficio. Vt primum cognoſcebat alibi B. V. ſe miraculis illuſtrem reddere, mox eò commeabat, preces & dona ſua illi oblatura. Quod patuit in toto itinere ex Stiria Madretium vſque. Die annuntiationis nouem egenis fœminis, manibus ſuis cibum miniſtrabat in honorem 9. feſtorum eiuſdẽ Virginis: quod quidem in omni vita ſua obſeruauit. Qui plura de SS. iſtius Reginæ affectu aduerſus

aduerſus Deiparam cupit, legat Bellipotentem Mariam parte 2.cap.10.

4. Natale S. Gerardi Abbatis Brouienſis. Hic monaſterium Brouienſe ſub inuocatione B. M. V. in melius reformauit & inſtaurauit. Obijt anno 959. ex nobiliſſima Auſtraſiorum familia oriundus. Id porro monaſterium Pius 4. & Philipp. Hiſpan. Rex Epiſcopatui Namurcenſi recens tum inſtituto annexuerunt.

Octobris 4.

1. ANno 1626. Vrbanus 8. locat Romæ primum lapidem in nouo templo PP. Capucinorum ſub titulo Conceptionis Deiparæ.

2. Natalis S. Franciſci, de quo ita Bonauẽtura. Matrem Domini noſtri indicibili complectebatur amore, eò quod Dominum maieſtatis nobis fratrem effecit & per eam ſimus miſericordiam adepti. In ipſa poſt Chriſtum præcipuè fidens eam ſui ac ſuorum aduocatam conſtituit, & ad honorem eius à feſto Apoſtolorum Petri & Pauli vſque ad feſtum Aſſumptionis deuotiſſime ieiunabat. Habuit hic ſanctus ouiculam quã monere ſolitus erat vt laudibus diuinis intenderet. Itaque dum fratres in templo canerent, & ipſa in templum ingreſſa flectebat genua, balatus emittens ante altare Deiparæ matris Agni, ac ſi eam ſalutare geſtiret. Inſuper cum eleuaretur ſanctiſſimum Chriſti corpus in ſacro, flexis curuabatur poplitibus, tanquam ſi reuerens de irreuerentia indeuotos argueret, Chriſtoque deuotos ad reuerentiam excitaret. *O diſcant hæretici vel à bruto venerari matrẽ Chriſti & Euchariſtiã adorare.*

Idem à Deipara vna cum Sancto Dominico

Chriſto Domino oblatus eſt & ad reuocandas animas ad creatorem deſtinatus vt dictum 4. Auguſti.

Eius deuotio erga eam effecit, vt in Eccleſia Sanctiſſimæ Mariæ de Portiuncula olim deſerta ſedem fixerit, & locum iſtum pręcœteris dilexit, eumque in morte fratribus tanquam Virgini cariſſimum vnicè commendauit, morti proximus ad eam Eccleſiam deferri ſe voluit.

Chronic. ordinis. Optauit etiam vt ad eam à morte cor eius conderetur, quod etiam creditur Angelicis manibus factum, & in quodam eius templi ſacello in hũc vſque diem aſſeruari.

Cum indulgentiam plenariam ijs qui confeſſi Eccleſiam Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Portiuncula viſitarent à Chriſto Domino peteret, ſtatim Virginem Mariam quæ ad filij dexteram aſſidebat, inuocauit, eaque mediante quod petebat conſecutus eſt.

Bonauentura. Idem Moricum Cœnobitam in ordine Cruciferorum à medicis deſperatum, hoc modo curauit. Panis micas accepit, & cum oleo ſumpto de lampade quæ coram altari Beatiſſimæ Virginis Mariæ ardebat commiſcens, quaſi quoddam electuarium per manum fratrum ad infirmum tranſmiſit, quo ſumpto ſtatim ſanus factus eſt & ordinem Diui Franciſci ingreſſus eſt, & loricam ferream nudæ carni impoſuit, meruitque inter primos B. Franciſci ſodales recenſeri, & in eiuſdem fronte magnum ſignum Thau ab Angelo impreſſum videre.

Idem poſt mortem à muliere in partu inuocatus præcepit ei vt Beatiſſimam Virginem Mariam imploraret. Res ita habet ex Bonauentura

Mulier

Mulier quædam in partibus Aretinis cum partus dolores iam per ſeptem dies ſuſtineret, & iam in nigredinē verſa deſperata eſſet ab omnibus, votū fecit S. Franciſco, & eius cæpit moriens auxilium implorare. Emiſſo autem voto celeriter obdormiuit. Viditque in ſomnis Sanctum Franciſcum ſe dulciter alloquentem, ac petentem an eum noſceret & an Antiphonam Salue Regina ſciret: qua reſpondente ſe vtramque noſſe: Incipe, ait Sanctus, Antiphonam ſacram & antequam compleas, paries cum ſalute. Ad hanc vocē euigilat & ſtatim inchoat Salue Regina: cumque illos miſericordes oculos precaretur, ac fructum commemoraret vteri Virginei, continuo cunctis libera à preſſuris puerum peperit ſpecioſum, gratias agens Reginæ miſericordiæ quę per Sancti Franciſci merita ipſius fuerat dignata miſereri.

3. Anno 1540. quidam præſenti vitæ diſcrimine liberati.

Super hos, dum in alto puteo purgando occupati ſunt, ruit murus orificij eiuſdem putei, qui dum ſibi ruinam illam proximè imminere præſagiunt, cernuntque moueri lapides muri, ſummo ſeſe affectu pietatis Deiparæ Montiſſerratenſi commendant, quam & perrexerunt inuocare, licet plus duarum perticarū altitudine, ruiña illa tecti eſſent. Itaque Deipara eos protegēte, licet tam profunda cooperti ruina, & ex tam altó loco lapidibus in capita eorum decidentibus, ſani omnes & incolumes inde educti ſunt ſtupentibus omnibus, eo quod iam mille mortes obijſſe arbitrabantur.

4. Anno 787. cōtinuatio ſeptimi œcumenici

Concilij Niceni de quo 1. Octobris pro defenſione cultus imaginum Chriſti ac Deiparę & Diuorum omnium. In ea ſeſſione S. Taraſius oſtédit Hæreticos Iconoclaſtas ſectatos eſſe Iudæos, Saracenos, Gentiles, Samaritas & Manicheos. Inſuper ad earumdem imaginum comprobationem, alia teſtimonia, rerumque ſacrarum hiſtoriæ iuſſæ ſunt recitari, redargutis Hæreticorum argumentis, quibus ſuam ipſorum hereſim comprobare nitebantur.

Chronic. Lerinenſe. 5. Anno 1080. in Inſula Lerinenſi conſecratur à Reuerendo Abbate Aldeberto 2. Eccleſia S. Mariæ dictæ de pietate.

Octobris 5.

1. SAnctus Minulphus Diaconus Eccleſiæ Paderbornenſis in Germania, mortuus licet, impetrat à Deó per Deiparam vt vitæ reſtituatur.

5. Octob. Hæc fuſius author vitæ apud Suriũ. Minulphus plenus virtutibus etiam maturus æui, tertio nonas Octobris (qui eſt dies hodiernus) migrauit ad Dominum. Quo tempote res accidit admiratione, digna, nam cum corpus eius exanime in feretro iaceret reuixit, ſeque erigens apertis oculis ad circumſtantes ait. Quandoquidem ego vobis præſentibus vita functus, vitæ rurſuſ reddar, vos gratias agite Deo, quorum gratia id fit, & ego vt id fieret à ſanctiſſima Virgine Deipara impetraui. Ite autem ad Epiſcopum, & quot ſudoribus mihi conſtiterit huius cænobij ſtructura (nam ex paternis bonis tempore Ludouici, filij Caroli Magni ſanctimonialium monaſte-

ſterium fundarat) ei indicate & petite ab eo quæcumque huius loci fuerit electa Abatiſſa, et ancilla ſit, ea admittatur, nec id ipſe inhiat, ſimulque ſignificate illi me corpore exutum dicisſe quid de illis fieri oporteat qui paſtores clesiarum eſſe videntur, quibus dictis rurſus dormiuit in Domino.

2. Feſtum S. Tereſiæ reformationis ordinis Mariæ de mõte Carmelo. Licet obierit 4. hu. anno 1582.

Hęc duodennis mortua matre coram Deiparę agine eam obnixè precata eſt vt ſe in filiã adttere dignaretur: quare ex eo tempore in ſuis ceſſitatibus eius patrocinium eſt experta. 10. atis anno in cœnobium ſanctimonialium SS. M. de monte Carmelo Patre contrario, & nõ e magna carnis cõtradictione ingreſſa eſt. De plura vide 13. Iann. & 17. Iulij.

De ea id non reticendum narratur ad probãm quanto in Deum amoris æſtuaret incendio. mel Angelus ei apparuit aureo ſpiculo ad ſumitatem ignito viſcera ſaucians & laniata reuels, quo vulnere incredibili diuini amoris inceno exarſit. Vnde & amoris flammâ mortua pur, vt ipſa poſt obitum reuelaſſe ſcribitur.

3. Natalis S. Gallæ viduæ Symmachi Conis filiæ.

Hæc dum diuinis rebus intenta, quotidie 12. uperes prandio excipit, eius domũ Angelicis anibus delata eſt imago Deiparę filiũ ſuũ Ieſũ nis fouentis, aureis lineis in lapide pretioſo Saphirino Angelorũ manibus vt piè creditur, efforata & multa luce circũfuſa. De huius imaginis iraculis & quid de ea factum vide 27. Maij.

Concilij Niceni de quo 1. Octobris pro defenſione cultus imaginum Chriſti ac Deiparę & Diuorum omnium. In ea ſeſſione S. Taraſius oſtẽdit Hæreticos Iconoclaſtas ſectatos eſſe Iudæos, Saracenos, Gentiles, Samaritas & Manicheos. Inſuper ad earumdem imaginum comprobationem, alia teſtimonia, rerumque ſacrarum hiſtoriæ iuſſæ ſunt recitari, redargutis Hæreticorum argumentis, quibus ſuam ipſorum hereſim comprobare nitebantur.

Chronic. Lerinenſe. 5. Anno 1080. in Inſula Lerinenſi conſecratur à Reuerendo Abbate Aldeberto 2. Ecclęſia S. Mariæ dictæ de pietate.

Octobris 5.

1. SAnctus Minulphus Diaconus Eccleſiæ Paderbornenſis in Germania, mortuus licet, impetrat à Deo per Deiparam vt vitæ reſtituatur.

5. Octob. Hæc fuſius author vitæ apud Suriũ. Minulphus plenus virtutibus etiam maturus æui, tertio nonas Octobris (qui eſt dies hodiernus) migrauit ad Dominum. Quo tempote res accidit admiratione, digna, nam cum corpus eius exanime in feretro iaceret reuixit, ſeque erigens apertis oculis ad circumſtantes ait. Quandoquidem ego vobis præſentibus vita functus, vitæ rurſus reddar, vos gratias agite Deo, quorum gratia id fit, & ego vt id fieret à ſanctiſſima Virgine Deipara impetraui. Ite autem ad Epiſcopum, & quot ſudoribus mihi conſtiterit huius cænobij ſtructura (nam ex paternis bonis tempore Ludouici, filij Caroli Magni ſanctimonialium monaſte-

naſterium fundarat) ei indicate & petite ab eo vt quæcumque huius loci fuerit electa Abatiſſa, licet ancilla ſit, ea admittatur, nec id ipſe inhibeat, ſimulque ſignificate illi me corpore exutum didiciſſe quid de illis fieri oporteat qui paſtores Eccleſiarum eſſe videntur, quibus dictis rurſus obdormiuit in Domino.

2. Feſtum S. Tereſiæ reformationis ordinis S. Mariæ de mõte Carmelo. Licet obierit 4. huius anno 1582.

Hęc duodennis mortua matre coram Deiparę imagine eam obnixè precata eſt vt ſe in filiã admittere dignaretur: quare ex eo tempore in ſuis neceſſitatibus eius patrocinium eſt experta. 10. ætatis anno in cœnobium ſanctimonialium SS. V. M. de monte Carmelo Patre contrario, & nõ ſine magna carnis cõtradictione ingreſſa eſt. De ea plura vide 13. Iann. & 17. Iulij.

De ea id non reticendum narratur ad probãdum quanto in Deum amoris æſtuaret incendio. Semel Angelus ei apparuit aureo ſpiculo ad ſummitatem ignito viſcera ſaucians & laniata reuellens, quo vulnere incredibili diuini amoris incendio exarſit. Vnde & amoris flammâ mortua putatur, vt ipſa poſt obitum reuelaſſe ſcribitur.

3. Natalis S. Gallæ viduæ Symmachi Conſulis filiæ.

Hæc dum diuinis rebus intenta, quotidie 12. pauperes prandio excipit, eius domũ Angelicis manibus delata eſt imago Deiparę filiũ ſuũ Ieſũ vlnis fouentis, aureis lineis in lapide pretioſo Sapphirino Angelorũ manibus vt piè creditur, efformata & multa luce circũfuſa. De huius imaginis miraculis & quid de ea factum vide 27. Maij.

Digitized by Google

Octobris 6.

1. NAtalis S. Brunonis, cuius vniuerſus ordo in patronam elegit SS. V. M. hac occaſione. Cum ob quorundam malignorum prauas ſuggeſtiones qui vitam illam auſteram atque in horrendo illo Carthuſiæ deſerto vituperabāt tanquam ſui homicidium, admodū eſſent perplexi, num id vitæ genus proſequi deberent, deque ea re inter ſe colloquerētur, adfuit eis venerabilis ſenex (putatur fuiſſe S. Petrus) qui eis ſuggeſſit ſi ſe ab ea perplexitate liberos eſſe vellent, quotidie horas B. V. M. recitarent, quibus dictis ab eorum oculis euanuit.

2. Anno 1180. obit Manuel Orientis Imperator.

Hic in honorem Deiparæ ſanxit vt in feſto Præſentationis eius, Cōceptionis, Purificationis, Annuntiationis, Aſſumptionis ius non dicatur, omniſque ad tribunalia aditus excluſus ſit.

Octobris 7.

1. HOdie S. Brigitta ſanctorum Catalogo inſcribitur à Bonifacio nono.

Quanta fuerit iſta coniuncta neceſſitudine cū SS. Deipara vide 23. Iulij.

Locrius. 2. Anno 1407. vitâ excedit Ioannes Canardus Atrebatenſis Antiſtes.

Hic templo B. V. M. & Epiſcopio reparando plurimum ſudoris & æris inſumpſit, ac vtinam geminas templi turres quas cælo minantes etiamnum cernimus, ad coronidem perduxiſſet.

3. Com-

3. Commemoratio ſanctæ Mariæ de Victoria à Pio 5. inſtituta ob inſignem de Turcis anno 1571. Deiparæ auxilio partam ad Echinadas inſulas, naualem victoriam. Eam fuſius proſequuntur Hiſtorici, quæ ſic in Epitomen colligi poteſt: Cum noſtra claſſis multo inferior Turcarum claſſe, cum ijs atrox prælium commiſiſſet à ſexta hora vſque ad Veſperam magno vtrinque animorum ardore, in eo Turcarum triginta millia cæſa, decem millia in noſtrorum poteſtatẽ venere, triremibus 180. captis. 90. demerſis, 15. millibus Chriſtianis ſeruitute liberatis, parta ingenti præda, centum & ſedecim maioribus tormentis. ducentis & quinquaginta ſex minoribus hoſtī ereptis. Hanc porro victoriam Deiparę poſt Deū deberi indicant tū ipſe Pōtifex cui id videtur reuelatū, vt & ipſa victoria, tū preces quas in domo Lauretana ad Deiparam ipſo die conflictus fundi iuſſerat, tum ſolemnis ſupplicatio & preces ſodalium roſarij quæ in illum diem incidebant, tum denique vota & remigium Chriſtianorum apud Turcas, & militum noſtrorum Deiparæ Lauretanæ nuncupata pro libertate & victoria, quæ & perſoluerunt teſte Turſellino in Hiſt. Lauretana vide ſupra, initium huius menſis. *L.4.c.21.*

4. Hoc eodem die anno 1601. Alphonſus Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Geſualdus, Archiepiſcopus Neapolitanus, conſecrauit Eccleſiam Patrum Societatis IESV Neapoli, & altare maius in honorem Dei, & glorioſiſſimi nominis IESV, & BB. V. M. ſub inuocatione immaculatæ Conceptionis eiuſdem. Vide infra 15. Decembris.

Octob.

Octobris 8.

Molanus 1. NAtalæ ſanctæ Ragenfredis.

Hæc prima rexit monaſterium Dononij à parentibus in honorem Deiparæ dedicatum. Vide 1. Iulij.

Anno 451. inchoatum Concilium Chalcedonenſe 630. Epiſcoporum contra Eutichetem Deiparæ hoſtem infenſiſſimũ. Eius aduerſus eam blaſphemiam vide 26. Iunij.

2. Anno 1604. Catharina Bayarda cœnobij *Io. Buzelin.* pontis Rotardi iuxta Rosbrugam monialis, cum annis ferè tribus omnium corporis ſui membrorum vſu deſtituta fuiſſet, fuſis in ſacello B. V. Laudenſis precibus, integram, firmamque valetudinem obtinuit parentibus, alijſque ſubitum cernentibus auxilium, mirantibuſque.

3. Anno 1228. ſolemnis tranſlatio reliquiarum *Molanus* S. Bertiliæ Virginis à Põtio Epiſcopo Atrebatenſi.

Quid hæc commercij habeat cum Deipara vide 3. Ianuarij.

4. Natale B Symeonis ſenis, qui Dominũ Ieſum de Virginis ſinu acceptum, vlnis ſuis conplexus eſt. Qui inſuper eidem Virgini benedixit ac bene precatus eſt. Qui eidem prædixit gladio doloris transfigendam.

5. Anno 1581. Obit Frater Alexander Capocchius Dominicanus.

Huic apparuit cum S. Dominico Regina Angelorum, ad quam ſub mortem deuotam orationem fudit, poſt quam ſibi cani voluit ad eiuſdem honorem.

honorem. Aue regina cælorum, aue Domina Angelorum.

Octobris 9.

I. NAtale S. Dioniſij Areopagitæ.

Hic deſtructo Pariſijs, ex parte idolorum cultu, 3. ſacella conſtruxit ſeu oratoria, primum in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis. Secundum in honorem BB. V. M. deſtructo Mercurij idolo quod ibi colebatur, tertium in honorem ſancti Stephani.

Hic in Epiſtola ad Paulum ita celebrat. B. V. M. non credidi profiteor coram Deo Princeps mi maxime, extra Deum ſummum & optimum eſſe, haberi etiam nec poſſe ab hominibus percipi, quæ ego oculis non modò mentis ſed corporis vidi Deiformem atque ſuper omnes cælicos ſpiritus ſanctiſſimam matrem Chriſti IESV Domini noſtri, quem mihi benignitas Dei Apoſtolicique culminis authoritas & Virginis almæ indeficiens clementia, videre conceſſit: fateor iterum & iterum coram omnipotentia Dei & clementia Saluatoris & gloria maieſtatis Virginis matris eius, quoniam cùm à Ioanne vertice Euāgelij & Prophetarum, qui in corpore habitans quaſi ſol fulget in cælo, ductus fui ad Deiformem præſentiam altiſſimæ Virginis, & tantus me immenſus diuinus ſplendor circumfulſit exterius & plenius irradiauit interius, tanta etiam in me omnium odoramentorum ſuperabundauit fragrantia, vt nec corpus infælix nec ſpiritus poſſet totius ac tantæ æternæ fœlicitatis inſignia ſuſtinere. Defecit cor meum, defecit & ſpiritus tan-

tæ

ſtæ gloria maieſtatis oppreſſus. Teſtor qui aderat in Virgine Deum, ſi tua diuina concepta mente me non docuiſſent, hanc ego verum eſſe Deum credidiſſem, quoniam nulla videri maior eſſe poſſet gloria beatorum quam fœlicitas illa, quam ego infelix nunc, tunc vero fœliciſſimus deguſtaui. Gratias ago ſummo atque optimo Deo meo, diuinæ Virgini & clementiſsimo Apoſtolo Ioanni, & tibi Eccleſiæ vertici atque principi triumphanti, qui mihi talia clariſsimè atque clementiſsimè præſtitiſtis. Vale.

2. Eodem die memoria ſancti Abrahæ Patriarchæ, & patris omnium credentium.

Hic ex potiſsimis progenitoribus Deiparæ exſtitit, cui & ſpecialis facta eſt de Chriſto naſcituro ex eius proſapia, reuelatio, quod non niſi mediante ſanctiſsima Virgine Maria factum eſſe conſtat.

3. Anno 1399. obit Ioannes Caſtellæ Rex.

Mariana Hic quod templum celeberrimum Guadalupanum D.V.M. ſpoliaſſet, victus à Ioanne Luſitaniæ Rege, decem millia de ſuis ceciderunt. Regis duo fratrueles, Reginæ vnus auunculus, nobiliſsimi quique duces trucidati in oculis Regis, qui fuga ſibi conſuluit.

Octobris 10.

Hiſt. Mõtiſſerr. 1. ANno 1539. publicè quidam profitetur ſe ab hoſtium vi ac vulneribus Deipara inuocata ſeruatum.

Erat is ſacerdos nomine Valloria, Vicarius cuiuſ-

cuiuſdam parecciæ in Epiſcopatu Gerundenſi in Hiſpania, quem vigilia Aſſumptionis Deiparæ 18. aut 20. hoſtes ſui aggreſſi ſunt baliſtis alijſq; armis inſtructi, at fruſtra, licet enim eum tangerent varijs in partibus, innoxiè tamen & citra ſanguinis effuſionem (iam enim ſe enixè Deiparæ Montiſſerrati commendarat) licet in terram quaſi totus ſtupidus ceciderit. Itaque eum ſic iacentem gladijs inuadunt, cumque nihil ſe proficere viderent neque baliſtis, neque gladijs, bini de illis, cæteris in malo peruicaciores, eum pugione inuaſerunt, caput creberrimè ac guttur ferientes, conantes ei iugulum abſcindere. Verum omnia in caſſum cecidere nullo ei prorſus damno illato, neque vel minima ſanguinis gutta expreſſa. Quod cum ipſe ſacerdos miraretur, immenſaſque Deiparæ ageret gratias, ecce tibi nouum prodigium, nam ſtatim vidit ſe miraculosè è medio hoſtium in domum ſuam tranſlatum. Quod coram multis teſtibus in æde Montiſſerrati conteſtatus eſt.

2. Anno 1264. vita exit optimus Pontifex Vrbanus 4. *Sigon. l. 3. Epiſc. Boloni.*

Hic nouo ordini militiæ B.V.M. formam viuendi præſcripſit vt viduarum ac pupillorum curam ſuſciperent, vt paci componendæ ſeruirent, viuebant ſuis in ædibus cum vxoribus & liberis, Tunica alba & ſubcineritia toga induebantur, crucem purpuream in campo albo, binis ſuprapoſitis ſtellis præferebant.

Octob.

Digitized by Google

Octobris 11.

1. NAtalis dies S. Iacobi Alemanni Dominicani.

Hic diuturnas ſuas meditationes de Chriſti paſſione claudere ſolitus erat iſto præconio. Gloria tibi Domine qui natus es de Virgine, ſuccurre mihi hodie cum patre & ſancto ſpiritu in ſempiterna ſæcula. Amen. Et ad Deiparam quam præcipuo cultu venerabatur conuerſus aiebat: Aue Regina cęlorum, pro ſalute mea & omnium fidelium. Poſtea ad omnes aras accedebat, ibiq; à B. Virgine incipiens orabat.

2. Anno 1347. vitâ exit Ludo. 4. Roman. Imperator & Boiariæ Dux.

Caniſius. Hic Monachij Deiparæ Baſilicam quã Conradus Friſingenſis Antiſtes erexerat, larga munificentia locupletauit, qui humanis exutus ante ſummum altare ſepulchrum habuit eius corona & epitaphio ante Lutheri tragedias nobiliter exornatum.

Crätzius in Metropol. l. 5. Marialis. De eo ita P. Caniſius. Qualis qualis fuerit Ludouicus, in eo certe laudem promeretur quod SS. Deiparam valde coluerit, ac eius pulchram quæ adhuc extat imaginem ex Italia in Bauariã ſuis vt ferunt brachijs deportarit, ac deportatam in monaſterio Etalenſi, quod in medijs ſiluis ad eiuſdem Virginis in cælum Aſſumptæ laudem ipſe conſtruxit, poſuerit atque reliquerit.

3. Anno 1303. vita exit Bonifacius Papa 8. Hic imaginem Deiparæ ac ſuam, (quam eidẽ Deiparæ offert Apoſtolorum Princeps) vermiculato opere ad D. Petri Baſilicam (quã & mul-

tum

tum ornauit) collocauit. A morte inſuper inuenta ſunt in eius ſacris veſtibus anno 1606. cum eius ſepulchrum aperiretur (in quo poſt annos duos & trecentos eodem die quo mortuus fuerat repertum eſt corpus eius integrum & incorruptũ, in quo non niſi extremum naſi deſideraretur) nõ leuia eius in Deiparam affectus argumenta; nam in fimbrijs albæ (quæ & camiſium dicitur) viſebantur auro & ſerico acu pictæ infraſcriptæ Hiſtoriæ Annuntiationis, Viſitationis, Natiuitatis, Inuentionis Chriſti à matre in medio Doctorum, vt alias prætercam.

Occaſione Iubilei quod ipſe indixit anno 1300. illuſtris accidit Deiparæ apparitio, quam quia parum cognita, lubet hoc loco cum alium commodiorem non expectem, ſubijcere.

Clericus quidam Iubilei tempore vidit per quietem SS. Virginem cum filio in vlnis in quodam thalamo reſidentem. Eam cum clericus genu flexo adoraſſet ita ipſa ad eum: Omnibus miſerans indulſit Deus. Eo autem ſubijciente: Nũ & mihi? ſubticuit Deipara, rurſumque poſt morulam interiectam repetit idem: Omnibus miſerans indulſit Deus viuis & mortuis. Proſtratus iterum ille: Num & mihi? Cui nec tum dato reſponſo, at paulò poſt ait: Indulſit omnibus mortuis & viuis miſerans Deus, atque etiam tibi. Et vt de viuis ſileam, certe tunc temporis dæmones per energumenos publicè clamabant, omnes animas purgatorij æternam gloriam conſecutas.

Iacobus Cardinus de Iubileo.

Petrus Sutor de vita Carthuſ.

Non abſimilis reuelatio remiſſorum criminũ contigit ſub annum 1313. Petro Fauerio Carthuſiano, cum enim in extrema ægritudine, Eccleſiæ Sacramentis ſuſceptis ſolus eſſet, & Satan. obiecto

Arnoldus Boſtius de viris illuſtribus.

Digitized by Google

obiecto illi volumine quo totius eius vitæ peccata continebantur, ad deſperationem eum induceret, adfuit ei ſubito deſperantium leuamen B. V. M. inenarrabili ſplendore coruſcans, in vlnis puerum ſpecioſiſſimum geſtans, quæ languidum allocuta: cur frater diffidis, inquit, per hunc puerum quem pulcherrimum vides omnia tua peccata ſoluta ſunt, dixit hæc Beata, Satan momento diſparuit, morienti adfuit magnus SS. numerus & cum in Litanijs ad eum locum perueniſſet in quo dicitur: Omnes SS. orate pro nobis, ipſe manu dextera eleuata in SS. ibi præſentes ſubiunxit: omnes SS. qui modo hic eſtis orate pro me.

Octobris 12.

Hiſt. Sichimēſis. 1. ANno 1604. Deiparam curaſſe quandã à dyſenteria conſtitit publicis monumentis.

Fuit hæc ſoror Maria Heytmeres religioſa in tractu Leodienſi quæ poſt varia adhibita adſiſtendum ſanguinis fluxum (qui eam tenuerat continenter annum cum dimidio, ita vt 24. horarum ſpatio pluſquam tricies aluum purgaret) ſed fruſtra, tandem voto concepto ac perſoluto peregrinationis ad Deiparam montis Acuti, melius cepit habere, donec poſt nouem alios dies quibus in monaſterio certas preces ad Deiparam fuderat (mentem ſuam referens ad eam quatenus in monte Acuto varijs coruſcat miraculis) omnino curata eſt, nullo relicto morbi veſtigio.

Beda l. 5. Hiſt. cap. 20. 2. Natale S. Walfridi Epiſcopi Eboracenſis.

Hic

Hic Roma Britanniam repetens morbo in Gallia correptus eſt, ac in ciuitatem Meldum tranſlatus quatuor diebus ac noctibus quaſi mortuus iacuit. Cumque ita ſine cibo & potu, ſinè voce & auditu quatriduo perſeueraſſet, quinta demum illuſceſcente die quaſi de graui experrectus ſomno exurgens reſedit, apertiſque oculis vidit circa ſe choros fratrum pſallentium & Accā presbyterum, ad ſe vocari iuſſit quem remotis arbitris ita affatus eſt. Viſio mihi modo tremenda apparuit. Aſtitit mihi quidam candido habitu, dicens ſe eſſe Michaelem Archangelum, & ideo inquit miſſus ſum vt te à morte reuocem. Donauit enim tibi Dominus vitam per orationes & lacrymas fratrum tuorum & per interceſſionem ſuæ Beatæ genitricis ſemperque Virginis Mariæ. Quare ab hac infirmitate liberaberis: ſed eſto paratus quia poſt quadriennium reuertens viſitabo te. Quod & accidit; nam quadriennio poſt anno 709. obijt vbi ſediſſet annos quadraginta quinque.

3. Anno 1617. Ingolſtadij piè vita fungitur Pius Iacobus Rhem Societatis IESV.

Io. Burghesius l. qui inſcribitur Societas Ieſu & Mariæ.

Hic Beatiſſimam Virginem Mariam tam eximiè ſemper coluit, vt eius amorem quam pluri-mis impreſſum eſſe peroptaret, illaque ſemper in ore ac in corde verſaret Angeli verba: Aue Maria gratia plena quare annos ab hinc circiter 30. cœtum è ſodalibus Virginis Annuntiatæ collectum inſtituit quem colloquium Beatiſſimæ Virginis Mariæ nuncupauit, quorum præcipue munus foret ſermones de rebus ſacris miſcere, quam certis hiſce legibus illigauit, vt qui vel earum vnā violaret aut peccato ſeſe macularet mortifero,

ipſo facto excluſus omni fructu,& merito,indulgentijs item à Paulo quinto anno 1614. indultis, orbatus exiſteret quo ad peccata expiaret & hymnum Aue maris ſtella, Deo reconciliatus recitaret.

Io. Burghesius ſupra ex literis Ingolſtadio datis.

Narrant viri fide digni tale quid ei contigiſſe. Cum aliquando magno teneretur deſiderio ſciendi quodnam encomium Beatiſſimæ Virgini eſſet gratiſſimũ, diuinitus nouit hoc ei eſſe pergratum: Mater admirabilis,compendium nempe eorum quę de tali Matre & Virgine prædicari poſſunt. Cum igitur à ſodalibus Collegij muſicè Virginis Litaniæ decantarentur, ad illa verba, Mater admirabilis, Virgo cæleſti luce circumfuſa ſeſe ei offert, atque illico ex angulo quem ſemper in oratione poſtremum occupabat, prorumpit in medium, & exclamat ſtupentibus Sodalibus, tertiò vt repetant vniuerſi voces illas: Mater Admirabilis, cognouiſſe ſe quam ſit ei gratum illud encomium.

Huic non abſimile quod narrat Pelbartus in Mariali, quandam piam fœminam à Deipara ſciſcitatam in quanam Salutationis Angeli parte maiorem caperet voluptatem: In his inquit verbis: Dominus tecum, monuitque vt ea cum aliqua mora & diuturniore attentione proferret.

Huc reuoco quod ſupra 13. Iunij in S. Antonio Patauino dictum de hymno: O glorioſa Domina.

4. Anno 1093. vita priuatur Robertus Friſius Flandriæ Comes.

Iperius M.S.

Hic anno 1072. fundauit monaſterium Vuatinenſe prope Audomarum quod eſt Canonic. regularium in honorem B.V.M.

Octob.

Octobris 13.

1. ANno 1609. Ioannes Corolier ex territorio Ambianenſi fingit Audomari falſa quædam miracula de B. Virgine, ad eaque frequentem populum noctu campanæ ſono excitat. quare falſitate eorum detecta & probata à magiſtratu, virgis cæditur 19. menſis Decembris. Alijſque pœnis mulctatur conſimilibus, Ijs de quibus 3. Iunij. Inſuper bona fiſco addicuntur, atque perpetuo damnatur exilio à territorio Audomarenſi, idque ſub pœna capitis.

2. Anno 787. habita eſt vltima ſeſſio Concilij vniuerſalis Niceni ſeptimi de quo ſupra 1. Octobris pro cultu imaginum Chriſti Domini eiuſque genitricis & SS. In ea ſubſcripſerunt articulis Concilij 350. patres, tum ſubſecutæ ſunt fauſtæ patrum exclamationes pro ſtabilita fide Orthodoxa & in laudem illius defenſorum ac potiſſimum Imperatorum Conſtantini ac Irenei. Denique additi in hoſtes ſacrarum imaginũ tam viuos quam defunctos Anathematiſmi.

3. In ordine Carthuſianorum octaua S. Brunonis.

De eo vide 6. huius.

Octobris 14.

NAtalis dies S. Burchardi Epiſcopi Herbipolenſis. *Caniſius l. 5.*

Hic vt ſe à negotijs Epiſcopatus, & à Marthæ tumultibus ſubduceret, extruxit cœnobium in honore SS. Dei genitricis & ſancti Andreæ

iuxta Mœnum Saxoniæ oppid. in quo 12. religioſos collocauit, ſufficientique prouentu dotauit. In eo etiam humatus eſt.

Liber de Roman. Pontificibus. Baro. t. 2 ad ann. 224.

Anno 226. Natalis dies S. Callixti Papæ & Martyris.

Hic fecit Eccleſiã S. Mariæ trans Tyberim, eamque immaculato eius partui dicauit. Locus hic trans Tyberim, is eſt vnde pauló ante Chriſti ortum, fons olei miraculosè ſcaturijt, Auguſti tempore. Adhuc hodie extat illa veneranda antiquitate nobilis, & tantæ rei geſtæ memoria celeberrima quæ prope confeſſionem ſacrum illud foramen continet, ex quo ſupradictum oleum manauit: feruntque qui id experti ſunt terram intus poſitam adhuc oleo eſſe madidam, quam erutam ſi quis comprimat, manum ſentiat vnguine delibutam, idque teſtatur tabella in eadem Eccleſia expoſita. Porrò foramen illud ex quo oleum ſcaturijt, polito lapide circumcirca exornatum, ad tanti prodigij memoriam viſitur.

Anno 878. obit Carolus Caluus Imperator & Gallię Rex.

Hiſtor. Carnutenſis.

Hic ſacrum B. V. M. induſium (quod illud idem eſſe fertur quo induta erat dum Dei filium concepit) dono dedit Eccleſia Carnutenſi.

Molan. 8. Octob.

Idem Dononienſe monaſterium ad Scaldin à Beato Aldeberto & B. Regina coniuge fundatum, & à Normannis vaſtatum, inſigni magnificentia plurimis additis redditibus inſtaurauit.

Digitized by Google

Octobris 15.

ANno 1530. miraculoſa cuiuſdam à morte præſeruatio.

1. Excauabat hic puteum cum alio quopiã, cumque iam 12. perticas in profunditate haberet, eius muris decidentibus eorum caſu oppreſſus eſt. Cumque aliud non ſuppeteret ad Deiparam Montiſſerrati confugit. Nec fruſtra, nam qui ei auxiliabantur, à iuſtitiæ adminiſtris impetrata venia eum quem mortuum putabant, inde educendi, cœperunt terram ac ſaxa quibus obrutus erat paulatim remouere, ſed eorum erat tanta vis, vt biduum integrum in eo opere impenderint, donec tandem tertio poſt die omni terra eruta eum ſanum & vegetum repererunt. Quod totum tempus aiebat ſibi breue viſum, quod illud orationi & Deiparæ inuocationi dediſſet vniuerſum. Quas poſtmodum liberatrici ſuæ gratias egerit procliuius eſt cogitatione quam verbis complecti.

2. Dedicatur Virgini Deiparæ inſigne templum apud Morinos magna Epiſcoporum ac nobilium frequentia. Templum id conditum fuit anno 605. ingenti ſumptu & inſigni amplitudine à Lothario 2. Gallorum Rege, quod Milo diu poſt anno 1133. Morinenſis antiſtes Deiparæ dedicauit, quæ dedicatio hodieque etiam cum octaua ait Ferreolus Locrius, annuè recolitur à Bolonienſibus. *Meyerus l. 5.*

3. Natalis S. Hiduuigis Duciſſæ Poloniæ. Huius corpus cum anno 1268. 16. Kal. Sept. eleuarētur conſumptis carnibus & membrorum

compage ſoluta, tres digiti ſiniſtræ manus eius inuenti ſunt omnino integri, & intra illos exigua imago Beatæ V. Mariæ, quam illa viuens crebro apud ſe ferre ſolita erat, & cum ea tumulata fuerat, eoquod moriens, adeo eam digitis iſtis ſtrinxerat vt commodè inde auelli non poſſet.

Hiſtor. Lauret. Turſell.

4. Anno 1389. Romæ vitâ fungitur Vrbanus 6. ſummus Pontifex.

Hic natali die Virginis, eius ædem Lauretanam viſitantibus cumulatiſſimam delictorum indulgentiam impertiuit, nempe certior factus de cæleſtibus flammis eo die ſupra ædem illam ſpectari ſolitis (de quibus vide 8. Sept.) ad Virginẽ ornandam inter variorum negotiorum curas, aliquid etiam deriuauit.

5. Anno 1618. publicis conſcribitur tabulis puerum ad vitam reuocatũ ope Deiparæ Weyerenſis. Res ita ſe habet.

Matthæus Ekkius filiolum vnicum habebat quem apoplexia ſubita vita priuauerat, quemque mortuum certo certius conſtabat, nam cum quateretur & vellicaretur, nullum vitæ ſignum dabat, & totum eius corpus inſtar ligni obriguerat. Cum corpus ad ſepulturam paratur, ſacrum pro eius anima celebratur. Sub ipſo ſacro dum hoſtia eleuaretur, vterque parens obnixè Deiparam obteſtatur vt per filium ſuum, cui omnia ſunt poſſibilia, reddat ijs filiolum ſuum. Addunt quædam vota. Itaque orantes vſque ad meridiem perſeuerant. Et ecce tibi paulo poſt puer ſeſe erigit, aitque matri ſe eſurire, ad patrem autem conuerſus: Agedum inquit, mi Pater, eundum

nobis

nobis eſt ad Dominam noſtram in Weyer. Poſt hæc vltrò ſurrexit, menſæ accubuit, & prandium more ſolito cum parentibus & tota familia ſumpſit.

Octobris 16.

1. ANno 1400. Martinus 5. Pontifex rediens ex Concilio Conſtantiæ habito, Mediolani 17. Kalendas Nouembris, qui hodiernus dies eſt, templum ſolemniter ſacrauit, ac Deiparæ dedicauit. Templum iſtud inter Chriſtianorum templa fortè primatum tenet. (Illud extruxit Ioannes Galleatius Mediolanenſis Dux ſub annum 1358.) ſeu magnitudo in eo ſpectetur, ſeu artificium, ſeu pretioſa marmora planè excellit. Eſt enim foris & intus niueo marmore ad tectum vſque incruſtatum, atque ſtatuis marmoreis ſanctorum & patriarcharum, noui & priſci teſtamenti Hiſtorijs mira arte elaboratis, vndiq; exornatum. In eo viſitur organum quod 4. aureorum millibus ſtetit. Gaudetque vno è ſacris Chriſti crucifixi clauis, quæ omnia ad ſanctiſſimæ Deiparæ decus faciunt. *Philippus Bergomenſis in ſupplemento ſupplementi.*

2. Anno 1611. Michael d'Eſne Epiſcopus Tornacenſis, Inſulis templum Societatis IESV magiſtratus munificentia erectum numini dedicauit Reginæ Virginum Mariæ nomine, ſub titulo Conceptionis eiuſdem. *Io. Buzelin.*

Octobris 17.

Annales Angliæ. 1. ANno 1177. in Anglia monaſterium Cerenceſtrienſe Deiparæ nnncupatũ fuit à Bartholomeo Oxouienſi Pontifice. Illi amplos redditus Henricus 2. (qui & ſolemnitati præſens interfuit) applicauit.

2. Anno Chriſti 707. obit Ioannes 7. Pontifex.

Hic Romæ Eccleſiam S. Mariæ nouæ reſtituit & exornauit. In eius ſummo altari imago eiuſdem Deiparæ à S. Luca picta colitur, quæ, cum templum hoc Honorio 3. Pontifice conflagraſſet, nihil ex incendio eſt paſſa. Idem Pontifex in Diui Petri ſepultus eſt coram altari Deiparæ Virginis, cuius & ſtatuam in medio variatũ imaginum in oratorio à ſe in eodem templo extructo (quas breuitatis cauſa omitto.) opere teſſellato collocarat, graui vultu decoram, armillis & coronis ornatam, expanſis manibus, Græco ritu, habitu coloris caſtanei, ſtaturæ palmorum quindecim. Ad eius dexteram ſtabat erectus idẽ Ioannes 7. veſtitus planeta, & ornatus pallio, habens in capite quadratum diadema, & ſublatum manibus offerens Deiparæ ipſum oratorium cũ hac inſcriptione.

Ioannes indignus Epiſcopus fecit,
Beatæ Dei genitricis ſeruus.

3. Anno 1517. publica fide conſtitit quendam vitâ functum ad vitam Deiparæ precibus rediiſſe.

Erat

Erat hic filius Dominici Sonis inſtitoris Hiſpani, cui vis morbi vitam abſtulerat, iamque linteo inuolutus erat, ac foſſa terra ad inhumandum, cũ ecce tibi parens memor memorabilium quæ Dei genitricis ope fiebant in Monteſerrato, ad eam ſe conuertit, & quo poteſt maximo animi ſenſu eã aduocat vt ſui miſerta, prolem vitæ reddat, nec omittit certis item votis ſeſe obſtringere. Mira res, imo cui nulla admiratio par eſſe poſſit, vix preces finierat, cum ecce tibi mortuus qui in ora foſſæ in eam mox inferendus iacebat: in pedes ſe erigit tam incolumis atque ſi nunquam ægrotaſſet.

4. Leone 6. Imperatore transferuntur reliquiæ S. Lazari Maſſilienſis Epiſcopi, quem Dominus ſuſcitauit à mortuis. Is eſt qui frequentius cum Martha & Magdalena ſororibus Deiparam excepit hoſpitio. Cum enim ex Euangelio conſtet eum Chriſtum habuiſſe hoſpitem, nihil dubitandum eſt, eos idem matri præſtitiſſe, matri inquam quæ, vt ſcribit S. Epiphanius hæreſi 78. erat aſſectatrix IESV cum ipſo ſemper exiſtens. Et quæ filij ſui infantiam (verba ſunt Auguſtini) ita proſecuta eſt, vt vſque ad crucem ab eius indubitanter miniſterio non receſſerit. Perpetuè (inquit Metaphraſtes) verſabatur cum filio, & ei ſemper aſſidebat. Vide plura apud Patrem à Caſtro c. 15. Hiſtor. Deiparæ.

Serm. de Aſſumpt. B. Mariæ.

Octob.

Octobris 18.

1. GErardus Cameracenſis Pontifex anno 1030. templum D. Virginis eò loci à ſe magno labore & ſumptu auctum ac reparatum ſolemniter & pluſquam ſolemniter (ita enim Chronicon) Deo in honorem Virginis dedicat, ſeptennium totum in eo opere poſuit. In quo nō omittendum, Deo & Deipara cooperantibus inueniſſe eum binas nō procul ab vrbe lapidicinas, vnde columnas cæderet, antea enim trigeſimo ab vrbe miliario (quod quidē opus valde remorabatur) aduehebantur. Hæc chronicon, in quo etiã. Id licet mirari quam miraculosè turris ipſa templi Virginei à ruina quam minabatur, ope Virginis fuerit eodem tempore vendicata.

Anno 1562. cælum petit B. Petrus ab Alcantara ordinis ſancti Franciſci Recollectorum.

Huic ſub mortem apparuere B. V. M. & D. Ioannes Euangeliſta, erga quos fuerat ſtudioſiſſimus, à quibus de beatitudine ſua proxima certior factus eſt. Vnde ex ingenti animi gaudio cępit canere ex Pſal. 121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi in domum Domini ibimus.

2. Hodie ſe in Toletano Hiſpaniæ templo Deipara viſendam præbuit S. Ildefonſo Archiepiſcopo, eique caſulam dedit. Apparitio tamen iſta celebratur 24. Ianuarij de qua vide ibidem fuſius.

Ioannes Magnus l 4. Metropolis.

3. Anno 1366. ſuperis iungitur B. Petrus Archiepiſcopus Vſpalenſis & regni primas.

Hic BB. V. M. peculiari coluit affectu, & verò frequenter eius viciſſim patrocinia experiebatur.

tur. De eo l. 3. Reuel. S. Brigittæ c. 13. & l. 4. c. 125. & alibi.

4. Natalis S. Lucæ.

Hic Chriſti fuit diſcipulus & Euangeliſta, & quæ de eius præcipuè infantia ex ore Deiparæ exprompta concepit, in ſuam contexuit Hiſtoriam Euangelicam. De eo ita ſapientiſſimus Idiota l. 1. contemplat. de B. V. M. cap. 3. Beatus Lucas, cui inter cæteros deſcriptio Dominicæ incarnationis tribuitur, Euangelij ſeriem à te Virgine Maria didiciſſe traditur. Idem dicit ſe accepiſſe narranda ab his qui ea viderant. At quæ ad infantiam Saluatoris pertinent ſola vidit Virgo. Igitur ex ore eius ea accepiſſe credendum.

Huius penicillo variæ SS. Deiparæ imagines ad viuum expreſſæ ſunt, quæ & hodie extát, & venerationem habent varijs in locis. Primus, inquit Metaphraſtes, id præſtitit, vt qui vellet etiam per imaginem verſari cum ea, quam deſiderabat, quod feruentiſſimi amoris eſt ſignum. Porrò de ijs vna viſitur Romæ in Sancta Maria Maiore (quæ per vrbem à Sancta Gregorio circumlata, luem ſæuientem extinxit) in ſancta Maria Ara cæli, in S. Maria in via lata (atque hæc imago annulum geſtat in digito) in ſancta Maria ad Campum Martium. Hinc templo adiunctum eſt cœnobium ſanctimonialium ordinis S. Benedicti quæ ante 600. & amplius annos ex Græcia cũ multis sãctorũ reliquijs veniẽtes, quod earũ Cameli reliquias has deferentes, ad hoc Deiparæ templum miraculosè conſtitiſſent, nec progredi poſſent, hoc in loco ſedem poſuere. Inter alias verò reliquias

erat

erat imago à S. Luca depicta, quæ aliquando poſt trabis proximæ incendium, inuenta eſt ad quendam puteum ab igne intacta & in aëre ſuſpenſa. Neapolis in templo S. Mariæ Maioris (quod eſt ex præcipuis 4. Parochijs) gaudet etiā vna ex iſtis Deiparæ iconibus à S. Luca depictę. Vt & variæ aliæ prouinciæ & templa. Ac Cameraci quidem colitur ex ijs vna, quę varijs fulget miraculis, ſed non eſt animus omnes recenſere.

F. Hyacinthus Choquetius S.T. D. in SS. Belgij ord. Prædicatorũ.

5. Frater Henricus de Calſtus Dominicanus piè vita fungitur.

Hic cum ſtudij vel orationis cauſa lumen haberet, illud extinctum eſt, & ſtatim circumfulſit eum lux magna, è qua quaſi muliebris vox prodire videbatur. Qui ſtupefactus ait: Deus meus quæ eſt hæc vox quam audio. Ego ſum inquit, Maria Mater Chriſti. Cui ille, ô Domina oſtende mihi faciem tuam gratioſam. Quæ reſpondit: adhuc puer es creſce & videbis me.

Aliquando ob dolorem cordis factus eſt velut mortuus ſtatimque permulti ei adfuere dæmones clamantes, noſter es & nobiſcum ibis, & tamen eum non tangebant, poſt altercationes plurimas apparuit lux magna & mox dæmones, aufugere, audiuitq; Beatiſſimam Virginem Mariam dicentem: Ego ſum ne timeas. Ad quam ille ô Mater miſericordiæ quare hoc filius tuus permiſit. At illa, per hæc quæ paſſus es, purgatum eſt quidquid in te erat crimino ſum. Et ſcies quādo te homines non oppugnabunt, dæmones te oppugnare non ceſſabunt. At cito finis erit, ſuſtine patienter.

Alias ei apparuit, eique contulit gratiam intelligendi in ſacra ſcriptura quidquid ad ſalutem pertine-

pertineret. Nunc ergo (ſubiecit) vade & lege miſſam. Porrò tu confiteri decreuiſti quod fratri tali pro ſuo bono dure reſpondiſti, ſcias quod in hoc non peccaſti, confitere autem quod tamẽ peccatum non reputas, quod nimis diu ſtetiſti in porta ſabulando, & poſt tepide confeſſus, dixiſti miſſam cum modico feruore.

Alias cum 2. Fratres Prædicatores eſſent in villa quæ dicitur Bonua, accidit vt vnus eorum ægrotaret, tunc Beatiſſima Virgo Maria dixit Fratri Henrico: vade ad illum fratrem quia moriturus eſt, audi eius confeſsionem ipſe enim oblitus eſt aliqua peccata, & ſunt hæc. Ego autẽ adero illi in morte & ſaluabitur, qui ſtatim perrexit ad eum & reduxit ei ad mentem illa peccata & ille ait, verum eſt, ſed ego oblitus eram. Frater autem abſoluit eum nec ei dixit. Vnde hoc ſecretum haberet.

Reſpondit interroganti cuidam, num abſque purgatorio tranſiret ad gloriam, grauiter enim ægrotabat, reſpondit: Beatiſsima Virgo Maria in exitu animam meam ſuſcipiet, & pluſquam trecentas animas mecum de purgatorio abducam.

Octobris 19.

1. ANno 1604. publica fide conſtitit antiquũ Vlcus & immedicabile ope Deiparæ collis acuti perſanatum.

Eo affecta & afflicta erat Ioanna Ruts in ſiniſtra tibia, vnde tam acuti ei dolores creabantur vt non die, non nocte vllam quietis partem caperet, & ad tibiæ ſectionem omnino propenderet,

ret, varijs ante adhibitis, at fruſtra remedijs. Audita autem fama miraculorum Deiparæ ſupranominatæ, eò ſe curru contulit, plena ſpe recuperandæ valetudinis. Eſt postquam coram ea feruenter oraſſet, ſecum detulit aliquantulum aquæ loci illius quæ eſt retro ſacellum, qua quotidie tibiam lauaret, Domum itaq; reuerſa, aqua illa vlcus abluit. Quod cum aliquoties ab ea factum eſſet, paulatim melius ſe habere cæpit, & nullo alio adhibito aut fomento aut remedio, vlcus paulatim pia illa lotione exſiccatum eſt, & panè curatum, ita vt bene longa itinera pedibus abſque vllo incommodo conficeret, cum ante, vix ſe loco mouere poſſet.

In vita. 2. Anno 1608. Louanij vitâ fungitur P. Martinus Delrio Societatis IESV, à lucubrationibus ſuis ſatis notus.

Is ardentiſſimo fuit in Deiparam amore, quē, cum lacte nutricis hauſerat, primas curas quas in Theologiæ ſacrarijs publicæ vtilitati vigilauit, & quibus in eadem ſcientia famæ ſuæ, ſuiq; nominis aleam iecit anno 1597. eidem Virgini anathema conſecrauit. Eæ ſunt florida Mariana, in cuius operis fronte hanc epigraphen ſculpſit ærè perenni victuram.

D. Matri S.
Dei genitrici ſemper Virgini,
Miſericordiæ matri,
Cælorum, terræ maris Reginæ,
Catholicæ Eccleſiæ protectrici,
Hæreſum expugnatrici,
Virtutum cunctarum ſpeculo.
O. M. patronæ.

Hoc

Hoc de corollis multicoloribus
Sertum pancarpium
Vouit, panxit, ſoluit
Seruulus Martinus Delrius
Ætatis 45. & ſalutis humanæ
anno 1596.

Aliquot poſt annis, opus Marianum non exiguum ſanè volumen omni ſcientia refertum nulli mortalium addixit, ſed huic vni Virgini, Epiſtolâ velut ſacra ſyngrapha, id publicè profeſſus illibatè iuſsit eſſe mancipatum, cuius operis vel ipſi tituli, quibus auctoratum prodijt, hanc præ ſe ferunt in B. Mariam, amoris flammam.

Speculum Marianum;
Speculum patientiæ & charitatis.
Ieſu & Mariæ
Polenica Mariana
Et de quibus prius diſſeruimus, nunc iterum prælo commiſſa.
Florida Mariana

Siue igitur togam ſiue ſagum indueret, pro Maria in agmine proficiſcebatur, ſtabat in acie, aut pro eadem in Theologorum ſenatu dicebat grauiſsimè, & cum penes eum eſſet, honorificentiſsimè decernebat. Nec illo contentus, magnæ operæ pretio, dictum à Salomone præſago quondam ſpiritu, cæleſti ſponſæ epithalamium explicare aggreſſus, & D. Virgini velut peculium quoddam conatus eſt vindicare, loquitur illud inſcriptio.

Eructauit

Eructauit cor meum verbum bonum
de caſtis nuptijs.
Vbi ſponſus Agnus eſt, ſponſa Virgo permanet.
Thalamus templum, Thronus ara,
Paranymphus Archangelus
Vbi partus non deintegrat.
Vbi virginitatis lilium, fœcunditatis roſa purpurat,
Hoc quidquid eſt verbi
Tibi Deus verbum.
A me minimum ſed à te maximum
Mihi creditum, fide bona reſtituo.
Tibi tuum do, dico, conſecro,
Te quoque Virgo mater
Compellans oro, obſecro.
Tu ſponſa ſponſarũ, hoc nuptiale munus adſpice
Tu ſerpentis annoſi calcatrix.
Tu geniminum eius perpetua triumphatrix.
Hoc tuere, & me tuum protege.
prophanos hinc procul pelle
pelle impuros,
pelle perfidos.
Amen.

Multi hac ætate eximio quodam nexu Mariæ addicti fuere: nullus tamen aut vix vllus palam, frendente licet hæreſi, notum vulgatumque voluit exhortationibus ad ſtudioſos inſtitutis Deiparæ ſodales tũ Leodij tum Louanij aut ſcriptis accuratius libris.

Hiſtor. Carnoteſ. 3. Apud Senonas tranſlatio SS. Martyr. & Pontificum Sabiniani & Potentiani.

De poſterioris officijs aduerſus Deiparam vide 17.

de 17. Septembris. Dum autem fieret hæc tranſlatio (vt hoc obiter dicatur) auditæ Angelicę voces, pſalmos gaudij plenos concinentes.

4. Anno 1581. natale S. Ludouici Bertrandi de Valentia Dominicani.

Hic ab ipſis incunabulis ita educatus eſt vt Deiparam præcipuo quodam ſtudio coluerit: Factus religioſus admodum lætabatur cum videret fratres laicos viuere in ſancta ſimplicitate regulamque ſuam ſeruare, qua præcipitur ne libros vllos habeant in cubiculo. Aiebat coronam Deiparæ eis eſſe vice librorum, magnumque eis exiſtere præſidium ad ſalutem. Cum nobilis quędam mulier in partu periclitaretur & timor eſſet ne non emitteret fœtum viuum: ipſe ſequentem Antiphonam chartæ inſcriptam mulieri tenendam cum accenſo cereo tradidit: *Neſciens mater Virgo virum, peperit ſine dolore ſaluatorem ſæculorum, ipſum regem Angelorum, ſola Virgo lactabat vbere de cælo pleno.* Itaque puerum feliciter enixa eſt, qui & aqua ſalutari tinctus fuit.

Aragonici regni Prorex Iacobus Ferrerius ſcripta quædam magni momenti amiſerat; quæ vt recuperaret ſanctum Bertrandum adit, rogatque vt pro ſe apud Deum preces fundat. Age, inquit, nouem vicibus recita Canticum Virgineũ: Magnificat anima mea Dominũ, ego idem præſtabo, curaboque hoc ipſum vt faciant mei fratres. Nec incaſſum, nam biduo poſt relata ſunt ad proregem ſcripta.

Communis fama eſt imaginem Deiparæ (quæ etiamnum ſeruatur Valentiæ in Hiſpania in cubiculo S. Vincentij Ferrerij eiuſdem ordinis) ei locutam eſſe. Vt & ante collocuta erat cum

Digitized by Google

eodem D. Vincentio.

Idem D. Bertrandus Deiparæ roſarium integrum quotidie recitabat, illud ſemper ſecum deferens, etiam noctu, quo tempore illud ad collum appendebat.

Vix vnquam concionabatur quin vel hiſtoriam, vel miraculum, vel quidpiam aliud insereret de roſario. Moriturus ſuauiſſima cum Deipara miſcebat colloquia. Et à ſuis fratribus cæteriſque aſtantibus rogauit vt ſtatim à morte pro eo recitarent ſexies orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam cum totidem gloria Patri &c. quo eum liberarent à pœnis purgatorij, prout illi ordini & D. Franciſci familiæ à ſummis Pontificibus eſt indultum.

Octobris 20.

Albertus Crant. 3. in metropoli. 1. VItâ fungitur Alexander Hallenſis Minorita, is qui vitæ fons dictus eſt.

Hic tanto in Deiparam ferebatur affectu vt conſtituerit nulli vnquam ſe quidquam negaturum quod nomine Deiparæ peteretur, quod cum intellexiſſet quidam Franciſcanus, videns eum Doctorem celeberrimum, cui nullus par in Academia Pariſienſi, ad eum acceſſit, & per Diuam Mariam, inquit ad eum, obſecro te vt nobis accedas. Is miſſum à Deo credidit hominem & ilico eum ſequitur, fitque ſancti Franciſci alumnus.

Vaſcõcellus. Huc refero, quamquam in diſſimili re, ſimile propoſitum, Ioannis ſecundi Luſitaniæ Regis cognomento Maximi, qui cum è Chriſti Domini tormentis plagas quinque ſingulari quadam reli-

religione proſequeretur, votum nuncupauit concedendi cuilibet quidquid ijs interpoſitis obſecraretur. Rem diu ſecretam data prope mortem occaſione patefecit. Adſtabat morienti è prima nobilitate quidam, is extremas rei familiaris anguſtias profeſſus, Regem enixè deprecatus eſt ob Chriſti vulnera vt eius egeſtatem aliquo ante obitum auxilio releuaret, tū vero Ioannes inſita miſericordia, præter annuos reditus non mediocres, homini, quâ ipſemet vtebatur, argenteam ſupellectilem vniuerſam dono dedit.

Tranſlatio S. Adelberti.

De eius in Deiparam affectu vide 23. Aprilis.

Octobris 21.

ANno 1604. Publicis conſignatur tabulis miraculoſa curatio inſanabilis vlceris.

Eo iam annis vigintiquinque cruciatus erat Antonius quidam in tibia, quod tam malignum erat, tantoque & tam fætenti pure exuberans, vt multi ſentirent os ipſum eſſe vitiatum. Neque verò deſijt varijs vti remedijs etiam diuinis, vt peregrinationibus ad variorum ſanctorum memoriam, at ſine affectu. Tandem auditis miraculis quæ creberrima fiebāt in colle Acuto à SS. V. Deipara, nactus eſt fruſtulū ſacrę quercus quæ olim continuerat eius imaginem, cum numiſmate argenteo eiuſdem. Quod vtrumque cum in aquā immiſiſſet, ea aqua 9. dies continenter lauit affectam tibiam, varias ei lotioni pias preces addens. Vix primam lotionem adhibuerat, cum ex-

peritur vlcus illud quo 25. annos afflictus fuerat paulatim claudi, ita vt exactis nouem diebus lotionis, perfectè cicatrix coierit. Cuius miraculi plurimos oculatos teſtes producit Hiſtoria Montis Acuti.

Octobris 22.

1. ANno 1589. miraculoſa pueri quinquēnis à morte ſeruatio.

Hic ex equo quo vna cum patre vehebatur, in ſaxa rupeſq; deciderat, vnde & in capite, alijſq; partibus grauiter ſaucius erat, ita vt pater de eius ſalute deſperaret. Itaque eū enixè Deiparæ Mōtiſſerrati commendat. Vix preces finierat, cum pueſulus eleuato capite, nē inquit mī pater te crucies quæſo, adhuc enim in viuis ſum beneficio cuiuſdam matronæ, quæ mihi ſeſe viſendam præbuit, iuſſitque me omnem timorem ponere, neque enim ex eo caſu interiturum, at breui curatum iri. Quod & accidit, nam intra paucos dies omnino conualuit.

2. Hieroſolymis ſanctæ Mariæ Salomæ.

Hæc cum Deipara adfuit Chriſto morienti Marci 15. Matthæi 27. eandemque ſolita erat ſequi in itineribus ſuis cum Chriſto (cui indiuidua adhærebat SS. Virgo) eique miniſtrare.

Nonnulli eam putant fuiſſe Domino conſanguineam, & ſororem fuiſſe matris eius, atque ob id Matth. 2. filios eius Iacobum & Ioannem ſperaſſe ſeſe per illam ratione conſanguinitatis facilius quod volebāt (prima loca in eius regno) impetraturos, vide Hiſt. virginalē P. à Caſtro c. 1.

3. Anno

3. Anno 1461. Pius 2. Pontifex in album ſanctorum refert S. Catarinam Senenſem.

Quanto iſta affectu coluerit SS. Deiparam vide 29. Aprilis.

4. Anno 412. creatur Epiſcopus Alexandrinus S. Cyrillus, inuictus dignitatis matris Dei propugnator, quem & Cœleſtinus Pontifex dignum cenſuit cui in Concilio Epheſino, vbi Dei matris honor ſancitus eſt, partes ſuas demandaret. Vide 6. Aprilis.

Octobris 23.

1. ANno 1456. ad ſuperos euolat B. Ioannes Capiſtranus Minorita. *In vita eius apud Sedulin.*

Super huius caput dum Aquilæ in regno Neapolitano de Deiparæ laudibus ac virtutibus concionaretur in platea S. Mariæ, apparuit ſtella quę ab vniuerſa concione viſa eſt, cumque id mirarentur auditores & inter ſe conferrent, ipſe de commotione eorum pariter admiratus, cœpit quærere quid inter ſe muſſitarent. Illis quod res erat indicantibus ipſe caput erexit, eandem ſtellam euidentiſſimè conſpexit. Hæc autem eadem ſtella aliquantò ante ibidem, concionante D. Bernardino & illud ex Apocal. explicante: *Signum magnum apparuit in cælo*, viſa fuerat quæ & miro ſplendore vultum eius decorabat: Illud porrò non ſilendum, eandem ſtellam ſequenti die ſeſe itineris ducem exhibuiſſe B. Capiſtrano Aquila Romam tendenti ad ſollicitandam canonizationem eiuſdem D. Bernardini.

Huius B. Capiſtrani indulto Gregorij 15. feſtum celebratur hodie ab omnibus tam fratri-

bus quam monialibus ordinis D. Franciſci, & de eo officium recitant de communi Confeſſoris nõ Pontificis, ac de eo Miſſam celebrant. Quam facultatem quoad Miſſam etiam extendit ad ſæculares in Eccleſijs FF. S. Franciſci celebrantes Pontificatus ſui anno 2. anno autem à Chriſto 1622. 10. Sept.

Thomas Coſtus in Hiſtor. Neapolitana.

2. Petrus Aragonius Alfonſi frater (qui cum Renato Andegauenſi de Regni Neapolitani poſſeſſione armis contendebat) cum Neapolim obſideret, & quateret tormentis eius murum qui eſt prope templum B. V. M. de Carmelo, ex illo templo, tormento percuſſus occubuit pila tertio ad terram illiſa, quarto ictu caput ei comminuit. Licet Alphonſus eundem monuiſſet ne verſus Deiparæ templum tormenta dirigeret.

Mariana

Habet ibidem de crucifixi imagine in eodem templo Deiparæ, quæ ictum globi è maiori tormento emiſſi, caput demittendo inſigni miraculo declinauit. Et etiamnum idem caput viſitur aliquantulum ſolitò depreſſius.

Octobris 24.

1. NAtalis dies S. Gerardi Epiſcopi & Martyris.

Hic in templo S. Georgij, aram extruxit Deiparæ, ante quam thuribulum argenteum collocauit, eiuſque miniſterio duos prouectæ ætatis homines adhibuit, qui iugiter illic vigilarent, atq; operam darẽt ne vnquam ibi thymiama deeſſet. Singulis ſabbathis cum nouem lectionibus vt in die Aſſumptionis, magnis laudum præconijs, deuotionis ſuæ officium illic explebat. Cæteris autem

Digitized by Google

tem diebus bis cum proceſſione eò venire ſolebat poſt matutinas & veſpertinas preces. Porro ita SS. Virginem venerabatur, vt ſi quis reus veniam ab ipſo peteret per nomen matris Christi, mox audito nomine matris miſericordiæ, pater ſanctus lacrymis perfunderetur, & perinde ac ſi ipſe reus eſſet, à reo veniam peteret, filium quoque ſuum illum fore affirmans ſi eam ſincerè Dei genitricem crederet. Ipſo authore, ab Hungaris non pronuntiatur nomen matris Dei, ſed dominam eam vocant. Si ſit autem pronuntiatum ab aliquo nomen eius, ſtatim flexis genibus, ac demiſſis in terram capitibus ſeſe inclinant.

2. Natale S. Procli Epiſcopi Conſtantinopolitani.

Hic contra Eutychetem ſtilum ſuum exercuit negantem Chriſti carnem de Beatę Virginis vtero ſumptam. Vide 26. Iunij.

3. Anno 1604. feliciter obit Hieronymus Carnualle Luſitanus Societatis IESV. De eo ex fida aliorum narratione hæc P. Douterman.

Hic cum Deipara magnam & arctam contraxit neceſſitudinem, quam tenerrimè diligebat, & ab ea viciſſim diligebatur, quin & viſitabatur, & ſuaues cum ea miſcebat ſermones.

Aliquando cum ob pœnas purgatorij, quas valde formidabat, ſubtriſtior eſſet, apparuit ei Deipara, ne, inquit, ita vehementer angaris, ego namque non tantum aduocata ſum peccantium in hac vita exiſtentium, ſed etiam dum igne purgatorio purgantur. Diuina reuelatione (vt putatur ipſius Deiparæ) præcognouit diem mortis. In eius enim ſchedulis inuēta ſunt verba iſta: ad-

Digitized by Google

huc ero ſuperſtes 15. annis. In alia autem hæc, adhuc mihi ſuper ſunt anni 5. vitæ, quod experientia ipſa verum eſſe docuit.

Octobris 25.

1. ANno ſalutis 1495. in Domino obijt Ioannes 2. Luſitaniæ Rex omni laude ſuperior.

Vaſcon-cellus. Hic mira fuit in ſuperos omnes, ac beatam præcipuè Dei genitricem obſeruantia, vtpote quam per ſingulos dies, horis & id genus precibus alijs pijſſimè demereretur. Tandem poſt vitam ſanctiſſimè actam, ſæpiſſimè inuocatis IESV & MARIÆ nominibus in illis tandem verbis: Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miſerere mei, fœliciter expirauit.

2. Anno 1619. à Paulo 5. Franciſcus Xauier Societatis IESV in Beatorum Catalogum adſcribitur.

Quemadmodum hic B. V. M. coluit vide 2. Decembris.

2. Archiepiſcopus Toletanus Archiepiſcopale templum conſecrat ac D. Virginis clientelæ nuncupat, ſub annum Domini 1075.

Hiſpaniæ Reges, potiſſimũ Alphonſus ſextus, Ferdinandus & alij Eccleſiam iſtam ſummis opibus ditarunt; ſolus Archiepiſcopus (qui & regni primas conceſsione Pontificis) annuè fertur poſſidere trecenta aureorum millia. Eſt autẽ Regni *Mariana l. 12. c. 3.* Cancellarius, qui magiſtratus olim ſuprema & maxima ſecundum Regem poteſtate erat præditus. Septemdecim in eo templo concilia celebrata

brata ſunt, plurimos habet de ſuis Antiſtitibus Toletana Eccleſia in ſanctorum numerum relatos. Quæ vniuerſa ad Deiparæ laudem non parum faciunt.

3. Anno 1415. Inſignem Henricus 5. Angliæ Rex de Gallis victoriam refert ope Diuæ Virginis cui erat addictiſsimus.

Centum quinquaginta millia pugnatorũ habebat Gallus ita vt Anglorum numerum ſextuplo excederet. Iam victoriam cecinerat Gallus, iactabatq; ſe iam Regem Anglum incluſum habere, nuntioſq; ad ciuitates mittebat vt ſibi gratularẽtur, ad Henricum etiam. Mittit qui quærat quanti vellet ſe redimere, cum ferunt reſpondiſſe intra binas aut ternas horas ita vſu venturũ vt potius Gallis quam Anglis de redemptione ſit cogitandum. Id etiam proditur, tota nocte quæ prælium antegreſſa eſt, Gallos varijs muſicis inſtrumentis amicos ſuos oblectaſſe, quaſi more cignorum exequias ſuas præcinerent. Interim neque à ſtupris neque à cædibus & ſacrilegijs abſtinebant. Porrò Henricus ſuis iubet vt die pugnæ omnes orando ſeſe ad Deum conuerterent, & præmiſſa confeſsione ſacram Euchariſtiam perciperent, nec non Diuæ Virginis opem enixè implorarent. Factum à ſingulis non impigre, & prælium eò alacrioribus animis ſuſceptum. Gallorum decem millia cæſi, reliqui profligati, & pars intercepti. Idem author duas alias narrat miraculoſas victorias Henrici Regis Angli infra octauam Aſſumptionis Deiparæ, eò quod illam Rex impenſius coluiſſet. Vide de eodem 30. Auguſti.

Th. Walſius.

Octob.

Octobris 26.

VItâ fungitur P. Andreas Fruſius Societatis IESV.

Hic ad cæteram rerum omnium excellentem notitiam, trium erat linguarum principum notitia inclitus, & poëſi, qua in hæreticos infeſtiſſimos Deiparæ hoſtes ſcriptis verſibus exagitauit.

Octobris 27.

1. ANno 1303. Romæ coronatur Pontifex Benedictus 11.

Hic ordinem ſeruorum B. M. V. approbauit & priuilegijs ornauit: Hunc ordinem Philippus Tudertus Florentinus ſub annum 1285. inchoauit ſub Martino Papa, ad id diuino impulſus oraculo ipſis ferijs Aſſumptionis Deiparæ. De quo vide 15. Auguſti.

2. Anno 1439. diem extremum claudit Imperator Albertus 2.

Hic tãto animi ſtudio ferebatur in Virginem, in religionem Catholicam, in cæremonias, in ſymphoniam Eccleſiaſticam, vt indignum non arbitraretur ſua maieſtate publicè cum clero tũ Dei tum Deiparæ laudes occinere.

Octobris 28.

Hiſt. MS. eiſſerrat. 1. ANno 1513. ſolemnes gratiæ aguntur à Ioanne Artes Hiſpano, quod ſe Deipara plurimis confectũ vulneribus ſanitati reddidiſſet.

Hunc

Hunc quodam die ſub auroram aggreſſi ſunt 7. ſicarij ab eius hoſte miſſi ad eum trucidandum, qui & ſagittis & lanceis & gladijs inſtructi, multis locis miſerum vulnerarunt, nam in capite tria ei læthalia vulnera inflixerunt, in collo vnum in ſcapulis & femoribus bina, in tibijs tria, in altero pede vnum, in vtraque manu ſimiliter vnũ, aliaque in brachijs. Quæ quidem gladio duntaxat inflicta fuere, nam ſagittis alibi etiam vulneratus eſt, quibus & ei ilia transfixerunt. Quid hic faciat miſer tot vulneribus cõfoſſus! licet humi iacens, toto animi conatu ac deuotione Deiparam inuocat. Nec fruſtra: Ita enim eum roborauit talemque iniecit metum hoſtibus, vt exurgens, eos omnes ante ſe fugauerit, extremoſq; fugientes grauiter ſauciarit, ac paulo poſt eadem perfectam ei ſanitatem reſtituit. Ipſe beneficij memor ad ſacram ędem gratias acturus ſeſe contulit: ſeſeque in annum vnum ſeruitio ſanctæ iſtius domus addixit: ac tabulam pictam in miraculi teſtimonium ibidem collocauit.

2. Natale SS. Apoſtolorum Simonis & Iudæ.

Hi nepotes erant Deiparæ ex parte Ioſephi & filij Mariæ & Alphei. Vide 9. Aprilis. Quomodo autem Chriſto toto triennio adhærentes etiã in Deiparę comitatu fuerint, vide ex SS.PP. 17. Octobris.

Octobris 29.

1. DEipara mulierem quandam à ſubmerſione liberat. De eo fuſius Vincentius Belluacenſis. *L.7.c.85.*

In loco

In loco qui tumba dicitur, eſt Eccleſia D. Michaelis Archangeli, quæ oceano cincta, qui terribiles habet æſtus, acceſſus & receſſus, non enim mare hic, vt alibi, paulatim accedit & recedit, ſed terrifico ſonitu & curſu accurrens, ſæpe intercipit iter agentes. In feſto igitur Archangeli, turbis ad eius templum confluentibus, ac in medio arenæ poſitis (erat autem inter eos mulier paupercula vterum ferens vicina partui) ecce mare ſubito fremit & arenam tegit aquis: diffugiunt omnes, ſola remanente muliere ob infirmitatem & nimium terrorem vſu pedum deſtituta, & quod in eam irruiſſent dolores ſubiti. Clamore quidem omnia complebat, ſed fruſtra, quiſque fuga ſaluti ſuæ conſulebat. Igitur ad Deum recurrit, eumque cum SS. Dei genitrice ac B. Michaele inuocat, populus quoque ad hoc ſpectaculum mulieris mari cinctæ ac diuos implorantis accurrens, manus ad ſidera tendens Deum Deique matrem pro mulieris ſalute deprecabatur. Aduenit itaque pia Dei mater, & vt mulieri videbatur, mantica ſuper eam proiecta, ita intactam à mari reddidit, vt nec minima aquæ gutta eius veſtem tetigerit. Ibi vero quaſi tutiſſima in domo fuiſſet. Filium enixa eſt, ſine timore ibi permanens, donec iterum mare remeans liberum iter mulieri præberet. Itaque cum puerulo ſalua ad littus appulſa mirum ſpectaculum populo præbuit.

Octob.

Octobris 30.

1. ANno 1340. Inſignis de Mauris Deiparæ hoſtibus parta victoria in Hiſpania. *Mariana l. 6.*

Alphonſus Caſtellæ Rex adiunctis Aragoniæ & Luſitaniæ regibus, licet vix quartam hoſtium partem exæquaret. Deo tamen & Deipara Virgine freti ingẽtem eorum exercitum aggreſſi ſunt ad Tariffam vrbem quam obſidebant. Magna eorum clades facta, ſupra ducenta Maurorum millia in prælio fugaque cecidere. Captiuorũ ingens numerus. Caſtra hoſtium plena omnis opulentiæ regiæ, priuatæque erant, multa veſtis pretioſa. E Chriſtianis (quod propè miraculum ſit) viginti deſiderati non amplius. Hiſpani nobiliſſimã hanc victoriam hodie anniuerſarijs ſacris feſtaque lœtitia, veteri inſtituto celebrant. Eo tẽpore quo parta eſt tota Hiſpania inſtitutæ ſupplicationes, Diuis immortalibus actæ gratiæ, ac dies feſti, ludi, ſpectaculis, tripudijſque Hiſpanorum more agitati. Quam pretioſa dona ab his Regibus miſſa ſint ad Benedict, 12. è Maurica præda vide ſupra citatos. *Ciaccon. in Bened. 12.*

Octobris 31.

1. ANno 1383. extremum diem claudit Ferandus primus Luſitaniæ Rex.

Hic templum auguſtum à Nazareth dictum fabricari iuſsit, in quod iconem quandam Deiparæ plurimis celebrem miraculis intulit.

Vide fuſius de ea 14. Septembris. *Hiſtor. Carnotenſis.*

2. Anno circiter 1116. in vita miraculoſe ſeruatur

tur Carnuti quidam puer.

Hic ceroferarij perſonam ſuſtinebat in ſolemni proceſſione, quæ ibidem fiebat in ſacra æde ſubterranea templi Deiparæ, qui non aduertens vbi pedem figeret, corruit in puteum vicinum (quem à martyribus in eum proiectis vocant puteum fortium) illæſus tamen ope ſcilicet Deiparæ. Cũque ab eo peteretur quid ei accidiſſet in fundo putei exiſtenti (diutius enim in eo remanſit) Audiui inquit iubilantes Angelos, ac publicis precibus quæ in Eccleſia Deiparæ canebantur reſpondentes.

Ex compendiolo vita ſcripto Hiſpanicè.

3. Obit in Domino Alphonſus Rodriguez Societatis IESV qui ab ineunte ætate Virgini addictiſſimus fuit. Aliquot ante obitum annis ſolitus erat quotidie recitare officium Immaculatę conceptionis, cui myſterio admodum erat deuotus, cui & reuelauit Deipara non parum ſibi placere officium iſtud. Quare ad id recitandum quos poterat hortabatur. Tam frequens erat in recitando roſario, vt inde digiti eius callos contraxerint. Sæpiſſimè ei Virgo cum filio apparuit, cui vtrique perſamiliaris fuit, vtrumque vocabat ſuos lepores, ſuos amores, ſuas delitias. Cum vtroque familiariter tractabat tanta animi teneritudine & ſenſu de ijs agebat vt eoſdem affectus in audientibus pareret. In extremo ſuo morbo qui fuit acutiſsimus, vtpote calculus, perpetuis abundabat ſolatijs à IESV & MARIA, frequentiſsimeque iterabat verba iſta quæ ab ijſdem doctus erat dicere. IESVS, MARIA, dulciſsimi amores mei: ô vtinam patiar, ô vtinam veſtri amore moriar. Vtinam deſinam meus eſſe vt totus veſter fiam. Triduo ante obitum in extaſi fuit. Quo

tempo-

tempore auditus frequēter dicere: ô dulcis IESV, ô dulciſsima mater mea, vita eius vbi ſuperiorum permiſſu ſcripta erit, numerabitur inter eas quæ excellunt, ac de paucis ſanctis leguntur ea priuilegia quæ de hoc narrantur.

Conſuetudo illi perpetua cum Angelis & SS. In ijs 24. habebat (quaſi 24. ſeniores) quos qualibet hora compellabat, etiam nocte, quam ob rem & diuinitus excitabatur. Eius deuoti exercitij aliquale præmium fuit raptus in Deum. Quando vidit omnes beatos, eoſque ex nomine cognouit, aliaque de ijs ſigillatim intellexit, quaſi cum ijs in omni vita ſua tractaſſet.

NOVEMB.

Digitized by Google

NOVEMBER.

Nouembris 1.

1. Feſtum Deiparæ Virginis & omnium ſanctorum. Feſtum hoc inſtitutum à Gregorio 4. ſub annum 827. Ante cum ſub annum 607. Bonifacius Papa 4. Romæ expurgato deorum omniũ phano, pantheon dicto ab idololatriæ ſordibus, illud Dei genitrici & martyribus omnibus 13. Maij dedicauerat. Quo etiam die feſtum in eorũ honorem celebrabatur, quod Gregorius 4. ad ſanctos omnes extenſum voluit.

2. Ad Deiparam etiam feſtum iſtud pertinere probat S. Antoninus, quia inter ſanctos omnes ipſa primas tenet, & in ipſo feſti officio præcipuo quodam honore colitur, vt videre eſt in 2. reſponſorio & hymnis eius diei, in quibus Deiparæ memoria reliquis ſanctis præmittitur.

3. Romæ ſub annum Domini 713. liberat Deipara quandam energumenam. De qua fuſius Baronius tomo 8.

Venerat hæc ex Oriente vt per merita ſancti Anaſtaſij

Anaſtaſij Martyris, cuius corpus requieſcit Romæ in templo Dei genitricis, vbi S. Paulus fuit decollatus, in loco, qui dicitur ad aquas Saluias. Tandem poſt varias dæmonis tergiuerſationes, ipſe per os puellæ exclamare cœpit, ecce dico vobis quia Maria, Paulus, & Andreas obtulere iſtius mali ſenis Epiſcopi (erat hic pater puellæ natione Syrus) & Monachorum lachrymas ante Nazarenum, qui dedit poteſtatem Anaſtaſio vt me eijceret de corpore iſto Kal. Nouembris, quod, & contigit. Hiſtoria hæc eſt lectu digniſſima, qua habentur multa ſcitu pariter digniſſima.

4. S. Carolus Borromeus refertur inter SS. anno 1609. à Paulo 5.

De huius erga Dieparam ſtudio vide 4. huius. *Chronic. ordinis.*

5. Anno 1261. piè obit B. Frater Romeus Dominicanus.

Hic quotidie millies ſalutationem Angelicam recitabat ad quod chordulam mille nodis diſtinctam habebat.

Idem in familiaribus colloquijs nullius alterius fere mentionem faciebat. Magni erat zeli in eius cultu propagando, in concionibus quas frequentiſſimas habebat, ſemper aliquid de incarnationis myſterio ac de Sanctiſſima Dei genitrice inferebat, in omnibus aduerſis nullius opem tam feruenter quam Reginæ cælorum implorabat. Vigeſimo quarto ab eius obitu anno, propter crebra ad eius tumbam miracula, refoſſum eius ſepulchrum in quo corpus eius incorruptum repertum eſt, & ante altare SS. V. M. reconditum cum hac inſcriptione.

Hæc ſunt in foſſa fratris venerabilis oſſa
Dicti Romei qui fuit arca Dei,
Hic Ieſum atq; piam dilexit valde Mariam.

Ex litteris ann. 1622. Supradictus porrò numerus ſalutationum Angelicarum, reuocat in mentem quod narratur in nuperis litteris Iaponicis. Vetula quædam in Iaponia Orientali, ita ardenti affectu colebat Amidæ idolum vt (quod alias incredibile videretur, niſi ſufficienter conſtaret de rei veritate) quotidie nomen eius repeteret centies & quadragies millies ſub hac formula, Namu Aminabud, cui impietati vt tempus ſufficeret, ſtatim prima aurora ſurgebat è ſtrato, quo etiam tempore ſentiebat aliquem qui eius latus percutiebat, licet nunquã cognoſcere potuerit quiſnam is eſſet. Cæterum hæc audito catechiſmo ita ſe internis ſancti Spiritus motionibus ſenſit agitari vt baptizata ſit, concrematis vniuerſis ſuperſtitionis ſuæ codicibus. Atque Amidæ ſtatua magni pretij. Inſuper priorem ſuam ſuperſtitionem in inſigne pietatis exercitium commutauit, nam toties repetijt in dies ſingulos ſanctiſſima nomina IESV & MARIA, quoties antea iterabat nomen Amidæ, quod quidem non ſine ſenſu & gaudio exercebat, neque minore aliorum emolumento, nam breui tempore vniuerſam familiam ad Chriſti cultum conuertit.

6. Anno 451. Finis imponitur ſexdecim actionibus, vniuerſali Concilio Calcedonenſi 630. Epiſcoporum contra Eutychetem Deiparæ hoſtem. De eius hæreſi vide 26. Iunij.

7. Anno 1426. ad ſuperos migrat Conradinus

radinus à Brixia Dominicanus.

Huic ſe viſendam duabus ſtipata Virginibus præbuit Deipara, poſtquam ipſe ſe ad carnalis ignem tentationis extinguendum ita immaniter flagellis cecidiſſet, vt ſanguinis riui per cubiculum fluerent, ad quem illa in hæc ferè verba. Iampridem agnoui, fili dilectiſſime, quo aduerſus me ſis animo, & quanta cum diligentia illibatum ſeruare niteris Virginitatis florem. Noueris ergo te nihil à filio meo poſtulaturum quod non ſis impetraturus. Quod vt verè tibi à me dictum conſtet, en tibi confero donum caſtitatis, cuius deſiderio tantopere ſemper arſiſti. Et hæc dicens ei renes pretioſo vngit oleo cum his verbis. Hac vnctione corroborentur renes tui ne deinceps vllum carnis aculeum perſentiſcas. Porro quod hæc fuerit eximia prærogatiua, eaque pauciſſimis conceſſa, locus in quo viſio illa contigit, magnam etiamnum habet venerationem. In obſequio peſtiferorum & ipſe peſtilentia eſt aſſumptus. *Leon l. 5.*

Nouembris 2.

1. ANno 1618. publicis inſcribitur monumentis hernioſi miraculoſa à Deipara curatio. *Hiſtoria Foyenſis.*

Eam expertus eſt Martinus Pieleteus ex Soreinna (vicus eſt Foyenſi proximus) erat is annorum ſex & ſexaginta, & iam 12. ipſos cum hernia grauiſſimè conflictabatur, quæ paulatim eò tumoris proceſſerat, vt geminos æquaret pugnos, ingentiaq; alui tormina ſuo deſcenſu prouocaret. Ad annum igitur ſextum decimum ſu-

manum ſentire certò quæ fricaret & demulceret partes cauſſarias, & dolorem tolleret, atque adeò ſanaret. Quam manum niſi diuinam? Itaque omni malo etiam herniæ mox depulſo in ipſo templo conualuit.

De viris illuſtr. 2. Natale B. Philippi Martyris Indi ex ordine S. Dominici.

Hic integram quadrageſimam in honoré Deiparæ ita ieiunabat ante feſtum Aſſumptionis eiuſdem vt Dominicis dumtaxat diebus cibum caperet.

Thoſſunan. in Hiſtor. Fran. 3. Anno 1230. cælum ingreditur B. Helena ordinis D. Franciſci.

Huic totos 15. menſes febre & pleuritide laboranti & hymnos in ſummis doloribus decantanti apparuit B B. V. M., Patauij quieſcit eius corpus quod ſeſe magno cum ſtrepitu mouet quando ciuitati aliqua clades imminet, verbi gratia peſtis aut belli aut alicuius ſimilis mali.

4. Anno 1584. ſuperis iungitur Sanctus Carolus Borromeus.

Autores vitæ. Hic Deiparæ impensè fuit addictus, eam ſibi in patronam ſingularem aſſumpſerat, eiuſq; perfugio in rebus aduerſis fidenter vtebatur. Virginis officium in optimam formam reſtituit à ſede Apoſtolica approbatam, quod & quotidie recitabat genibus flexis, addita corona, quam ne in ipſo quidem itinere omittebat. Omnibus Deiparæ vigilijs pane & aqua ieiunabat, & quoties pulſaretur ad Aue Maria, mox etiamſi in lutulenta eſſet via, genua flectebat, de equo etiam deſiliebat vt genu flexo ſalutationem Angelicam recitaret. In ſua Eccleſia erexit aram roſarij, cuius Sodalitatem illic inſtituit impetratis à Pontifice

omnibus

omnibus indulgentijs quibus gaudet Sodalitas Roſarij Romæ. Quolibet primo Dominico die menſis, voluit haberi ſupplicationem adhibita Virginis imagine. Statuit vt ad Mariæ nomen Sacerdos celebrans & clericus miniſtrans caput inclinarent ad exemplum populi. Inſuper vt ſupra Eccleſiarum parochialiũ fores Deiparæ effigies proſtraret.

Idem populum hortabatur vt præcipuis Deiparæ feſtis communicaret. Inſtituit vt omnes etiam milites Deiparæ ſemper imaginem ſecum haberent, eiuſque officium recitarent quotidie. Omnia quæ ipſe condiderat collegia, Sodalitia, confraternitates & loca pia ſub Virginis patrocinio præſidioque conſtituebat, eamq; ipſe in aduocatam tribuebat, ac iubebat vt ſinguli Sodales ac fratres ad ſtudium erga eam declarandum, eius roſarium & officium recitarent. Neq; omittendum, cum itinera longa ac difficilia ſuſcepiſſe peregrinando vt Beatæ Virgini dicata templa ſuis pedibus inuiſeret. Aræ ſupradictæ roſarij, largitus eſt pictam tabulam vbi Florentinæ Annuntiatæ effigies ad viuum expreſſa eſt, ſibi multo ante donatam à magno Etruriæ Duce Franciſco Mediceo. Hæc Ioannes Petrus Guillanus l. 8. c. 2.

Nouembris 5.

1. ANno 1599. Clemens 8. impertijt Indulgentiam plenariam in templo Deiparæ Hallenſis, de qua vide 3. Martij.

2. Feſtum S. Eliſabeth, SS. precurſoris Domini genitricis. *Martyr. Rom.*

Hæc fuit cognata Deiparæ,digna quà ſtatim à conceptione filij Dei ab ea viſitaretur, & cum ea permaneret quaſi menſibus tribus. Digna quæ eam amplexaretur eiuſq; ſanctis colloquijs frueretur, & cæteris gauderet ex Deiparæ cum nato ſuo præſentia,priuilegijs, quę ex verbis Diui Lucę facilè eſt colligere. Vide Iunij 24.

3. Anno 1492. Atrebatum inuocata Deipara Hallenſi principi ſuo reſtituitur,& à Gallorum Dominio liberatur miro ſtratagemate, de quo fusè Pontus Hutherus in Maximiliano, vide etiam 12. Ianuarij.

Æmilus in Philippo. 4. Anno 1220. poſt annuam obſidionē occupata à cruceſignatis Damiata ſeu Æliopolis in Ægypto. Pelagius legatus Apoſtolicus præcipuā Damiatæ Moſchean, ritu ſolemni in Baſilicam Deiparæ conſecrauit.

Martyr. Rom. 5. Natale S. Zachariæ ſacerdotis & prophetæ patris S. Ioannis Baptiſtæ.

Hic cognatus erat Deiparæ ratione S. Elizabethæ eius vxoris, quæ à ſacris Euangelijs dicitur cognita eiuſdem. Eodem die S. Elizabeth præcurſoris Domini mater. Hæc inquit Baronius iungitur Zachariæ marito ſuo, non quod eadem die vterque obierit, ſed cum ignoretur dies obitus, conſultum fuit eam iungere viro ſuo.

Nouembris 6.

Ann. Gall. Surius. 1. NAtalis S. Leonardi Confeſſoris.

Hic cum nemoris tantum ſpatij à Rege Clodoueo impetraſſet, quantum nocte aſello ſuo vectus poſſet circumire, in eo oratorium in honorem Deiparæ extruxit.

Nou.

Nouembris 7.

1. NAtalis S. Engelberti Epiſcopi Colonienſis & martyris.

Hic B. M. V. quæ mater eſt pulchræ dilectionis, id eſt Chriſti qui fons eſt totius amoris, ita dilexit, vt in eius honorem omnes 4. ferias ieiunarit; & aliquoties limina eius in Rupe amatoris viſitauit. *Surius.*

Nouembris 8.

1. OCtaua feſtiuitatis omnium ſanctorum, quam in honorem Beatæ genitricis Dei Mariæ & omnium martyrum Bonifacius Papa 4. inſtituit.

Hæc autem octaua inter maiores ponitur, ac de ea ſolemniter agi ſolitum, indicat manuſcriptus codex Eccleſiæ S. Mariæ ad martyres.

2. Anno 1308. Coloniæ migrat ad Dominũ Ioannes cognomento Duus (vulgo nominatus Scotus) hic inſignis atque acer fuit propugnator contra diſcipulos S. Thomæ, immaculatæ conceptionis Deiparæ, cuius veſtigijs egregiè inſiſtit vniuerſus ordo fratrum Minorum.

3. Anno 1517. ex hac vita migrat Franciſcus Ximenius Archiepiſcopus Toletanus. *Comezius.*

Hic Theologorum Xenodochium Deiparæ nomini dicatum in academia Complutenſi conſtrui iubet in quo magna cura fouerentur ſtudioſi ægri. Idem ſodalitatem in vrbe Toletana inſtituit ſub nomine conceptionis immaculatæ BB.

 V.M.

Digitized by Google

V. M. Idem omnibus Archiepiſcopatus ſui paræcijs præcepit vt ſingulis feſtis ac Dominicis cantato Completorio, paræciarum ſuarum pueros ad Deiparæ ſalutationem ſollicitè conuocarent. Idem Turrilacunæ in patrio ſolo, Virginis Deiparæ cœnobium ſplendidum ac ſumptuoſum condidit. Tandem moribundus Diuos omnes, & ante alios eandem Deiparã Virginem in patrocinium ſuum aduocauit.

Vide de eo 8. Decembris.

Nouembris 9.

Hiſtor. Sichim. 1. ANno 1605. publicis inſcribitur tabulis curatio miraculoſa à maleficijs.

His maleficijs affectus erat D. Blaſius Malianæ aduocatus in Parlamento Lotharingiæ, à quibus variè torquebatur, modo vomitionibus cibi & potus, modo dolore pedum, compagum in genibus, in ſpina dorſi in copis, & alijs partibus. Accedebat vtriuſq; brachij paralyſis, ac vtriuſq; tibiæ. Neque vero tot & tantis malis vllum ei remedium aut ab arte medica, aut ab exorciſmis quos adhibuerat. Cum ecce tandem lecto libello de miraculis Deiparæ Sichimenſis, concipit eius meritis ſpem recuperandæ valetudinis. Eo itaque mittit nepotem, qui poſtquam ſolemne ſacrum pro auunculo cani curaſſet, ipſeque ſacris operatus eſſet pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramento, domum regreſſus comperit illum melius omnino habere, ac paulatim perfectè conualuit, ita vt poſt aliquot menſes ipſemet pedes ſacram Sichimenſem ædem viſitarit. Hoc autem minimè reticendum, quod eadem hora qua nepos montem Acutum

Acutum attigit, ipſa eadem ſenſerit æger toto corpore fluere quaſi auram ſuauem & benignā, qua mirum in modum membra omnia roborabantur ac vires ſumebant.

Nouembris 10.

1. ANno 1559. Romæ obijt laudatiſſimus Pontifex Paulus 3.

Hic Lauretanam ædem beneficijs, decretiſq; decorauit, prædijſque locupletauit. Collegiū 12. puerorum inſtituit qui quotidie ſtatis horis V. M. laudes canerent. Plurimaque alia in eam ædem ſacram eius beneficia vide lib. 3. c. 4. & 6. 7. 10.

2. Natale S. Theoctiſtes Lesbiæ.

Hæc in Inſula Paro deſerta habitans celeberrimum quod ibi viſebatur Deiparæ templū frequentabat. Ad idque per quendam peregrinum iuſſit ſibi afferri Venerabile Chriſti corpus quo plurimis annis caruerat, quo ſumpto, pauló poſt ſanctiſſimè vita functa eſt. Hiſtoria digna lectu. *Metaphraſtes & ex eo Surius.*

Nouembris 11.

1. INſignis ope Deiparæ à Luſitanis obtenta victoria de infidelibus, Dienſem arcem in India oppugnantibus.

De ea fuſius Maffeius. Cum anno 1546. ab infidelium copijs numeroſiſſimis iam ſeptimum menſem cingeretur obſidione arx Dienſis Luſitanorum, Ioannes Caſtrius Indiæ prætor, cum tribus dumtaxat circiter armatorum millibus eruptione in hoſtes innumeros facta, de ijs glorioſè

rioſè triumphauit, quippe ex ſuis 60. tantum deſideratis, 4. millia hoſtium cum duce ſunt interempta. Sexcenti viui (in quibus aliquot principes) in poteſtatem venere, cæteri profligati. Tantam autem victoriam à Deipara obtentam etiam hoſtes ipſi faſſi ſunt. Affirmarunt enim ſe ſupra ædiculam arcis Dienſis vidiſſe mulierem cæleſti lumine radiantem, cuius fulgor ita aſpicientium oculos menteſque perſtringeret vt cæci propemodum, neque ordinem ſuum tenere, neque in vnum conglobare ſe poſſent. Addebant quod licet tanto eſſent ſuperiores numero, tamen immutata repente, & quodam prodigio rerum omnium, in mentibus ſuis ſpecie, viſum ſibi eſſe vnum quemlibet de ſuis in denos Luſitanos pugnare debere, indeque conſternationem & fugam ortam. Eiuſdem Deiparæ ope non defuerunt & alia prodigia, nam conſerta iam pugna maiores aliquot balliſtæ ſeu tormenta, applicitum quater ignem, licet minimè pluuio cælo, reſpuerunt.

Molanus 2. Natale Sancti Bertuini.

Hic de Hybernia veniens in ſyluam quæ dicitur Marlinia, condidit oratorium in villa Malonia ſuper Sambram in honorem ſemper Virginis Mariæ, vbi diu Deo militans fœliciter curſum ſuum conſummauit. Diſtat locus Namurco vix amplius mille paſſibus.

3. Natale Sancti Martini Epiſcopi & Confeſſoris.

Sulpitius l. 7. Hic ob egregiam ſuam in Deiparam pietatem dignus fuit viſitari ab ea, comitantibus Sanctis Thecla & Agnete, quod quidem frequenter ei accidit.

Circa

Circa feſtum Sancti Martini Maniacus multo tempore mentis inops à Deipara reſtituitur. Huic nomen erat Ioannes Langius qui anno 1610. phrenetica febri repente inuaditur quæ ei omnem rationi vſum ademit. Interea dum malè cuſtoditur, in ſyluas contendit. Ibi quinque integris ſeptimanis inſtar bruti omnis humani cibi potuſque expers vixit. Elapſis iam quinque hebdomadibus cum in quadam abdita ſolitudine inter montium & vallium abrupta paululum quieſceret, paulum quoque leuaminis ſentit. Itaque ad ſe, vnde diu abfuerat reuerſus, cum ad Deum mentem leuaret, vltro ſe memoria Deiparæ Weyerenſis inſinuauit. Quam vt & Deum feruenter deprecatur vt ſe ſibi reſtituat, addit votum viſitandi eius ſacram ædem. Mira res. Eodem temporis puncto perfectè ei redditur rationis vſus & è montium confragoſis receſſibus per deuia: leui vt ſibi videbatur itinere, liberatricis ſine dubio manuductione, licet debilis adhuc & è fundo exhauſtis corporis viribus, ad ſuos redit. Qui eum pridem in ſyluis obijſſe putabunt, nam plus integro menſe requiſitus nuſquam comparuerat. Cum porrò ab eo quæreretur. Quis cibum ſubminiſtraſſet? quis opem tuliſſet oberranti, ac tanta locorum intercapedine diſcurrenti: Deipara inquit Weyerenſis. Itaque licet membrorum vigore deſtitutus multorum milliarium iter (Albimænio erat oriundus monaſterio Diui Michaelis ibi deſeruiens) ad Deiparam Weyerenſem vota ſoluturus contendit, Beata Virgine illico vires ſubminiſtrante.

Inter-

Hæc ſunt in foſſa fratris venerabilis oſſa
Dicti Romei qui fuit arca Dei,
Hic Ieſum atq; piam dilexit valde Mariam.

Ex litteris ann. 1622. Supradictus porrò numerus ſalutationum Angelicarum, reuocat in mentem quod narratur in nuperis litteris Iaponicis. Vetula quædam in Iaponia Orientali, ita ardenti affectu colebat Amidæ idolum vt (quod alias incredibile videretur, niſi ſufficienter conſtaret de rei veritate) quotidie nomen eius repeteret centies & quadragies millies ſub hac formula, Namu Aminabud, cui impietati vt tempus ſufficeret, ſtatim prima aurora ſurgebat è ſtrato, quo etiam tempore ſentiebat aliquem qui eius latus percutiebat; licet nunquã cognoſcere potuerit quiſnam is eſſet. Cæterum hæc audito catechiſmo ita ſe internis ſancti Spiritus motionibus ſenſit agitari vt baptizata ſit, concrematis vniuerſis ſuperſtitionis ſuæ codicibus. Atque Amidæ ſtatua magni pretij. Inſuper priorem ſuam ſuperſtitionem in inſigne pietatis exercitium commutauit, nam toties repetijt in dies ſingulos ſanctiſſima nomina IESV & MARIA, quoties antea iterabat nomen Amidæ, quod quidem non ſine ſenſu & gaudio exercebat, neque minore aliorum emolumento, nam breui tempore vniuerſam familiam ad Chriſti cultum conuertit.

6. Anno 451. Finis imponitur ſexdecim actionibus, vniuerſali Concilio Calcedonenſi 630. Epiſcoporum contra Eutychetem Deiparæ hoſtem. De eius hæreſi vide 26. Iunij.

7. Anno 1426. ad ſuperos migrat Conradinus

radinus à Brixia Dominicanus.

Huic ſe viſendam duabus ſtipata Virginibus præbuit Deipara, poſtquam ipſe ſe ad carnalis ignem tentationis extinguendum ita immaniter flagellis cecidiſſet, vt ſanguinis riui per cubiculum fluerent, ad quem illa in hæc ferè verba. Iampridem agnoui, fili dilectiſſime, quo aduerſus me ſis animo, & quanta cum diligentia illibatum ſeruare niteris Virginitatis florem. Noueris ergo te nihil à filio meo poſtulaturum quod non ſis impetraturus. Quod vt verè tibi à me dictum conſtet, en tibi confero donum caſtitatis, cuius deſiderio tantopere ſemper arſiſti. Et hæc dicens ei renes pretioſo vngit oleo cum his verbis. Hac vnctione corroborentur renes tui ne deinceps vllum carnis aculeum perſentiſcas. Porro quod hæc fuerit eximia prærogatiua, eaque pauciſſimis conceſſa, locus in quo viſio illa contigit, magnam etiamnum habet venerationem. In obſequio peſtiferorum & ipſe peſtilentia eſt aſſumptus. Leāl l. 5.

Nouembris 2.

1. ANno 1618. publicis inſcribitur monumentis hernioſi miraculoſa à Deipara curatio. *Hiſtoria Foyenſis.*

Eam expertus eſt Martinus Pieleteus ex Soreinna (vicus eſt Foyenſi proximus) erat is annorum ſex & ſexaginta, & iam 12. ipſos cum hernia grauiſſimè conflictabatur, quæ paulatim eò tumoris proceſſerat, vt geminos æquaret pugnos, ingentiaq; alui tormina ſuo deſcenſu prouocaret. Ad annum igitur ſextum decimum ſu-

Digitized by Google

pra milleſimum ſexcenteſimum cũ ſeſe vis morbi intendiſſet, hominem adeò perculit vt diebus quindecim ad extrema perduceret. Itaq; humani auxilij ſpe deiectus ad diuinum ocyus ſe conuertit, imploratáque Virginis Foyenſis ope, pollicetur ſe Foyam aditurum ſi conſaneſceret. Nec miſtæ voto preces in nihilum cecidere. Quippe iam tunc meliuſcule habere, & diebus pauculis iter facere inſtituit, atque ad locum vbi fuerat imago (tunc enim apud Cellenſes morabatur) voto piè exſoluto penitiſſimè doloribus exéptus, reliquam deinceps vitam placidiſſimè peregit.

2. Eodem anno idem fit de cæco, cui oculorum vſus ab eadem redditus eſt. Halenio Fauchal Weenenſi annorum 13. adoleſcentulo videndi poteſtas atrocis cuiuſdam morbi violentia, fuerat planè intercepta. Qua vehementer perculſus calamitate, mentis aciem, quando oculorum non poſſet, in cælum erigit, atque totam in Virgine Foyenſi ſpem collocat, cuius profuſa in alterum liberalitas vario celebrata rumore, longè, latéque peruaſerat. Ex templo igitur ſpei plenus, Foyam adducitur à mæſtiſſima parente. Ibi ſtatim in genua ſuſpirabundi prouoluuntur ambo, atque ex intimis animi ſenſibus Virgini ſupplicant. Mira res. Eodem temporis momento quo cæperant comprecari, alterum oculorum apertum ſibi ſenſit adoleſcentulus. Alterius verò vſum ita poſtridie recuperauit, vt è veſtigio abſceſſerit ad aratrum.

Nou.

Nouembris 3.

1. ANno 424. creatur Pōtifex Cæleſtinus. 1. Hic Beatæ V. M. honorem & dignitatem matris Dei egregie contra Neſtorium tutatus eſt. Vide 6. Aprilis.

2. Anno 1618. Deiparæ ope Hæmorrhoides ſupprimuntur. *Hiſtor. Foyenſis.*

Ijs aſſidua, octo ſeptimanarum fluxione ita exhauſtum erat puellulæ cuiuſdam Dionantenſis corpuſculum, vt iam à medicis conclamatam vix traheret animulam. Itaq; ad Diuam Foyenſem defertur, pro ea ſacrum celebratur, vix mater itinere confecto in vrbem redit, cum viſa eſt filiola conualeſcere, atque in alteram diem ita reſtitui vt nulla ſuperſtitis morbi veſtigia ſint relicta.

Nouembris 4.

1. ANno circiter 1604. religioſam Deipara Sichimienſis à duro diroque cancro liberat. Erat cancer in vtraq; mãma cum perpetuo dolore & exeſione, ſerpebat ſub alam in dorſum vſque malum. Horrebant qui vel aſpiciebant. Quid illa miſera quæ ferebat. Brachium præterea alterum ſtupere & rigeſcere, & nec ad caput admouere poſſe. Inſuper herniæ malum iam ab octo annis affligebat. Itaque à medicis deſperata, ad montem Acutum cum comite ſeſe confert, ibi orant & trino miſſæ ſacrificio interſunt. In tertio viſa ægra *Lipſius.*

Digitized by Google

manum ſentire certò quæ fricaret & demulceret partes cauſſarias, & dolorem tolleret, atque adeò ſanaret. Quam manum niſi diuinam? Itaque omni malo etiam herniæ mox depulſo in ipſo templo conualuit.

De viris illuſtr. 2. Natale B. Philippi Martyris Indi ex ordine S. Dominici.

Hic integram quadrageſimam in honoré Deiparæ ita ieiunabat ante feſtum Aſſumptionis eiuſdem vt Dominicis dumtaxat diebus cibum caperet.

Thoſſanan. in Hiſtor. Fran. 3. Anno 1230. cælum ingreditur B. Helena ordinis D. Franciſci.

Huic totos 15. menſes febre & pleuritide laboranti & hymnos in ſummis doloribus decantanti apparuit BB. V. M., Patauij quieſcit eius corpus quod ſeſe magno cum ſtrepitu mouet quando ciuitati aliqua clades imminet, verbi gratia peſtis aut belli aut alicuius ſimilis mali.

4. Anno 1584. ſuperis iungitur Sanctus Carolus Borromeus.

Autores vitę. Hic Deiparæ impensè fuit addictus, eam ſibi in patronam ſingularem aſſumpſerat, eiuſq; perfugio in rebus aduerſis fidenter vtebatur. Virginis officium in optimam formam reſtituit à ſedę Apoſtolica approbatam, quod & quotidie recitabat genibus flexis, addita corona, quam ne in ipſo quidem itinere omittebat. Omnibus Deiparæ vigilijs pane & aqua ieiunabat, & quoties pulſaretur ad Aue Maria, mox etiamſi in lutulenta eſſet via, genua flectebat, de equo etiam deſiliebat vt genu flexo ſalutationem Angelicam recitaret. In ſua Eccleſia erexit aram roſarij, cuius Sodalitatem illic inſtituit impetratis à Pontifice

omnibus

omnibus indulgentijs quibus gaudet Sodalitas Roſarij Romæ. Quolibet primo Dominico die menſis, voluit haberi ſupplicationem adhibita Virginis imagine. Statuit vt ad Mariæ nomen Sacerdos celebrans & clericus miniſtrans caput inclinarent ad exemplum populi. Inſuper vt ſupra Eccleſiarum parochialiũ fores Deiparæ effigies proſtraret.

Idem populum hortabatur vt præcipuis Deiparæ feſtis communicaret. Inſtituit vt omnes etiam milites Deiparæ ſemper imaginem ſecum haberent, eiuſque officium recitarent quotidie. Omnia quæ ipſe condiderat collegia, Sodalitia, confraternitates & loca pia ſub Virginis patrocinio præſidioque conſtituebat, eamq; ipſe in aduocatam tribuebat, ac iubebat vt ſinguli Sodales ac fratres ad ſtudium erga eam declarandum, eius roſarium & officium recitarent. Neq; omittendum, cum itinera longa ac difficilia ſuſcepiſſe peregrinando vt Beatæ Virgini dicata templa ſuis pedibus inuiſeret. Aræ ſupradictæ roſarij, largitus eſt pictam tabulam vbi Florentinæ Annuntiatæ effigies ad viuum expreſſa eſt, ſibi multo ante donatam à magno Etruriæ Duce Franciſco Mediceo. Hæc Ioannes Petrus Guillanus l. 8. c. 2.

Nouembris 5.

1. ANno 1599. Clemens 8. impertijt Indulgentiam plenariam in templo Deiparæ Hallenſis, de qua vide 3. Martij.

2. Feſtum S. Eliſabeth, SS. precurſoris Domini genitricis. *Martyr. Rom.*

Hæc fuit cognata Deiparæ, digna quã ſtatim à conceptione filij Dei ab ea viſitaretur, & cum ea permaneret quaſi menſibus tribus. Digna quæ eam amplexaretur eiuſq; ſanctis colloquijs frueretur, & cæteris gauderet ex Deiparæ cum nato ſuo præſentia, priuilegijs, quę ex verbis Diui Lucę facilè eſt colligere. Vide Iunij 24.

3. Anno 1492. Atrebatum inuocata Deipara Hallenſi principi ſuo reſtituitur, & à Gallorum Dominio liberatur miro ſtratagemate, de quo fusè Pontus Hutherus in Maximiliano, vide etiam 12. Ianuarij.

Æmilus in Philippo. 4. Anno 1220. poſt annuam obſidionē occupata à cruceſignatis Damiata ſeu Æliopolis in Ægypto. Pelagius legatus Apoſtolicus præcipuā Damiatæ Moſchean, ritu ſolemni in Baſilicam Deiparæ conſecrauit.

Martyr. Rom. 5. Natale S. Zachariæ ſacerdotis & prophetæ patris S. Ioannis Baptiſtæ.

Hic cognatus erat Deiparæ ratione S. Elizabethæ eius vxoris, quæ à ſacris Euangelijs dicitur cognita eiuſdem. Eodem die S. Elizabeth præcurſoris Domini mater. Hæc inquit Baronius iungitur Zachariæ marito ſuo, non quod eadem die vterque obierit, ſed cum ignoretur dies obitus, conſultum fuit eam iungere viro ſuo.

Nouembris 6.

Ann. Gall. Surius. 1. NAtalis S. Leonardi Confeſſoris. Hic cum nemoris tantum ſpatij à Rege Clodoueo impetraſſet, quantum nocte aſello ſuo vectus poſſet circumire, in eo oratorium in honorem Deiparæ extruxit.

Non.

Nouembris 7.

1. NAtalis S. Engelberti Epiſcopi Colonienſis & martyris.

Hic B. M. V. quæ mater eſt pulchræ dilectionis, id eſt Chriſti qui fons eſt totius amoris, ita dilexit, vt in eius honorem omnes 4. ferias ieiunarit; & aliquoties limina eius in Rupe amatoris viſitauit. *Surius.*

Nouembris 8.

1. OCtaua feſtiuitatis omnium ſanctorum, quam in honorem Beatæ genitricis Dei Mariæ & omnium martyrum Bonifacius Papa 4. inſtituit.

Hæc autem octaua inter maiores ponitur, ac de ea ſolemniter agi ſolitum, indicat manuſcriptus codex Eccleſiæ S. Mariæ ad martyres.

2. Anno 1308. Coloniæ migrat ad Dominũ Ioannes cognomento Duus (vulgo nominatus Scotus) hic inſignis atque acer fuit propugnator contra diſcipulos S. Thomæ, immaculatæ conceptionis Deiparæ, cuius veſtigijs egregiè inſiſtit vniuerſus ordo fratrum Minorum.

3. Anno 1517. ex hac vita migrat Franciſcus Ximenius Archiepiſcopus Toletanus. *Comezius.*

Hic Theologorum Xenodochium Deiparæ nomini dicatum in academia Complutenſi conſtrui iubet in quo magna cura fouerentur ſtudioſi ægri. Idem ſodalitatem in vrbe Toletana inſtituit ſub nomine conceptionis immaculatæ BB. V. M.

V. M. Idem omnibus Archiepiſcopatus ſui paræcijs præcepit vt ſingulis feſtis ac Dominicis cantato Completorio, paræciarum ſuarum pueros ad Deiparæ ſalutationem ſollicitè conuocarent. Idem Turrilacunæ in patrio ſolo, Virginis Deiparæ cœnobium ſplendidum ac ſumptuoſum condidit. Tandem moribundus Diuos omnes, & ante alios eandem Deiparā Virginem in patrocinium ſuum aduocauit.

Vide de eo 8. Decembris.

Nouembris 9.

Hiſtor. Sichim.

1. ANno 1605. publicis inſcribitur tabulis curatio miraculoſa à maleficijs.

His maleficijs affectus erat D. Blaſius Malianæ aduocatus in Parlamento Lotharingiæ, à quibus variè torquebatur, modo vomitionibus cibi & potus, modo dolore pedum, compagum in genibus, in ſpina dorſi in copis, & alijs partibus. Accedebat vtriuſq; brachij paralyſis, ac vtriuſq; tibiæ. Neque vero tot & tantis malis vllum ei remedium aut ab arte medica, aut ab exorciſmis quos adhibuerat. Cum ecce tandem lecto libello de miraculis Deiparæ Sichimenſis, concipit eius meritis ſpem recuperandæ valetudinis. Eo itaque mittit nepotem, qui poſtquam ſolemne ſacrum pro auunculo cani curaſſet, ipſeque ſacris operatus eſſet pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramento, domum regreſſus comperit illum melius omnino habere, ac paulatim perfectè conualuit, ita vt poſt aliquot menſes ipſemet pedes ſacram Sichimenſem ædem viſitarit. Hoc autem minimè reticendum, quod eadem hora qua nepos montem

Acutum

Acutum attigit, ipſa eadem ſenſerit æger toto corpore fluere quaſi auram ſuauem & benignã, qua mirum in modum membra omnia roborabantur ac vires ſumebant.

Nouembris 10.

1. ANno 1559. Romæ obijt laudatiſſimus Pontifex Paulus 3.

Hic Lauretanam ædem beneficijs, decretiſq; decorauit, prædijſque locupletauit. Collegiũ 12. puerorum inſtituit qui quotidie ſtatis horis V. M. laudes canerent. Plurimaque alia in eam ædem ſacram eius beneficia vide lib. 3. c. 4. & 6. 7. 10.

2. Natale S. Theoctiſtes Lesbiæ.

Hæc in Inſula Paro deſerta habitans celeberrimum quod ibi viſebatur Deiparæ templũ frequentabat. Ad idque per quendam peregrinum iuſſit ſibi afferri Venerabile Chriſti corpus quo plurimis annis caruerat, quo ſumpto, pauló poſt ſanctiſſimè vita functa eſt. Hiſtoria digna lectu. *Metaphraſtes & ex eo Surius.*

Nouembris 11.

1. INſignis ope Deiparæ à Luſitanis obtenta victoria de infidelibus, Dienſem arcem in India oppugnantibus.

De ea fuſius Maffeius. Cum anno 1546. ab infidelium copijs numeroſiſſimis iam ſeptimum menſem cingeretur obſidione arx Dienſis Luſitanorum, Ioannes Caſtrius Indiæ prætor, cum tribus dumtaxat circiter armatorum millibus eruptione in hoſtes innumeros facta, de ijs glorioſè

rioſè triumphauit, quippe ex ſuis 60. tantum deſideratis, 4. millia hoſtium cum duce ſunt interempta. Sexcenti viui (in quibus aliquot principes) in poteſtatem venere; cæteri profligati. Tantam autem victoriam à Deipara obtentam etiam hoſtes ipſi faſſi ſunt. Affirmarunt enim ſe ſupra ædiculam arcis Dienſis vidiſſe mulierem cæleſti lumine radiantem, cuius fulgor ita aſpicientium oculos menteſque perſtringeret vt cæci propemodum, neque ordinem ſuum tenere, neque in vnum conglobare ſe poſſent. Addebant quod licet tanto eſſent ſuperiores numero, tamen immutata repente, & quodam prodigio rerum omnium, in mentibus ſuis ſpecie, viſum ſibi eſſe vnum quemlibet de ſuis in denos Luſitanos pugnare debere, indeque conſternationem & fugam ortam. Eiuſdem Deiparæ ope non defuerunt & alia prodigia, nam conſerta iam pugna maiores aliquot balliſtæ ſeu tormenta, applicitum quater ignem, licet minimè pluuio cælo, reſpuerunt.

Molanus 2. Natale Sancti Bertuini.

Hic de Hybernia veniens in ſyluam quæ dicitur Marlinia, condidit oratorium in villa Malonia ſuper Sambram in honorem ſemper Virginis Mariæ, vbi diu Deo militans fœliciter curſum ſuum conſummauit. Diſtat locus Namurco vix amplius mille paſſibus.

3. Natale Sancti Martini Epiſcopi & Confeſſoris.

Sulpitius l. 7. Hic ob egregiam ſuam in Deiparam pietatem dignus fuit viſitari ab ea, comitantibus Sanctis Thecla & Agnete, quod quidem frequenter ei accidit.

Circa

Circa feſtum Sancti Martini Maniacus multo tempore mentis inops à Deipara reſtituitur. Huic nomen erat Ioannes Langius qui anno 1610. phrenetica febri repente inuaditur quæ ei omnem rationi vſum ademit. Interea dum malè cuſtoditur, in ſyluas contendit. Ibi quinque integris ſeptimanis inſtar bruti omnis humani cibi potuſque expers vixit. Elapſis iam quinque hebdomadibus cum in quadam abdita ſolitudine inter montium & vallium abrupta paululum quieſceret, paulum quoque leuaminis ſentit. Itaque ad ſe, vnde diu abfuerat reuerſus, cum ad Deum mentem leuaret, vltro ſe memoria Deiparæ Weyerenſis inſinuauit. Quam vt & Deum feruenter deprecatur vt ſe ſibi reſtituat, addit votum viſitandi eius ſacram ædem. Mira res. Eodem temporis puncto perfectè ei redditur rationis vſus & è montium confragoſis receſſibus per deuia: leui vt ſibi videbatur itinere, liberatricis ſine dubio manuductione, licet debilis adhuc & è fundo exhauſtis corporis viribus, ad ſuos redit. Qui eum pridem in ſyluis obijſſe putabunt, nam plus integro menſe requiſitus nuſquam comparuerat. Cum porrò ab eo quæreretur. Quis cibum ſubminiſtraſſet? quis opem tuliſſet oberranti, ac tanta locorum intercapedine diſcurrenti: Deipara inquit Weyerenſis. Itaque licet membrorum vigore deſtitutus multorum milliarium iter (Albimænio erat oriundus monaſterio Diui Michaelis ibi deſeruiens) ad Deiparam Weyerenſem vota ſoluturus contendit, Beata Virgine illico vires ſubminiſtrante.

Inter-

Interrogatus autem vnde ei Deiparæ Weyerenſis notitia, reſpondit cum ante 20. annos parentes mei Albimænio diſcedentes in Brandeburgicenſi Marchionatu, Weyera nō procul, domicilium tranſtuliſſent, vidi hiſce oculis, etiam hæreticos Lutheranos cum primum eam inuocaſſent, ſeu pro ſe ſeu pro alijs è veſtigio ab ea exauditos. Cuius etiam exempla expreſſis perſonis referebat. Huic miraculo tota ciuitas Bambergenſis teſtimonium reddit. Nam cum hic nuſquam licet diu quæſitus reperiretur. Concionatores omnes eum concionis precibus commēdarant, vt ſaltem mortuus reperiretur.

Nouembris 12.

Brito lib. 12. Poematis.

1. ANno 1226. obit Ludouicus, D. Ludouici Galliæ Regis parens.

Huius mater Regina Eliſabetha cum eum adhuc vtero geſtaret, adijt Deiparam Carnutenſem, vt ei fructum vteri ſui commendaret. Cumque id faceret, inſtar Elizabethæ matris D. Ioannis ſenſit fœtum ſuum in ventre moueri, eodemque tempore, in eadem Eccleſia, quatuor candelas, nullo accendente at cælitus, ignis corripuit. Vnde ſe exauditam certò eſt augurata.

Moreus in Chronico 3. p. l. 5.

2. Anno 1463. ad Deum migrat S. Didacus ordinis Minorum.

Hic vnus extitit ex præclaris Deiparæ amantibus, cuius in peruigilijs, ſabbathiſque omnibus, panis & aquæ ieiunium tolerauit, & lampadis oleo, quæ in Virginis ara lucebat, quoſcumque vnxiſſet ſanabat ægros. Hiſpali in mulierem incidit, cuius filius in furnum ſe abſconderat, qui à piſtore

piſtore imprudenter accenſus non potuit non filio eſſe funeſtus. Didacus matris miſeræ miſertus, ei mandat vt mox ad primarium templum ſeſe conferat, ſuaſque ſuppliciter preces Deiparæ ante quandam eius imaginem, cui Antiquæ cognomen erat, offerat, aitque eum filio ſuo fore propitiam. Paret illa, & paulo poſt filium ex furno educit illæſum. Inde imagini iſti Didaci opera præcipuus honor eſt habitus, vbi & plurima Deus, Virginis interuentu poſtea, patrauit miracula.

Nouembris 13.

1. OBit Iuſtinianus Imperator anno 565. Hic erga Deiparam mirè fuit propenſus. Anno circiter 530. Hieroſolimis in eius honorem magnificentiſſimum extruxit templum, cuius quidem pulchritudo & gloria omnem ſuperat facultatem. Idem ab eo factum in Samaria, Pegæ, Conſtantinopoli, Antiochiæ, apud Abſagos caucaſo monti altiſſimo confines, cartagine, poſtquam ſingulari Dei beneficio Africa potitus eſſet, & alibi. *Procopius de ædificijs Iuſtini.*

Varias tulit leges contra hęreticos, Neſtorium anathematizauit, & Eutychetem mente captum phantaſiam inducentem, negantem autem veram ex ſancta ſemper Virgine & Deipara Maria incarnationem, hoc eſt noſtram ſalutem. Vide 26. Iunij. *Cod. de hæret. & Manich. Cod. de ſumma Trin. & fide Cath.*

2. Feſtum S. Ioannis Chryſoſtomi, apud Græcos licet obierit 14. Septembris. *Menologium.*

Vide 27. Ianuarij.

Nouembris 14.

NAtalis S. Laurentij Dublinenſis in Hybernia Archiepiſcopi.

Surius. Hic ſub mortem ſeſe deuotiſſimè tum Deo, tum Beatiſſimæ Virgini commendauit. Idem ſacerdotem quendam fuſis ad Deum & Deiparam precibus, vitæ reddidit.

Idem cum Angliam ob Eccleſiæ ſuæ negotia repetijſſet, ijſque confectis ventum in portu expectaret, Deipara cuidam ſolituro, qui ſe in Virginale templum à quodam diuite erectum abdiderat, noctu ſe oſtendit, quærens cur nouum ſuum domicilium tamdiu maneret indedicatũ. Ad hæc ille ait, proprium Epiſcopum iamdiu abeſſe. Ego vero (reſpondit Deipara) templum meum ab iſto dicari nolo. En Laurentium Dublinenſem, cuius ego præſtolabar aduentum, cõſecret ipſe templum meum, neque enim in Hiberniam redituro proſper ventus afflabit, priuſquam meæ obſecutus ſit voluntati. Anacoreta igitur templi fundatori viſionem exponit. Ille viſionem Laurentio aperit. Ipſe tale miniſterium inconſulto diœceſano recuſat, quantum poteſt; tamen Deiparæ ſecutus voluntatem, ac Dei qui humano ſuperior eſt, Beatiſſimæ Dei Matris Baſilicam magna cæremonia conſecrat. Ex eo tempore templum illud multis miraculis inclaruit.

In Friſia in monaſterio quod dicitur Hortus S. Mariæ, felix obitus Beati Siardi Abbatis.

Vide 7. Martij. Hic Allodium fundauit in Bachefeen, quod curiam Beatæ Mariæ nominauit, & 36. annis Abbas ſancte præfuit, communem cum fratribus,

bus, cum in omnibus vitam agens infinita miracula ad eius ſepulchrum fiunt.

Sibrandus Abbas.

Nouembris 15.

1. ANno 1136. natalis dies S. Leopoldi Auſtriæ Marchionis & confeſſoris. *Surius.*

Hic non procul Vienna ad ripam Danubij in B. V. M. honorem templum extruit multiſque ditat reditibus, in eoque Canonicos collocat. Varię ei templo & Canonicis, à varijs Pontificibus conceſſæ immunitates. Quemadmodum autem diuinitus, vt creditur, deſignatus ſit locus ille ad ripam Danubij ita narrant Hiſtorici.

Suadebat Leopoldo Agnes Imperatoris filia, vt locum aliquem deſignaret, in quo Dei, eiuſq; matris laudes canerentur. Dumque in hac cogitatione verſarentur, accidit vt ex arce in altiſſimo monte Cæcio ſita, vbi Leopoldus habitabat, fluenta Danubij contemplante vtroque, leui zephiro flante, flammeolum è capite Agnetis detractum in nemus proximum ripæ Danubij deferretur. Iſtud poſt 9. annos Marchio venationi intentus, dum inter dumeta inſperatò illæſum reperiſſet, & recens neque ſine numine id factum agnoſceret locum monaſterio Deiparæ condendo deſignauit.

Idem cœnobiū quod Cellas Mariæ dicunt in ruinam verſum, item aliud Melicenſe bellis & vetuſtate collapſū inſtaurauit, ac cenſibus auxit. In numerum SS. relatus eſt 9. Ianuarij ann. 1485. ab Innocentio 8.

2. Anno 1280. Albertus Magnus vitam finit. *Ferdinandus à Caſtiglio.*

Digitized by Google

Is ab ineunte ætate Dei genitrici addictiſſimus, certum ei quotidie orationum penſum perſoluebat, eamque rogabat vt omnes ſuas actiones ad Dei obſequium & animæ ſuæ ſalutem dirigeret, ſeque in eo vitæ ſtatu qui huic fini conſequendo maximè congrueret quaſi manu ſua collocaret. Tandē B.V. ei apparuit, monuitque vt S. Dominici inſtitutum complecteretur. Quod & fecit, at cum inter cæteros confratres ingenio eſſet tardior, de religione deſerenda cogitabat. Cum autem in eo cogitationum conflictu verſaretur, nocte quadam viſus eſt ſibi per quietem, iam eo conſilio ſcalas conſcendere; Cū quatuor Virgines tranſitum ei prohibuere, à quarum vna, cur abire vellet cum rogaretur cauſatus eſt ingenij tarditatem. Verum blandè illa eum ſolata monuit vt à Deipara mox affutura certam opem expectaret. Itaque illum ad eam deduxerunt. A qua cum interrogaretur quid potiſſimū expeteret, reſpondit cupere ſe in philoſophia, cui tum operam dabat, potiſſimùm excellere. Deipara eum bono animo eſſe iubet, prædicitque eum voti fore compotem: vt autem (inquit) te id mea ope id aſſecuturum ſcias in extremo vitæ omnem tuam doctrinam inter docendum repētè amittes, quia naturalem ſcientiam potius quā diuinam poſtulaſti. Deinceps itaque ita profecit vt præſtantiſſimus ſui temporis philoſophus habitus & Magni nomen adeptus ſit. Plurima ſcripſit. In ijs de B. V. M. librum admirandum. Sub finem autem vitæ dum doceret, omnium quæ ad ſcientias pertinent oblitus, hæc quæ iam diximus narrauit. Itaque diſceſſit auditoribus eum lachrymis proſequentibus ac ſi iam obijſſet. Reliquum

quum porro vitæ orando, & cætera pietatis officia obeundo ſanctè traduxit.

3. Anno 1536. Deipara quendam liberat è carcere.

Petrus Rouſiers in Iaenſi ciuitate regni Caſtellæ licet innoxius, detinebatur captiuus, vnde die quadam cum valde angeretur & doleret, viſus ſibi videre quendam qui eum tangeret, tactuque iſto corpus vniuerſum agitaret, moneretque ſeſe vt Montiſſerratenſi Deiparæ commendaret. Quo viſo ita perterritus fuit vt ei non reſpõderit quicquam. Vbi autem primum ad ſeſe redijt, voci illi cælitus miſſæ obtemperans illico, enixè ſe Dei genitrici commendat, nuncupato ſuper hæc voto eius viſitandæ in monte Sarrato. Vix preces finierat cum ei compedes & manicæ ferreæ ſponte decidunt; remanentibus tamen numellis collo inſertis cum catena ex ijs dependente, qua medium corpus cinxit vice cinguli. Et cum per 7. portas ei tranſeundum eſſet vt ſe carcere liberaret, eas omnes comperit apertas, neque vllum inuenit qui ſe ei opponeret, etſi plus 30. viri inibi eſſent; & quamuis tibiæ plurimis eſſent affectæ vulneribus & admodum infirmæ, eoquod diu compedibus conſtrictæ fuiſſent, nihilominus illa ipſa nocte 7. bene magna confecit miliaria per rupes, montes, locaque prærupta, ac die inſequenti ſanus ac incolumis à vulneribus in domum ſuam regreſſus eſt.

4. Deliquium animi repente curatum vide infra 15. Decembris.

5. Anno 1582. ſanatio à vulnere immedicabili.

Dum Martinus Miro Terraconenſis ſclope-

tum exonerat, eius canna tanto cum impetu exilit in eius frontem vt læthaliter eum vulnerarit. Nec mora illico aduocantur chyrurgi qui negāt ſe remedia vlla adhibituros tam deſperato vulneri, ſuadentque ſeſe ad mortem comparet intra per breue ſpatium obeundam. At ille ad certiora remedia confugiens, Diuam Montiſſerrati aduocat, à qua breui tempore curatur.

6. Anno 1545. cœlum petit Lucia Narnienſis ex familia D. Dominici.

Hæc cum 5. dumtaxat annos nata ad templū proficiſceretur, ac fixis oculis certam Deiparæ iconem intueretur, ipſa ad eam: Vis inquit tradam tibi filiolum meum. Illa annuente, verè illum ex ſinu matris acceptum domum tulit: mirantibus vniuerſis quos offendebat, tam teneræ ętatis puellam, tam ſpecioſum geſtare infantem: verentibuſque ne ei è ſinu in terram laberetur. Verum ipſe ſe ſuſtinebat, qui pugillo mundi orbem continet. Domum vbi attigit, ſupra lectum illum collocat qui 3. totos dies cum ea permanſit. Quo toto tempore verè imago illa caruit Chriſti Domini effigie. Exacto porro triduo Chriſtus inuiſibili quadam ratione matri ſuæ ſe reddidit.

Eandem ſeptennem Chriſtus Dominus ſibi deſpondit coram B. V. M. alijſque ſanctis.

Nouembris 16.

1. NAtalis dies S. Edmondi Cantuarienſis Archiepiſcopi.

Surius. Hic coram imagine Beatæ Virginis, Deo vouet caſtitatem, & Deiparæ ſe commendans eam ſibi ſponſam diligit, & vt fœdus hoc ſtabile ſit,

nouo

nouo modo eam annulo ſuo tanquam arrhabone ſibi deſpondet, annnulum illum (quem eam ob cauſam præpararat) eius imaginis digito infigit, in quo etiam inſcripta erat Angelica ſalutatio. Atque ex eo tempore quoties B. V M. expetijt opem, eam ſenſit propitiam. Habuit & ipſe in digito ſuo annulum, cum quo poſt obitum ſepultus eſt. Cui itidem cunctis admirantibus Angelica ſalutatio inſculpta erat, vt Beatiſſima Virgo ipſum ſuum ſponſum & habere & agnoſcere dignaretur. Vltra officium Canonicum & officium S.Spiritus & defunctorum quotidie etiam recitabat horas B.V.M. porro annulus iſte cum quo ſepultus fuit, à quodam Abbate ablatus eſt, quo & multa miracula patrata ſunt. Cum adhuc eſſet laicus ſacellum Pariſijs curauit extrui in honorem Deiparæ. Studijs intentus eius habebat coram ſe imaginem eburneam, in cuius circuitu depictum erat noſtræ redemptionis myſterium. Poſt nocturnas preces quibus intererat, in oratione cum lachrymis & gemitibus coram altari S. Mariæ in templo S. Mederici perſiſtebat.

Quotidie in honorem Deiparæ & S. Ioan. Euangeliſtæ recitare conſueuerat orationem cuius initium eſt, ô intemerata &c. Cumque ob ſtudiorum occupationem aliquando eius oblitus eſſet, proxima nocte à S. Ioanne (qui ferula ictũ immanem ei prius minari viſus) mox blandè admonetur, ne vnquam eam precationem omitteret.

Nouembris 17.

1. NAtalis dies S. Gregorij Thaumaturgi, qui Epiſcopus factus Neocęſareę Ponti doctus fuit myſteria fidei, maximè quæ ad trinitatis fidem ſpectant, à ſancto Ioanne Euangeliſta & à SS. Deipara, qui ei nocte profunda, lumine miro ſplendidi apparuerunt. Quam doctrinam mox literis conſignauit, ac plebem ſuam docuit.

2. Natalis S. Hugonis Epiſcopi Lincolnieſis. Hic grauiſſima carnis tentatione, & cui ſimilem nunquam expertus erat, tandem poſt multas preces à SS. V. Maria liberatur.

Rotgeus in Annal. Idem Lincolniæ Baſilicam Deiparæ erexit, erectamque eidem dicauit, in quam ſanctũ eius corpus. 8. Kal. Decembris anno 1207. tranſlatũ ſolemne ſepulchrum recepit, Anglorum & Scotorum Regibus feretrum humeris ſuis deferentibus. Idem Virginis filium in SS. Euchariſtia crebrò vidit ſibi arridentem. Qui cum ſacram hoſtiã ſupra calicem leuaſſet vt frangeret, ſub eadẽ qua prius imagine eum contuebatur.

3. Anno circiter 1300. cælo naſcitur S. Gertrudis Virgo Saxonica, ſanctimonialis ordinis D. Benedicti.

Huic frequentiſſimè apparuit Deipara vt patuit ſupra die Aſſumptionis, & Natiuitatis eiuſdẽ neque non alias frequenter, quam & varijs donis locupletauit. Ac die obitus quidem viſendum ſe ei exhibuit Chriſtus Dominus in maieſtate ſua, plenus gloria & decore, cum benedicta matre ſua, & cœlitibus innumeris.

Eadem

Digitized by Google

Eadem benedicta mater, in exitu animæ S. Gertrudis quando triumphantis ritu in cælũ ducebatur, procedebat prima in capite cœleſtium exercituum. Qui plura de Deiparæ erga hãc Diuam affectu, & huius viciſſim aduerſus illam videre deſiderat, legat is Inſinuationum diuinæ pietatis librum eiuſdem Gertrudis.

Illud autem omittere non licet, quod peccatori magno futurum eſt ſolatio. Inter cætera vidit aliquando accurrere ſub clamydem Deiparæ beſtiolas diuerſi generis quibus ſignificabantur varij peccatores ſpecialiter ei deuoti. Has omnes mater miſericordiæ benignè ſuſcipiens & quaſi ſub pallio ſuo protegens, delicata manu ſua ſingulas contrectabat, deliniebat, ac ipſis blandiebatur, ſicut quis blandiri ſolet catulo ſuo. Qua re inſinuabat quomodo etiam peccatores amicè ſuſcipit donec eos reconciliet filio ſuo.

Nouembris 18.

1. NAtalis S. Odonis Abbatis Cluniacenſis. *Ioannes Monachus.*

Hunc parens, à Deo per ſanctiſſimæ Virginis partum, ipſa natiuitatis nocte orans exorauit. Cuidam eius monacho moribundo apparuit Beata V. Maria, à quo cum quæreret num ſe noſſet, negaretque ille: ego ſum, inquit, miſericordiæ mater. Qua viſione S. Odoni indicata, deinceps eam ſemper vocauit miſericordiæ matrem.

Hic Diui Benedicti ordinem reformauit, cuius reformationẽ videtur ordinis breuiariũ aſcribere

Deiparæ auxilio, ſic enim habet: Statutum eſt vt ab 8. Purificationis B. M. V. vſque ad feriam 5. cinerum, & ab 8. Paſchæ vſque ad Rogationes, & ab 8. Pentecoſtes vſque ad Aduentum, niſi feſtum 12. vel 3. Lectionum ſeu Euangeliũ proprium, vel octaua occurrerint, celebretur in ſabbato feſtum 12. Lectionum de intemerata & perpetua Virgine Maria, ſingulari ſpe noſtra poſt Dominum Ieſum, quatenus eius meritis & intercesſionibus ab omnibus mereamur aduerſis liberari, & gaudia ſupernæ Hieruſalem adipiſci. Eius etiam ordinis peculiaris eſt oratio quam ſingulis ſabbatis in Virginis honorem fundunt religioſi. Eius initium eſt: Miſſus eſt Gabriel Angelus. Habetur initio breuiarij. Recolit item hic ordo feſtum Manticæ B.V.M. cuius officium idẽ quod eius natiuitatis.

2. Anno 1575. vitæ diem clauſit extremũ P. Iacobus Ledeſma Societatis IESV.

De eo ita P. Ribadeneyra in vita P. Laynez & alij.

Huic pro conſtantia in Societate Deum roganti apparuit Regina Angelorum, Maria Magdalena, Catharina Virgine & Martyre ac Catharina Senenſi ſtipata, eique Deipara promiſit conſtantiæ & continentiæ virtutes. Item ſe animam agenti præſto fore, quæque polliceretur dixit vera comperturum. Comites quoque Deiparæ alterius occinebant.

Diuina res eſt caſtitas,
Maiora ſed ſunt præmia
Quæ continenti dat Deus.

Non

Nouembris 19.

1. NAtalis S. Elizabethæ, Regis Hungariæ filiæ.

Hæc cum puellula eſſet, decimam partem lucelli quod ei ex luſu prouenerat, ſolita erat dare pauperibus, obſtringens illos ad recitandam orationem Dominicam & ſalutationem Angelicam. Imminente morte recolebat myſterium partus Virginei: hæc eſt inquit hora immaculati partus, admonens nos commentari aliquid debere de IESV puero quomodo noctu frigida aura in alieno hoſpitio natus ſit ex Virgine Maria: Summa, fuit Deiparæ cultui addictiſſima, & ſeruantur etiamnum Hallis & Viluordiæ Virginis matris ſtatuæ, quas ipſa olim venerata eſt.

Nouembris 20.

1. ANno 1616. extremum diem claudit Maria Aubron Audomarenſis.

Hæc hortum Deiparæ Audomari à RR. Blaſeo Epiſcopo erectum hæredem fecit ex aſſe bonorum omnium. Vltra mobilia reditus inuenti ſunt circiter mille ſexcentorum florenorum. Sed præter cenſum, ſe ipſa totam etiam in honorem Deiparę ſpatio quatuor annorum vſque ad mortem impendit docendis puellis quæ in illum hortum admittuntur. Vide 21. Martij vbi de Iacobo Epiſcopo.

Porro ante erectionem iſtius horti eadem ipſa præſtitit annis 20. pauperibus puellis, quas ipſa

ipſa proprijs bonis eximia quadam in egenos propenſione ſuſtentabat.

Nouembris 21.

1. PRæſentatio B. V. Mariæ, cum trima templo eſt oblata.

Feſtum hoc apud Græcos antiquum fuiſſe fidem faciunt Homiliæ patrum, Germani Conſtātinopoli qui floruit ſub annum 715. &c. Paulus 2. Pontifex cũ innumeris malis orbis eſſet repletus, ad Deiparæ gratiam promerendam feſtum hoc ſub annum 1464. approbauit, & ſolemniter celebrari imperauit, indulgentijs etiam (quod & Pius 2. eius anteceſſor fecerat) ijs qui id pie colerent, conceſſis, Sixtus 5. anno 1585. primo Septembris ſtatuit vt vbique celebretur, & ſicubi intermiſſum eſſet reſtitueretur, idque ſub officio duplici.

Varia Deiparæ ſodalitia ſub patrocinio Virginis præſentatæ erecta conſulto omitto, vno tātũ ex antiquioribus allato de quo Alardus Taſſart in ſuo Chronico M.S. ad annum 1481. Erectum fuit illud in Inſula Sithiu in oppido Diui Audomari (vulgo Mediolanenſe ſodalitium Dei matris appellatur) ſub Præſentationis ſanctæ Virginis Mariæ titulo anno 1481. tempore D. Ioannis de Lannoy Abbatis, quod etiam num frequentiſſimo primariorum ciuium frequentatur concurſu. Olim ſiquidem cum Paulus ſecundus Romanus Pontifex ad inſtantiam Turingiæ principum in eorum Dominijs, præſentationis feſtum celebrari permiſiſſet, iſta deuotio etiam in Belgium penetrauit, quare ſupradictus Abbas

Abbas acquieſcens Audomarenſium precibus, conſenſit vt in ſuo cœnobio ſodalitium iſtud Pręſentationis Deiparæ nuncupatum erigeretur. Quod ipſo die D. Bertino ſacro fieri cœptum eſt ipſo Abbate ſodalitij cereum primò deferente, ad cuius imitationem, plurimi ſexus vtriuſque in eam ſodalitatem inſcripti ſunt. Ei ſacrum altare attributum eſt in quo Dominicis & feſtis Deiparæ ſodales ſacris interſunt. Idem Abbas Vicarius Eccleſiæ Morinenſis ab Apoſtolica ſede creatus, anno 1482. ſodalitium iſtud authoritate ſibi data approbauit.

Ad huius porro Beatæ Mariæ Virginis, Mediolanenſis nuncupatæ memoriam non pauca traduntur eueniſſe miracula, quæ, depicta tabella anno 1537. in Maiori Baſilicæ area, etiam num continentur ſanatio videlicet pueri ſagittâ perfoſſi. Alterius item pueri lanceâ latus percuſſi, qui totis 10. menſibus fractæ coſtæ doloribus elanguerat. Puellæ ſex annorum ſubmerſæ & ante ſacrum altare vitæ redditæ, pueri mortui nati qui Virginis precibus baptizatus eſt. Clemens octauus ei ſodalitio præſentatæ Virginis plenariam conceſſit indulgentiam ſingulis Deiparæ feſtis anno 1595. quinto nonas Maij.

Extat Romæ templum S. Mariæ puritatis in Burgo in qua eius imago viſitur miraculoſa, cuius feſtus dies eſt Præſentatio eiuſdem Virginis.

Metis Lotaringiæ oppido in Marianæ Præſentationis honorem extructum fuit cœnobium, ac Cœleſtinus monachis datum. Apud eos id feſtum habet octauam. *Petr. Creſſetius.*

Anno

2. Anno 1618. Imago Deiparæ Foyenſis iam varijs celebris miraculis ſolemni ritu ac maxima cum pompa transfertur è Caſtro Cellenſi ad ſacellum ei erectum.

Ribaden. in Catalogo.

3. Anno 1584. Obijt in Domino P. Franciſcus Turrianus Societatis IESV.

Hic ſcripſit pro conceptione Deiparæ immaculatæ & pro eius domo Lauretana contra quendam Vegerium hereticum. Idem cauſa fuit cur expunctum ex breuiario à Pio 5. tanquam minus antiquum feſtum Pręſentationis, in vſum denuo reuocaretur. Nam ex recondito ſuo illo antiquitatis penu vetuſtiſſimos authores deprompſit tum Græcos tum Latinos, eorumque teſtimonijs probauit Pręſentationis feſtum veteribus & ſanctiſſimis patribus & olim cognitum & laudibus celebratum. Quam eius pietatem placuiſſe Deiparæ inde patet quod ipſa (vt par eſt credere) vt in ipſomet feſto die quem ipſe tanto conatu defenderat, ad fœliciorem vitam commigraret ſuis precibus impetrarit.

Nouembris 22.

1. ANno 1603. Deiparæ interuentione ſanatur paralytica & rationis vſu deſtituta.

Accidit hoc miraculum in Angela Woters quæ præter paralyſim atque delirium nonnunquam erat muta: Tam vehemens autem erat paralyſis vt nec manum ad os admouere poſſet. Conſulti medici, poſtquam ex artis præſcripto ei varia adhibuiſſent, pronuntiant exiguam eſſe ſpem recuperandæ valetudinis, ſuadereque ſe vt

ad

ad ſupernum auxiliũ confugerent parentes puellæ: Itaque votum concipiunt peregrinationis ad montem Acutum, quo ſe exoluerunt hyeme tranſacta. Interim die Præſentationis B. V. M. mater cum filia ad templum eiuſdem in Antuerpienſi ciuitate (erant enim Antuerpienſes) ſe cõfert orationis cauſa. Nec fruſtra eam adhibuit mediatricem, nam ſequenti die mane reſtituta eſt puella perfecto membrorum omnium vſui, cum antea planè illo deſtituta eſſet, admirantibus omnibus, ac maximè medicis tam ſubitam mutationem.

2. Anno 1272. vita exit Henricus Angliæ Rex.

Hic egregium illud Weſtmonaſterij ſacellum B.V.M. extruxit primumque ſuis manibus lapidem in fundamentis deiecit, & magni pretij ornamentis ditauit. Idem quotidie tres miſſas eaſq; bene longas, ſcilicet cum cantu quotidie audiebat præter alias priuatas & ſine cantu celebratas: Cumque ei aliquando Ludouicus Franciæ Rex diceret, debere illum potius frequentius concionibus intereſſe: Imo inquit ei multo magis malim frequentiori amici mei frui cõſpectu quam aliorum de illo laudes audire. *M.S. Vaticana.*

3. Natale S. Cæciliæ V. & M.

Hæc frequenter fuit in comitatu Virginis matris quando ſe mortalibus viſendam præbuit. Vide Aprilis 22. n. 1. Auguſti 4. n. 3.

Non

Nouembris 23.

1. ANno 1464. natale B. Margaretæ Sabaudæ Marchioniſſæ Montisferrati ex ordine S. Dominici.

Chronic. ordinis. Cum hæc podagra grauiſſimè torqueretur atque Deum rogaret vt ſaltem ei acutiſſimos illos dolores aliquantulum minueret ; apparuit illi B. V. M. indicauitque filij ſui voluntatem eſſe, vt eos cruciatus æquo animo ad vſque vitæ terminum toleraret. Itaque deinceps ſumma patientia dolores illos pertulit, neque vnquam de ijs audita queri. Cumq; ab ea quereretur quemadmodum ſeſe haberet, optime, inquiebat, quandoquidem in me Dei voluntas perficitur.

Cum neptis eius (quæ poſtea Regi Cypri nupſit) à medicis deſperata iaceret, ad Chriſtum eiuſque parenté precando ſe conuertit pro neptis ſanitate. Nec fruſtra, nam ipſa eadem nocte qua illa moritura putabatur, apparuit B. Virgo Margaretę, indicauitque exauditas eius preces à filio, neptemque ſanitati reſtituendam.

Anno 1624. Vrbanus 8. Franciſcum Borgiam Societatis IESV in Beatorum Album abſcribit.

De eius erga Deiparam pietate vide 30. Septemb.

Nouembris 24.

Hiſtor. Montiſſ. 1. ANno 1535. quidam publicè teſtatur ſe Deiparæ interceſſione, ſine linguâ locutum non minus quam ſi linguam habuiſſet.

Res ita contigit. Cum Antonius Vbelis Sabaudus,

dus Aſtum tenderet, incidit in prædones qui eius omnia ſcrutantes, inuenerunt Epiſtolam Ducis Sabaudi ad quendam militum præfectũ qua iubebatur purgare itinera ab iſtis prædonibus. Itaq; illi ira incenſi tum in Ducem tũ in Antoniũ Epiſtolæ latorẽ (licet planè ignarus eſſet quid eâ cõtineretur) eũ malè excipiũt, ac multis locis vulnerant equo deiectum. Ipſe vero tacitè ſed magno animi ardore Deiparã Montiſſerrati inuocabat. Interim datur ei optio à prædonibus de duobus, quorũ alterum ſciat ſibi neceſſariò ſubeundum, malitne manum ſibi vtramq; abſcindi, an linguã cum auribus. Illis vrgentibus vt alterum eligeret, neque ſpem vllam eſſe euadendi conteſtantibus, poſtquã ſe maiore adhuc quam prius animi æſtu ac vehementia Deiparæ cõmendaſſet, reſpondit malle ſe multò auriũ ac linguæ vſu, carere quam manuum. Vix verba finierat cum eum auribus & lingua mutilant, eaque ei in manibus dant edicuntque vt ea ad ducem deferat pro reſponſo Epiſtolæ quam ad ſupradictum præfectũ militũ diximus ſcripſiſſe. Neque tamen tot cruciatus auertere potuerunt Antoniũ quo minus iter ſuũ Aſtum verſus proſequeretur, & quin Deiparam imploraret: quare paulo poſt ipſe voti compos factus eſt, & ab ea vulnera omnia curata ſunt, & quod planè ſtupendũ eſt, abſq; lingua non minus quã antea expeditè loquebatur. Quod quidem plurimorũ teſtimonio confirmatũ eſt, quem lingua carere oculis ſuis viderunt, nihilominus diſtinctè atque articulatè loquentem audierunt.

2. Anno 602. vita exit Mauritius Imperator.

Hic teſte Nicephoro, Aſſũptionis feſtũ edicto ſtatuit.

ſtatuit. Vel vt alij volunt, eam antea ab Eccleſia inſtitutam, ipſe in Oriente ſanctione edita promulgauit.

3. Anno 1617. Dux Corecius è ſobole magnorum Ducum Lithuaniæ Deiparæ ope vinculis eximitur quibus à Turca conſtrictus tenebatur. Longior eſt Hiſtoria, ideo omittitur, digniſſima tamen eſt quæ legatur.

Bronius ad ann. 1383.

Nouembris 25.

1. ANno 1625. Sereniſſimus Archidux Leopoldus, Imperatoris Ferdinandi frater germanus, Lauretum attigit. Apud patres Societatis hoſpitatus eſt. Porrò quotidie amplius 6. horas mane flexis genibus in ſacro ſacello orabat, veſperi autem duas. Inde ad Collegium Patrum ſe recipiebat. Vt autem ignotus eſſet populo, cum receptum parabat, vnum ex ſuis aulicis præmittebat, cui cæteri tanquam ſibi famularentur, ipſe paulo poſt per interiorem porticum in hoſpitium ſuum ſe recipiebat, vniuerſo populo ad ſuos aulicos conuerſo. Vbi communibus cibis cum patribus contentus, frugalem vitam & religioſam ducebat. Eandem vitæ rationem Romæ tenuit, quo ſe contulerat ad Iubilæum, nec quis eſſet ſciri voluit ne pia eius exercitia viſitationibus Cardinalium interturbarentur.

3. Natale S. Catharinæ V. & M.

Hæc frequenter comitata eſt SS. V. M. quando varijs occaſionibus ſe præbuit viſendam. Vide inter cæteras 18. huius & Auguſti 4. n. 3.

Nou.

Digitized by Google

Nouembris 26.

1. ROmæ anno 1503. coronatur Pontifex Iulius 2.

Hic religione erga Deiparã Lauretanam nulli ſecundus, Lauretanã ædem in ſuã recipit tutelã, eamq; Pontificium ſacellum appellat, Sacra ibi officia ſolemni ritu ſimiliter vt Romæ in ſacello Pontificis peragi iubens. Lauretani templi miniſtris indulſit, vt Pontificij familiares & cõuictores eſſent eo iure quo qui optimo Annonã & alia venalia Lauretũ deferentes omniportorio ac vectigali immunes eſſe voluit. Idem B.V.M. inuocata à Bonbardę ictu protectus eam varijs donis colit. Vide Hiſt. Lauret. l. 2. c. 12. & 14. Vbi alia Iulij 2. in Deiparam grati animi monumenta afferuntur.

2. Clemens 7. SS. numero aſcribit B. Antoniũ ex Dominicano ordine Archiep. Florentin. De eo vide 2. Maij.

3. Anno 1505. Obit Elizabetha Hiſpaniarũ Regina, Ferdinandi Regis cognomento Catholici coniux. Quid ab ea contra Mauros Deiparæ hoſtes acerrimos præſtiterit, vide vbi de Ferdinando 13. Auguſti, communibus enim conſilijs omnia gerebant etiam bellica negotia Rex iſte & Regina.

Nouembris 27.

1. ANno 1382. In pugna Roſebecana Gallorum in Flandros, illorũ acies loco mota ab his, interfectiq; aliquot equites donec clamatur à quodam milite: O. Virgo Maria ora pro nobis, tum inclinauit ad Gallos victoria. *Meyerus.*

Digitized by Google

Nouembris 28.

1. IN monaſterio Lætienſi in Hannonia annuatim celebratur memoria cum Miſſa feſtiua, aduentus Conſtantinopoli, reliquiarum varij generis, inter quas præcipuum locum obtinent Chriſti Domini & Deiparæ matris. Vide paralipomena noſtri inuentarij reliquiarum eiuſdem.

Hăc memoriam vitioſè quidam reijciunt ad Kal. Decemb. Damaſcenus.

2. Natalis dies ſancti Stephani iunioris Martyris.

Hunc parentes precibus à Deipara impetrarunt atque imprimis eius mater, cui oranti ante eius imaginem ipſa apparuit, eique pedem vellicauit: Abi inquiens, muliercula, voti compos facta es. Sicque filium enixa, cum vt promiſerat, genitricis Dei obſequio dedicauit. Accipe, ait, Dei mater hunc chariſſimum filium quem tuo beneficio peperi.

Porro hic glorioſus Martyr contra Iconomachos ſacrarumque Dei ac Deiparæ imaginum oſores fortiſſimè dimicauit, iiſque inuitis ad eas hoc miraculum patrauit. Cum in Proconneſo rogaretur vt Armenium quemdam grauiſſime laborantem ſanaret, duas imagines Chriſti & Mariæ illi adorandas propoſuit. Paret ægrotus & poſt adorationem conualeſcit, tantumque virium recipit vt corpus quod dimidia ſui parte contabuerat & humi vergebat: citra difficultatē ſeſe erigeret.

3. In Domino moritur Gregor. eo nomine 3.

Hic imaginem SS. Dei matris veſtiuit argento puriſſi-

puriſſimo penſante libras 50. Item in Baſilica eiuſdem Dei parentis quæ ad Martyres, tectum demolitus eſt & purgari fecit ad purum & cum chartis plumbeis reſtaurauit, & quæcumque per circuitum eiuſdem tecti fuerant diſſipata, nouo nitore cōſtruxit ac depinxit. Mutauit etiam trabes in Eccleſia SS. Dei matris ad præſepe numero ſex fecit & veſtes ad altare eius &c. *Authores vitæ Pontif.*

4. Anno 1615. vitâ fungitur Pater Oliuerius Manareus Societatis IESV.

Hic à Sancto Ignatio Lauretum miſſus anno 1554. ad illud Deiparæ collegium regendum (voco Deiparæ quia ipſa eſt eiuſque theſauri quæ collegium alit) multis annis illud prudenter adminiſtrauit. Porro inſignem ſemel præſentem Deiparæ opem in graui vitæ diſcrimine expertus eſt. Cum enim non procul Laureto iter faceret & conaretur tranſire pontem aquis tectum, & partim etiam aquarum vi ruptū, equus eius ventre ſuper palum cecidit. Et cum neque regredi neque porro pergere poſſet, neq; adeſſet quiſquam qui ei opem ferret, ad Lauretanæ Virginis præſidium confugit. Mirum dictu illico vidit ſe miraculoſe ab aquis ereptum & ad oppoſitam ripam ſe ſenſit tranſlatum. *C.2. Hiſt. Societatis l.1.*

Alias (interueniente, vt creditum, Deipara) multiplicatam expertus eſt farinam cum pauxillo ſaccaro & aliquot ouis quæ miſerat ad honeſtam fœminam vt in ſolamen noſtrorum ægrorum, qui multi decumbebant, aliquid placentularum conficeret. Dum illa cum filia & nepote huic operi inſiſtunt, ſentiunt maſſam intra manus quodammodo augeri, inde numerum ingentem bellariorum conficiunt, & poſtremo dum ma-

Digitized by Google

ctram euerrunt collecturæ ſi quid farinæ reſederit, prope diſcum in quo fuerat allata denuò complent.

Idem ſæpius eadem Diua procurante à filio multiplicatos panes (cum domi anguſta res eſſet) expertus eſt, vt ibidem narratur fuſius.

5. Anno 1476. ad vitam immortalem euocatur beatus Iacobus Picenus Minorita.

Marcus Vlyſſ. l. 6. p. 3. Hiſt. Minorũ.

Huic cum ob varios labores maximè concionum fracta eſſet vena, at iam totos nouem annos ſanguinis ſtillicidium paſſus eſſet cum febri hectica, Lauretum ſe contulit, vbi ſacram hoſtiam litanti & ſanitatem corporis deprecanti, ſtatim à conſecratione Diua Virgo apparuit, & vt aliquid aliud per illam à filio poſtularet monuit. Iam enim fluxum ſanguinis ſtagnatum & febrem depulſam eſſe ſciret. Aliquot annis tentationibus grauiſſimis agitatus cum ſibi caſum metueret, Diuæ Lauretanæ templum petijt, vbi corpore & ſanguine Chriſti conſecrato, Virginum Primiceriam ſummo affectu vt eas tentationes repelleret interpellauit. Nec fruſtra; apparuit enim ei Beatiſſima V. M. & breui ſe ab ea moleſtia liberandum edixit.

Hunc cum nefarius quidam, Matelicæ in Piceno quod ſe ab eo notatum inter concionandũ exiſtimaret (dixerat enim vir Sanctus ſumma animi contentione in libidinem præpoſteram) ſtatuiſſet occidere, contulit ſe extra pomerium ciuitatis ad quamdam Dei Matris Eccleſiolam qua Iacobus die ſequenti erat tranſiturus. Ibi imago Dei Parentis depicta quaſi viueret vultu

ad

ad iram efformato nefarium hominem aſpiciens, horribilibus verbis illum ita terruit, vt in terram corruerit, tantiſperque proſtratus iacuerit donec Iacobus præteriret, vicini accurrerent, aliqui in proximum Xenodochium deferrent, vbi poſtquã tribus menſibus iacuiſſet, ſanus ad Iacobum perrexit, veniam ab eo petijt & deinceps caſte vixit. Idem Iacobus inuocato IESV & MARIÆ nomine dæmones pellebat. Aliquando cum Romæ de verbi Incarnatione in cubiculo Cardinalis Sauonenſis diſſereret, imago Deiparæ caput inclinauit, quaſi quæ ille dixiſſet approbaret. Tandem in inuocatione nominis IESV & MARIÆ ſpiritum Deo reddidit, in vita & à morte miraculis clarus. De hoc illud mirandum narratur quod cum Mater eum geſtaret vtero, & periculum incurriſſet ne reuertens à prædiolo, à prædonibus ſpoliaretur, audiuit infantem adhuc vtero clauſum ſonora voce eam monentem ne timeret, neue gradum accelerarct, futurum ne ei hoſtes nocerent. Factum, & incolumis ad oppidum peruenit, at iam ab hoſtibus direptum; Verum domum ſuam ab ijs intactam reperit.

Nouembris 29.

1. NAtalis S. Radbodi Epiſcopi Traiectenſis cui ægrotanti apparet Deipara cũ SS. Tecla & Agnete. Qui cũ vehementer timeret: ne, inquit illa, timeas, certus te eam intueri cui crebro preces offers, nõ ego te dedignor præſentia mea, cuius in tuis ad Deum precibus frequenter memoriam vſurpas neque ea apparitione, blandiſq; verbis contenta, eum protinus ſanauit, recedenſque *Chronic. Traiectenſe.*

que odorem gratiſſimum poſt ſe reliquit qui & diu perſeuerauit.

2. Natale S. Bilhildis viduæ ſanctimonialis anno circiter 635.

Serrarius in Mogũtiacis. Hæc Moguntiæ templum ac monaſterium in BB.V.M. honorem extruxit, ac dotauit, in quo multas Virgines adunauit, & quia bonis multis, reliquijs ſanctorum, immunitatibus & priuilegijs quamplurimis ornatum erat, & in ſublimi veluti locatum, ideo appellatur altum monaſterium glorioſæ Virginis Mariæ.

Vincentius in ſpeculo hiſt. l. 7. c. 116. Specul. exemp. & alij. 3. Anno 1173. migrauit è vita Audomari ad D. Bertini B. Ioſcio.

Hic quotidie 5. Pſalmos ad Deiparæ honorẽ recitabat, hos nempe, quorum initiales litteræ nomen Mariæ exprimũt: Magnificat, Ad Dominũ, Retribue, In conuertendo, Ad te leuaui, præmiſſa ad ſingulos ſalutatione Angelica. Hanc in Deiparam pietatem ingens prodigium conſecutum eſt. Nã ex defuncti capite 5. roſæ purpureæ proceſſerunt, in quarum prima, nomen Mariæ apparuit, vna ex ore, duæ ex oculis totidem ex auribus prodibant.

Vide aliquid non abſimile in Cantipratenſi l. 2. Apum c. 29. de Ioſberto. Porrò roſas Ioſcionis (ſub ann. 1163.) id eſt totidem miracula, vniuerſus populus ſpectauit. Earum vna ex ore educta (reliquis 4. paulo poſt euaneſcentibus) cryſtallo incluſa & in altari repoſita, nomen Deiparæ & ſanctitatem Ioſcionis diu toti mundo atteſtata eſt.

Hiſt. ordinis Minimorũ. 4. Huc refero (quia dies mortis ignoratur) quod accidit fratri Iacobo Barbuto ordinis Minimorum, è cuius ore tria lilia viſa prodire inſcripta

ſcripta pulcherrimo charactere SS. nominibus IESV & MARIÆ.

5. Vita fungitur Philippus 4. Galliæ Rex cognomento Pulcher.

Hic monaſterium Dominæ noſtræ Poiſſiacẽſe, circa annum Domini milleſimum à Conſtantia Roberti Gallor. Regis coniuge ædificatum, iam fere collapſum inſtaurauit magnificijs ædificijs, & Auguſtinianis (alij Benedictinis) quibus primum erat à fundatrice aſſignatum, ſurrogauit Virgines S. Dominici inſtitutum profeſſas.

Idem Lutetiæ anno circiter 1290. monaſteriũ conſtituit dictum humilitatis noſtræ Dominæ vulgo *der billetter.* Eius conſtituendi hæc occaſio fuit. Perfidus quidam Iudæus acceptam à quadam muliercula ſacram Hoſtiam, cum cultello perfodiſſet, emanans ex ea plurimus ſanguis, aliaq; prodigia primùm populum, deinde Regem mirifice perculerunt. Vnde ſumpto de Iudæo ſupplicio ædes eius diruere, aſceterium ibi collocare, Anachoretas aduocare ex diœceſi Cabillonenſi ac locum incolendum dare, vbi in hũc vſq; diem perſeuerarunt. *Corozat. l. de antiquit. Pariſ.*

De Philippi victoria ope Deiparæ vide 17. Auguſti, denique hîc.

Hic ſuis in monaſterium S. Mariæ Laudenſis ordinis Ciſtercienſis muneribus obtinuit, vt in eo quotidie ſacrum pro ipſius animæ refrigerio celebretur.

Nouembris 30.

1. NAſcitur S. Andreas Epiſcopus Feſulanus ordinis Carmelitarum.

Surius 6. Ianuarij. Quod non ſine Deiparæ ſingulari beneficio contigit, nam ab ea parentes eum impetrarunt, vouentes ſe eiuſdem religioni tradituros, quod & ipſo annuente fecere. Non nobis (inquiebant ei parentes) at B.V.M. natus es. Cæterum frequenter ſe illi oſtendit viſendam. Ac in cæteris apparitionibus eximia illa fuit, quando ab eo primitias celebrante viſa eſt, cui & dixit: *Seruus meus es tu quia ego elegi te, & ego in te gloriabor.*

2. Natale S. Andreæ Apoſtoli.

Hic Chriſtum in itineribus ſuis per Iudæam & Galileam comitatus (vt & cæteri Apoſtoli) dignus fuit qui frequentiſſimè Dei genitricis conſortio frueretur. Nam indiuulſo adhæſiſſe eam filio ſuo diximus ex SS. Patribus ad 17. Octobris.

DECEMB.

Digitized by Google

DECEMBER.

Decembris 1.

1. NATALE S. Eligij Epiſcopi Nouiomenſis. *Hiſtor. Carnut.*

Hic cum adhuc in ſæculo degeret, opificio aurifaber quatuor aureas aquilas cudit, quas Rotelinda mater Odonis tunc Epiſcopi Carnutenſis obtulit Diuæ Virgini, ad exteriorem ornatum ſacri aurei feretri quo continetur ſacrum eius induſium.

5. Anno 1581. Martyrio coronatur Londini Pater Edmondus Campianus Societatis IESV.

Hic dies duos noctéſque pene integras in equuleo grauiſſimè tortus, ac extenſus IESV nomen ac Mariæ frequenter ingeminat, quos & ſenſit ſibi propitios, admirabili patientia animiq; fortitudine illi collata.

Idem B. V. M. Litanias in carmen pentametrum redegit memoriæ cauſa, quas & frequenter recitabat. Vide noſtrum Parnaſſ. Marian.

3. Anno 1258. Grecorum Imperator creatur Michael Palæologus.

Hic cum vrbem amiſſam recuperaſſet, vbi pri-

mum

Nicephorus Gregoras. mum Conſtantinopolim venit coram imagine B. V. M. à S. Luca depictæ primum gratias dixit, illamque religioſè præferri voluit, ac deinde pedes ipſe comitatus atque ſtipatus in vrbem proceſsit.

Decembris 2.

Bullarij p. 490. 1. ANno 1521. obit Romæ Leo decimus. Hic Pontifex approbauit quod confratres hoſpitales B. V. M. de populo in vrbe ſtatuerant, ſcilicet in eo debere de cætero recipi infirmos incurabiles, qui in alijs vrbis hoſpitalibus non recipiebantur, præterquã epidimiæ & lepræ morbo infectos. Eidem hoſpitali varia indulget priuilegia.

Horatius Turſellinus in eius vita. In Hiſt. Societatis. 2. Chriſtus & Deipara à S. Franciſco Xauerio animam agente frequenter inuocantur atque in ea inuocatione beatum ſpiritum ſuũ Deo reddidit in Sanciano Inſula apud Sinas, dum in eorum conuerſionem, capitis licet propoſito periculo aut perpetuæ ſeruitutis toto animi conatu incumbit, anno 1552.

Hic eſt Iaponiorum Apoſtolus qui omnium primus in Iaponiam Chriſti & Mariæ nomen & cultum inuexit, vtrique longè addictiſſimus.

Prope Pariſios in monte Martyrum in Beatiſſimæ Virginis templo ipſo die Aſſumptionis vota nuncupauit cum Sancto Ignatio & ſocijs, bonis omnibus renuntiandi ſtudijs abſolutis Ieroſolymamque proficiſcendi ob ſalutem animarum. In tradendis fidei articulis & decalogi præceptis, hanc fere rationem ſeruabat vt primo præcepto decanta-

decantato, primùm Dei opem inuocaret recitata oratione Dominica, deinde cum reliquis caneret: Sancta Maria Mater Ieſu Chriſti impetra nobis à filio tuo vt primum eius præceptum ſeruemus ſedulo. Inde ſalutationem Angelicam addebat, eademque ratio in alijs nouem præceptis ſeruabatur. Catechiſmi autem tradendi finis erat Salue Regina, quo omnes Beatiſſimæ V. Mariæ opem implorabant.

Cum Meliapore in India noctu ante eius arã oraret & à dęmonibus acriter verberaretur, Deiparam ſui certaminis ſpectatricem implorabat ijs verbis identidem repetitis, Domina opitulare, Domina mihi nõ opitulaberis? In dubijs Deum conſulebat ea adhibita deprecatrice, obſeſſum à dæmone adoleſcentem qui linguæ vſum amiſerat & periculoſo morbo laborabat, facto Virginis ſacro, excuſſo dæmone integræ ſoſpitati reſtituit. In Iaponiam ipſo Aſſumptionis die multis difficultatibus, quibus eam nauigationem ſatanas impedire conatus eſt, Virginis ope ſuperatis peruenit vbi tam præclara ad Dei gloriam operatus eſt.

In reditu ex Iaponia, cum ſcapha, in qua 15. vehebantur præter duos Saracenos vi tempeſtatis eſſet abrepta & iam de ea deſperatum eſſet, fuſis à Sancto Xauerio ad Deum precibus & ad Deiparam Malucenſem cui tria ſacra vouit, poſt triduum è certiſſimo naufragio incolumis ad onerariam Dei Deiparæque beneficio redijt.

Tandem vt dictum eſt, in ſuprema ægritudine, biduo moribundus voces illas frequenter iterabat: Ieſu fili Dauid miſerere mei, Sancta Mater Dei memento mei.

3. Natale

Digitized by Google

3. Natale S. Petri cognomine Chryſologi, Rauennæ Archi epiſcopi.

Floruit ſub anno 450. Hic Domini Matrem multis laudauit. In cæteris ita de illa: Quantus ſit Deus, ſatis ignorat ille qui huius Virginis mentem non *Sermone 140.* ſtupet, animum non miratur, pauet cælum tremunt Angeli, creatura non ſuſtinet, natura non ſufficit: & vna puella ſic Deum in ſui pectoris capit, recipit, oblectat hoſpitio, vt pacem terræ, cælis gloriam, ſalutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cœleſtibus parentelam, ipſius Dei cum carne commercium pro ipſa domus exigat penſione.

Sermone 142. Idem, ipſe Angelus miratur aut fœminam tantum, aut omnes homines vitam meruiſſe per fœminam, ſtupet Angelus totum Deum venire intra virginalis vteri anguſtias cui tota ſimul anguſta eſt creatura.

Sermone 143. Iterum. Aue gratia plena. Hæc eſt gratia quæ dedit cœlis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus diſciplinam &c.

Decembris 3.

1. ANno 1592. obijt Sereniſſimus Alexander Farneſius Parmæ & Placētiæ Dux, Belgijque moderator.

Hic cum ſciret à Deo eſſe euentus, interpretem apud eum & conciliatricem habuit Dei genitricem. Sæpe ad B. Virginem Hallenſem cōmeare ſolitus, & vix aliter in expeditionē vllam ire niſi precibus votiſque ad aram eius ritè piéque conceptis. Inſuper ferè aut pedes iter totum cōficere, aut

aut certè in ipſa via ad primũ conſpectum ſacræ Virginis deſilire ex equo, & reliquũ ſic peragere teſtandæ venerationi conſueuit. Dona porro eius ibi crebra ſubmiſſa aut oblata. Sed ferè ſtipes aut nummi fuerũt, opportuna ſolatia in arctis tũc rebus; hoc ipſo laudandus quod beneficiũ dare, nõ famã parare voluit, & Deũ motorẽ ac muneratorem aſpexit. Iuſtus Lipſius in Virgine Hallenſi.

2. Anno 1138. obit Lotarius Imperator eo nomine 3.

Hic donationem decimæ quam Henricus 4. Romanorum Imperator dederat Eccleſię S. Mariæ Antuerpienſis ratam habuit.

3. Anno 1561. à Pontifice confirmatum eſt quod Laureti habet Societas IESV Collegium Deiparæ Lauretanæ obſequio deuotum, quo die Societas primum 7. annis ante acceperat. Laici omnes (quos coadiutores tẽporales vocãt) ad gratias Deo eiuſq; genitrici agendas in Deiparæ cõclaui SS. ſumpſere Euchariſtiam. Quod eo die anniuerſario, quotannis ab iiſdem præſtitum eſt. *Hiſt. Societ.*

4. Anno 1609. Ignatius Societatis IESV author à Paulo 5. in Beatorum Album refertur.

Vide de eo 12. Martij & 31. Iulij.

Decembris 4.

1. NAtalis S. Annonis Archiepiſcopi Colonienſis. *Cartagena tomo 4. ex Gobelino in vita S. Annonis.*

Hic Deiparæ erat obſeruantiſſimus, cuius patrocinio vtendum nitendumque eſſe aſſerebat, & vt facerent ij quibus præerat frequenter admonebat, in quem finem hiſtoriam iſtam eis enarrabat. Romæ quidam qui luxu atque inertia diffluebat,

diffluebat, nomine tantum Chriſtianus, erat tamen S. Cæſario Martyri addictiſſimus. Is mortuus eſt & paulo poſt redijt ad vitam maximo eorum horrore qui ad eius corpus vigilabant, poſtero die humandum. Cumque ab eo quereretur quo loco eſſent res ſuæ: Perpetuo, inquit, apud inferos ſcelerum meorum pœnas dediſſem niſi me S. Cæſarij deprecatio adiuuiſſet, qui flexis genibus coram Deo pro me ſupplicauit, quo orante ſuperuenit SS. Virgo Deipara ſanctorum omniũ ſtipata choro, quæ Chriſtum filium ſuum ad S. Martyris flexit voluntatem. Quare vitæ redditus Deo reconciliatus eſt, iterumque in Domino obdormiuit.

2. Anno 1586. quidam à læthalibus vulneribus conualeſcit.

Hunc in Gallia ciuitate Curca aggreſſi ſunt hæretici, poſtquam ibi magnam Catholicorum vim peremiſſent. Et de ijs vnus, gladium punctim vibrauit in eius pectus tanto impetu, vt bene profundè corpus intraret. Quo non contentus iterum in latere dextro eum gladio ferit. Acceſſit & alter qui magna vi caput eius etiam enſe percuſſit. Interim tot vulneribus ſaucius, Deiparam Montiſſerrati inuocat. Nec fruſtra, & mirabile ſanè eſt quod ei tum contigit. Nam factus eſt poſtmodum hoſtibus illis ſuis inuiſibilis, & licet eum conquirentes ad præſentem mortem, propè eum incederent, imò & tangerent, nihilominus eorum conſpectui diuinitus ſubſtractus erat. Auctum beneficium à Deipara, nam intra paucos dies à mortiferis illis vulneribus omnino conualuit.

3. Anno 1334. vita exit Ioannes vigeſimus

ſimus ſecundus ſummus Pontifex.

Hic, vt ter quotidie tintinnabula à mane in veſperum pulſarentur, quò quiſque ter Salutationem Angelicam recitaret, inſtituit. Idem Auenione capellam Dei genitricis, titulo de miraculis ædificauit, & perpetuos ibidem capellanos fundauit hac occaſione. Duobus Auenione (vbi tum degebat Pontifex) pro crimine peſſimo commiſſo vno ſene & altero iuuene igni adiudicatis, eiſque ad columnam ligatis, igneque accenſo iunior ad inuocationem Deiparæ, ſeniore exuſto, illæſus exijt.

Polydor. l.6. de Inuentor. c. 12.

Richardus Cluniacenſis in Ioan. 22.

Decembris 5.

1. ANno 1244. vitâ deceſſit Ioanna Flandriæ Comes.

Meyerus.

Hæc Inſulæ, Deiparæ Virginis Noſocomium, (hoſpitale Comitiſſę vulgò nominant) condidit, vbi ciues indigentia preſſi & ægri, à fratribus & ſororibus D. Auguſtini regula obſtrictis, liberaliter habentur. Illi vt pluribus iuuandis pauperibus pateret aulæ ſuę partē attribuit, & condendis cēſibus tū prædia tum molas & alia multa donauit. Et ne quid etiam egrorum ſpiritualibus neceſſitatibus deeſſet, ſapienti cauit edicto.

Eadem Marquettæ prope Inſulam fundauit præclarum Reclinatorij. B.V.M. monaſterium Virginibus ordinis Ciſtercienſis, & perbene ijs opibus inſtruxit quæ multis ſanctimonialibus alendis ſufficiunt. Illic frequenter ipſa à tumultibus aulicis ſemota, ſpiritualibus animum paſcebat

P. Ioann. Buzelin. l.1. c. 5. & lib. 2. c.30.

bat delitijs. Eius ordinis habitum ſub vitæ finem ſuſcepit, ac paulò poſt inter Virgines ſuauiſſimè animam efflauit. Eius exemplo Margareta ſoror (quæ ei in Comitatu ſucceſsit) huc etiam à negotiorum ſecularium cura ſe conferre ſolita erat, vt animum cæleſtibus imbueret diſciplinis.

De ea 19. Febru.

Eiuſdem affectus erga Virginem patet ex inſigni eius imagine eburnea, quam cum capſulis argenteis & reliquijs quæ in ijs erant donatione inter viuos dedit monaſterio fratrum Dominicanorum Inſulis, retento tantum eius imaginis vſu ad vitam, vt ipſa loquitur in Epiſtola donationis.

Ioã. Buzelin.

Iacobus Guiſianus M.S.

Apud montes Hannoniæ viſitur locus ſpinoſus B.M.V. qui Spinlieu vulgò dicitur à ſpinis ac ſentibus.

Hic locus primum à quodam heremita fuit inhabitatus. Ea loci poſtea ſub annum 1216. nobiliſsima Virgo Beatrix Lenſienſis, caſtitatis ſeruandæ ergo, dotem ſuam matrimonialem ſeſeq; Chriſto offerens, cœnobium inchoauit & ordinis Ciſtercienſis habitum induit Ioanna. Porrò Conſtantinopolitana Flandrię & Hannonię Comitiſſa, prædijs & prouentibus cœnobium iſtud liberaliter auxit, vt conſtat ex aliquot diplomatibus anno 1217. datis.

2. Erigitur anno 1584. in Romano Collegio Societatis IESV Pontificis authoritate ſodalitas Deiparæ, ſub titulo Annũtiationis ex qua cæteræ per totum orbem manarunt in Collegijs eiuſdem ſocietatis. Vide ſupra 31. Ianuarij in Claudio Aquauiua.

3. Natale S. Sabæ Abbatis.

Hic in Paleſtina mira ſanctitate refulſit, & pro

pro fide Catholica aduerſus impugnantes Chalcedonenſe Concilium vniuerſale contra Eutychetem Deiparæ aduerſantem, ſtrenuè laborauit. Vide 26. Iunij de Eutychete.

Decembris 6.

1. NAtale Diui Nicolai Epiſcopi.

De eo non ignobiles authores narrãt, cum adhuc laicus eſſet ad eum veniſſe Chriſtum Dominum in maieſtate ſua, eique obtuliſſe codicem ſacrum Euangelij auro, gemmiſque diſtinctum. Apparuiſſe quoque tum Diuam Virginem, ad eumque pallium quo vtuntur Archiepiſcopi detuliſſe, quo & illum induit. Narrant ijdem quod cum in Niceno Concilio 318. patrũ contra Arium coacta, S. Nicolaus ex zelo honoris Ieſu Chriſti, eiuſque matris, Ariano cuidam vtrique iniurio colaphum impegiſſet, à patribus Concilij factum iſtud improbantibus, mitra & pallio priuatum eſſe. At id Deo non placuiſſe patuit, cum nocte inſequente, vtrumque ei à SS. Virgine reſtitutum ſit, cuius etiam miraculi fidem facit antiquus iſte verſus, qui D. Nicolai imagini ſupponi ſolet. *Natalis comes Lipoman. &c.*

Ob colaphũ hæretico impactũ, decora alta thiara,
Dempta tibi à patribus, Virgo Maria refert.

2. Anno 710. tranſlatio corporis D. Mariæ Magdalenæ.

De ea pulchrè Brouius to. 14. ad annũ 1279. De huius erga Deiparam ſtudio vide 22. Iulij.

Digitized by Google

P. Io. Burghesius.

3. Anno 1619. vita fungitur Franciſcus Coſterus Societatis IESV.

Huius in V.M. ſtudij extant preclara monumenta, meditationes de eius vita & laudibus, in Antiphonam Salue Regina, in Hymn. Aue Maris ſtella inſuper libellus Sodalitatis B.M.V. quā Sodalitatem & in Rhenana & in Belgicis prouincijs inſtituit. Nihil illi gratius accedebat quam ſermo de B. V. M. laudibus & miraculis, amabàtque tenerè quotquot eius amatores reperiſſet. Inter eiuſmodi ſermones, totus interno quodam gaudio colliqueſcebat. Exiſtimatur autem eiuſdem ope duo iſta rara aſſecutus. Vnum vt in maximis ac continuis ſcribendi, concionandi, regendi integras prouincias, omni ope proximos iuuandi laboribus, item in plurimis itineribus quæ pedes, plerumque cilicio armatus obibat, vel cum prouincialis munere fungeretur, aut cum in vrbem procurator prouinciæ, aut ad generalem congregationem delegatus, ad ann. vſque 88. ætatis ne vna quidem die tentatam valetudinem ſenſerit.

Alterum quod illibatum caſtitatis florem perpetuo ſeruauit ne minima quidem vnquam corporis cōmotione, & ne praua quidem cogitatione in omni vita pulſatus, quod non vnus in familiari colloquio ab eo accepit.

A parentibus ſuis maximè pijs B.M.V. obſequio conſecratus fuerat in tenera ſua ætate. Nullam eius imaginem inſalutatam præteribat, ſed coram ea ſalutationem Angelicam recitabat. Frequenter obſeruatū eſt eum mox vt ſeculares rumores inferrentur, ſomno correptum fuiſſe, vigilantiſſimum autem ad ſermones pios, ac potiſſimum

potiſſimum de Deipara.

Idem author fuit magiſtratui Antuerpienſi vt is è domo ſenatoria immani deturbato coloſſo, Dei matris effigiem polycletæa manu collocaret, quam ingentium ab hac Republica illius manu acceptorum beneficiorum monumentum eſſe voluit, frendentibus licet nouis copronymis. *Loerius.* *Vide 25. Martij.*

Decembris 7.

1. ANno 1605. curatur repente quædam à fluxu periculoſiſsimi catarrhi.

Fluxio iſta occluſerat ventriculos cerebri vnde ægra viſu, ſermone, auditu, ac rationis vſu deſtituta erat. Neque aduocati plures medici quicquam profuere, quare extrema vnctione adhibita, aliud nihil quam mors expectabatur. Interim mater ægræ, certum hominem ad montem Acutum miſerat qui Deiparæ patrocinium imploraret. Eodem autem ipſo tempore quo eò peruenit, (hora ſcilicet circiter octaua matutina) ægræ mulieri redditus eſt ſenſuum deperditorũ vſus, & rationis compos facta eſt.

2. Anno 1580. Quidam de prædonibus victoriam refert.

Erat hic natione Gallus quem prædones 7. aggreſſi ſunt, eorumque ſinguli è vicino (quatuor dumtaxat paſſuum interuallo diſſiti) in eum ſclopetum exploſerunt. Nec mora, ipſe Deiparæ Montiſſerratenſis opem aduocat in tanto conſtitutus diſcrimine. Quam & mox ſenſit præſto ſibi eſſe. Nam illi irritis ictibus nihil illi nocuerunt. Ipſe vero prædonum ducem, vnumque de ijs glande interemit.

Digitized by Google

Iacobus Breulius. 3. Anno 1550. Cantantibus Canonicis in templo Pariſienſi Diuæ Virginis, coram eiuſdem imagine quæ ſita eſt prope portam chori, quidam hæreticus natione Lotharingus per eos magna furia perrumpens ſtricto gladio conatus eſt ſupradictam imaginem deijcere. At ab ijs qui aderant impedita eſt furentis impia temeritas, iſque apprehenſus carceri traditus, ſequentique die Iouis (cum illud Dominica die ante tentaſſet) lingua ei præciſa, igne ante maiores valuas eiuſdem templi excitato, perijt.

4. Anno 1254. vitâ fungitur Innocentius 4.

Huius adhuc Cardinalis iuſſu Petrus Capocius excitauit à fundamentis ædiculam B.V.M. tali occaſione.

Cum imago quædam in tabula depicta in tegula per imprudentiam deiecta eſſet in puteum, qui quidem ad equorum ſtabulum, ac prope viã publicam (vnde templum poſtea denominatum eſt) ſitus erat in ædibus Cardinalis Capotij. Nocte porrò quadam exundantibus putei aquis & equile ipſum inundantibus, equorum ſtrepitu exciti famuli eam imaginem aquis ſupernatantem (licet ex ſe grauem) conſpexere. Mox Cardinalem docent qui magna pietate primum domi ſuę imaginem repoſuit, mox ſummi Pontificis iuſſu ædiculam ædificauit, in qua imago eſt collocata, tandem eam patres Seruitæ in ampliorem formã extruxere. Puteus vero ille intra templum concluditur. Ea ex aqua ægroti potiſſimum bibunt. Vocatur autem templum Sanctæ Mariæ in via.

Dec.

Digitized by Google

Decembris 8.

Feſtum immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ.

1. A Quo tempore feſtum iſtud apud Latinos cæperit non eſt ſatis certum, quidā ad annum 880. referunt, ob quandam reuelationem cuidam Regi Hungariæ factam, de qua Franciſcus Vannez in compendio virorum illuſtrium ordinis D. Benedicti. Alij ad tempora D. Anſelmi reuocant, quem dicunt à naufragio liberatum, ſimulque de hac ſolemnitate celebranda admonitum, quod & præſtitit factus Archiepiſcopus Cantuarienſis, eam per totam Angliam introducens. Eum ſecuta eſt Eccleſia Lugdunēſis. Denique ab vniuerſa Eccleſia recepta longe ante tempora Sixti 4. qui eam celebrantibus Miſſam & officium audiendo, Indulgentias impertitur. Reuelationes varias de hoc feſto inſtituendo vide apud Dioniſium ſerm. 1. 2. & 3. de Conceptione.

Obijt Anſelmus ann. 1109

In extrauaganti cum præcelſa.

2. Paulus 5. poſt maturam diſcuſſionem auditis votis Reuerendiſſimorū Cardinalium inquiſitorum, vetat nemo audeat in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & alijs quibuſcumq; actibus publicis aſſerere quod BB. Virgo fuerit concepta cum peccato originali, idque ſub cenſuris contentis in cōſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum & ſua, ſuper ea re vide 24. Maij.

3. In honorem Immaculatæ Conceptionis inſtituit ordinem religioſum Domina Beatrix

Vaſconcellus in deſcript. Luſitaniæ.

de Sylua circiter annum 1480. quem approbarunt Innocentius 8. & Iulius 2. Viuit 75. ſub directione Patrum S. Franciſci, licet habeant regulam particularem. Habitus quem gerunt ſupra, dictæ Beatrici à B. Virgine in viſione oſtenſus fuit, in eoque apparuit illi eadem Virgo ſcilicet cum veſte & ſcapulari candidis, & cum pallio cæruleo. Ac cum ſcapulari quidem & pallio geſtant eius imaginem ſolis radijs cinctam, ſtellis coronatam cum filio in vlnis. Hac imagine docentur profundam in corde B. V. M. memoriam & imitationem inſculpere. Et vt continenter honori intemeratæ Conceptionis intenderent animum, datum eſt ijs breuiarium quod aliud in ſingulos dies non contineret quam officiũ Cõceptionis, Dominicis dumtaxat ac feſtis ſolemnioribus demptis, quo tempore Romano vtuntur officio.

4. Huc ſpectat ſolemne iuramentum de immaculata Conceptione, cuius hic ſubijcio exemplar.

EXEMPLAR

SOlemnis iuramenti ferijs Beatiſſimæ Virgini Matri, ſine originalis peccati labe, conceptæ, ſacris, Neapoli, ab Illuſtriſſimo Prorege, Vniuerſitate, Conſilijs, Militia, concepti & publice præſtiti. anno 1618.

Ad tuæ maieſtatis pedes ô cæli terreque Regina Maria, prouoluti, & tua beneficia recolentes, atque erga immaculatam tuam conceptionẽ deuotioni accepta referentes, nos D. Petrus Giron,

Dux

Dux Oſunæ. Et in præſenti regno Neapolitano prorex, & venerabilis vniuerſitas ſtudiorum regiorum, nec non conſilia miniſtrorum, ac militia peditum, in hac ciuitate conſiſtentes, ſacrarum litterarum, ſanctorum Conciliorum, Tridentini præſertim SS. Romanorum Pontificum, ac Beatiſſimi D. N. Pauli diuina prouidentia Papæ V. de tuæ gloriæ amplificatione bene meriti, probatiſsimorum patrum, vniuerſo fere iam populo plaudente, veſtigijs inhęrentes, in hoc tibi ſacro templo, in hac nobis læta, & fauſta feſtiuitate, per merita filij tui, te iam ab ipſa æternitate ſine originali peccato præuiſam, & præſeruatam cõfitemur: teſtamurque Deum, & filium tuum nos hanc ſententiam de tua ab originali peccato præſeruatione, noſtro iam dudum inſitam pectori, Deo inſpirante, conſtantiſſime ad vltimum vitæ ſpiritum retenturos: hoc publice, hoc priuatim docebimus: hæc eadem à noſtris ſubditis, & à cæteris omnibus (quantum in nobis fuerit) teneri & doceri, Deo adiuuante curabimus. Ita vouemus, ita ſpondemus, ita iuramus, ſic nos Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia. Quam aſſertionem, votum, & Iuramentum ad pedes S. D. N. Pauli Papæ V. ſubmittimus, vt hæc omnia Apoſtolica benedictione promouere dignetur.

Tu ergo ô fœlix, ô ſummę fœlix, quæ ab initio & ante ſæcula ab ipſo Deo electa, & præſeruata fuiſti, Beatiſſima Virgo, eundem ſanctiſſimum Dominum noſtrum Paulum, diuturnitate pacis, & fœlicitate amplifica, & Catholicũ Regẽ noſtrũ Philippũ, tuæ ſine peccato Conceptioni conſtanter addictum, omnibus bonis accumula,

& longæuæ ſenectutis Imperij, & iuſtitiæ gloria exorna, nobiſque omnibus animorum puritatem ac peccati ſordium deteſtationem impetrare digneris. Neapoli 8. die Decembris 1618.

Sic voueo, ſic iuro, ſic me Deus adiuuet, & ſancta hæc Dei Euangelia.

Angelicus Doctor D. Thomas Aquinas in librum primũ ſent. diſtinct. quadrageſima quarta, quæſt. prima, articulo tertio, ad tertium in editione Lugdunenſi Iacobi Myt anni M. D. XX. recognita ad vnguem per Fratrem Lambertum Campeſtrem Theologum, ſacri ordinis Prædicatorum, & dicata Patri Marino Carolo, eiuſdẽ ordinis theologo inſigni. Sic ſcribit:

Poteſt aliquid creatum inueniri, quo nihil purius eſſe poteſt in rebus creatus, ſi nulla contagione peccati inquinatum ſit & talis fuit puritas B. Virginis, quæ à peccato Originali, & actuali immunis fuit. Fuit tamen ſub Deo inquantum erat in ea potentia ad peccandum.

Excuſum Neapoli apud Floraųantem Figliuolo.

5. Anno 1613. Apoplecticus omnium mẽbrorum vſu carens ſanatur ope Deiparæ,

Michael Speth. quæſtor generalis prouinciæ & diœceſis Bambergenſis morbo iſto tenebatur & licet varijs adhibitis remedijs nihil effectum erat. Itaque ad Beatiſſimam Virginem Mariam Wequerenſem recurrit cui argenteum deaura-

tum

tum calicem vouet, & alia quædam. Vix intra ſe ea vota conceperat cum ceſſat omnium mēbrorum torpor, redit aliqualis calor, frigus rigorem ſuum remittit ſumma medici admiratione. Tandem poſtquam confeſſus eſſet nouo Deiparę beneficio, frigus illud lethale quod prius ſenſerat, omnino abſcedit, infirmitas membrorum euaneſcit, denique ſanus & incolumis è lecto ſurgit. Obſtupeſcit medicus & fatetur ſe in omni vita ſua numquam tam lethales conuulſiones vnquã vidiſſe. Atque hæc de corporis curatione. Sequitur altera qua animo ægro remedium factum eſt.

6. Anno 1608. famulabatur Martinus Gutric Comburgenſis, nobili Catholico ipſe hæreticus, eratque ei Amanuenſis, Febris autem hectica Martinum inuaſit non ſine vitæ periculo, Solantur ſocij ægrum. Interim ipſe vult ad ſe vocari Dominum Foruerium Concionatorem Bãbergenſem, velle ſe ait fieri Catholicum. Obſtant illi, aduocaturos ſe aiunt miniſtrum, ille contra velle ſe ſacerdotem Catholicum reſpondet. Itaq; domeſtici Catholici ipſo die conceptionis Foruerium aduocant. Accedit ac offendit Comburgenſes miſſos qui exheredationis aliarumq; pœnarum minis, tum à Ioanne Caſimiro Saxoniæ Duce contendant ne Papiſta fiat, ille conſtanter reſpōdet ſe terrenam hæreditatem nihili ducere, cæleſtem mox initurum. Interrogatus à Foruerio cur tanto arderet Catholicæ fidei deſiderio. Reſpondit ſibi nocte præterita (erat is dies ſacer Conceptioni Deiparæ) eam ſibi multa luce radiantem adſtitiſſe, & quia me (inquiebat) ſæpe deuotè ſalutaſti, en venio ad te ac moneo, vt quia

Ex litteris Federici Foruerij ſuffragant Bambergenſis.

Digitized by Google

inſtat obitus tuus,in gremium ſanctæ Eccleſiæ te recipi cures, confitearis & communices: nocte enim natiuitatis filij mei, illa ipſa hora qua exijt viſceribus meis, veniam ad te, teque abducam ad gaudia cæleſtia. Ad hæc Foruesius cum ex hæreticorum ſis numero qui Deiparam non honorant,quibus tu obſequijs tantam ab ea gratiam promeritus es. Ego (inquit ille) à te edoctus in concione quam cum Domino meo Catholico frequentabam, quam ſit Mater Dei honoranda, & quam ei grata ſit ſalutatio Angelica ex eo tẽpore ſepties mane totidemque vicibus veſperi nixus genibus interdiu aliquot eamrecitaui.Itaq; omnibus munitus ſacramentis natiuitatis nocte, vt ei prædixerat Deipara,migrat ex hac vita. Ab eius morte manſit hilaritas in vultu fuitque colore viuido & formoſior quam dum viueret.

7. Villæ vicoſæ Diœceſis Eborenſis in Luſitaniæ regno (quæ ſedes eſt aulæ Brigantini Ducis) templum viſitur impollutæ Virginis, dictum à conceptione, quod extulit Comes Stabuli Nõnus Aluarus Pereira,in præcipuum oppidi delubrum, quod poſtea cœleſtibus portentis amplius clareſcens à Duce Theodoſio auitæ pietatis herede & amplificatore nouis ſubſtructionibus, & feſtiuis ludis maiorem venerationem comparauit.

8. Beriugilij in eadem diœceſi Eborenſi ſub eodem conceptionis titulo aliud eſt Virginis ſacrarium,conuenarum multitudini ad excipienda eius beneficia opportunũ vt iam pluribus miraculis experientia confirmauit.

9. Inſulis in Gallo Belgio templum Patrum Societatis IESV dicatum eſt Deo ſub titulo

tulo immaculatæ Conceptionis.

10. Romæ Sancti Martini templum quod à Crypta picta dicitur in campo Floræ ad theatrū Pompeij, dicatum eſt Conceptioni, idque ante 300. circiter annos. Cum enim ſummum altare cum templo peruetuſto diruendum eſſet ac reſtituēdum in pergameno verba iſta ſunt inuenta, Anno 1340, Indictione 2 die vero Martis, 8. Decembris tempore Bonifacij noni conſecratum anno ſuo ſexto hoc altare cum Eccleſia in honorem Conceptionis Beatiſſimæ Mariæ Virginis.

Octauius de vrbis Eccleſiis.

11. Leo 4. Romæ templum erexit titulo ſaluatoris quod poſtea à Deipara cōcepta eſt appellatum & Germanorum Sodalitati commnedatum.

12. Franciſcus Ximenius Archiepiſcopus Toletanus Toleti Sodalitatem Beatiſſimæ Virginis Mariæ Conceptioni ſacram erexit, & eam Kal. Nouembris promulgauit anno 1506. eius Sodalitij partes ſunt tam priuatæ quam publicæ pauperum egeſtati prouidere & ſingulis annis ab ipſis Kal. Nouembris in Aprilem duos Sodales cum Sodalitatis viatore ſub noctem concubiam mittere, qui omnes ciuitatis vicos prælucente lucerna perambulent & quos ſub dio pernoctantes offenderint, eos in ædem Sodalitatis quam ipſe Ximenius parari curarat ex tempore deducerent ac neceſſaria ſuppeditarent.

In eius vita per Gomezium.

13 Narrat Alexander Hallenſis Minorita quod cum ſecularis adhuc immaculatam Conceptionem impugnaſſet, grauique morbo eſſet correptus votum ſeſe emiſiſſe de ea defendenda, ac ſubito curatum fuiſſe.

Sedulius,

14. Oro-

Digitized by Google

Citatur à P. Spinelli. 14. Oroſius in Epiſtola ad Heliodorum: Corã Deo inquit noui & in veritate comperi quod nulla mulier in partu periclitatur ſuper quam deuotè Mariæ gratia imploratur, & dies eius Conceptionis celebratur.

Vide Ianu. 2. & Ianuarij 19. nu. 3.

Decembris 9.

1. FEſtum Conceptionis Deiparæ apud Græcos.

Id patet ex Menologio, & conſtitutione Emmanuelis Imperatoris, fuit autem apud Grecos ſeruatum ab hinc plus mille annis.

2. Conceptio apud GræcosS. Annæ Dei genitricis matris, & Domini noſtri auiæ. Ita Menologium.

3. Anno 1595. vita fungitur Pius 4.

Hic Laureti, ſuperiorem domus Pontificiæ porticum magna exſtruxit ex parte. Vetus Xenodochium nouo adiecto ædificio amplius & commodius fecit. Lauretanum oppidum Recinetenſibus ademptum ſui iuris eſſe voluit. Vide alia in ſacram ædem eiuſdem benefacta in Hiſt. Turſelli. l. 4. c. 1.

Idem Beatum Conſaluum Amaranthum ordinis B. Dominici miraculis clarum; Luſitanis celebrare ſub officio duplici indulſit. De Conſaluo porro hæc traduntur. Conſaluũ monuit Deipara vt eum ordinem ingrederetur qui Dei laudes à Salutatione Angelica inchoaret, & in ea eas finiret (ordinem S. Dominici innuebat) moribundus Deiparam Angelis ſtipatam ſe ad cælos inuitantem vidit & audiuit. Infans cum ploraret nulla

nulla alia re quam ſacra icone Deiparæ aut alterius Sancti poterat placari. Eius erga ſacras imagines affectus id præceſſerat argumentum. Cum baptizaretur ita vehementer in imaginem Crucifixi oculos intendit, dulcedinem quandam contemplationis præ ſe ferens vt omnes in ſtuporem conuerterit. In eremum poſtea ad contemplandum ſeceſſit.

Quod autem ad monitum Deiparę de ingreſſu in familiam S. Dominici, idem accidit Alberto Magno (quod arbitror alibi dictum) idem Taucredo inter Federici Imperatoris Palatinos non poſtremo, qui in dicto ordine excelluit Sãctitatis gloria ſub annum 1233. Cum enim genus vitæ quod ducebat ſecum expenderet & Deiparam vt ſe in viam ſalutis dirigeret precaretur, ſecũdum ſomnium apparuit ei Diua dicens: Ad meam familiam cito accede. Ille expergefactus cum ſeriem ſomni non intelligeret & Reginam cæli interim precaretur, iterum obdormiſcenti, duo viri habitu Dominicano in ſomnis illi apparuere, quorum ſenior: En inquit deſideras à Deipara in viam ſalutis dirigi. Ad noſtros itaque declina & ſaluti tuæ conſulueris. Secundo excitatus cum ad miſſam iret obuium habuit Priorẽ cœnobij Bononiæ, hunc cum ante nunquam vidiſſet & ſomnij circumſtantias expenderet obſtupuit, & ex effigie illum ei ſimilem, quem per quietem viderat, eſſe cognouit. Itaque Dominicanus ſpreta nobilitate generis, factus eſt.

Idem anno 1561. approbauit confraternitatem & hoſpitale B.M. Pietatis de vrbe, ad pauperes aduenas hoſpitandum, & ad egenos dementes charitatiuè ſuſcipiendum & curandum, nuper

nuper inſtitutam anno 1548. ſedente Paulo 3. Iteratò eam erigit & confirmat variaque dat ei priuilegia.

Decembris 10.

Turſell. l. 1. c. 6. 1. ANno 1294. Virginea domus in Picenum Italiæ regionē Angelicis manibus transfertur prope Recinetum. Abeſt id oppidum ab eo loco vbi ſancta domus conſedit millia paſſuū fermè quatuor. Transfertur autem è Dalmatia trans Adriaticum ſinum, (qui eſt traiectus ferè centum millium paſſuum) in quandam ſyluam matronæ Recinetenſis Lauretæ dictæ.

Tenet fama venienti Deiparæ domicilio, arbores obuias velut venerabundas hodie inclinaſſe ſeſe, ac deinde pronas perſtitiſſe quoad æuo, ferro, ventorum vi procumberent. Porro intempeſta nocte tranſlatio iſta facta eſt, eamque domum paſtores qui in proximo ſaltu armenta cuſtodiebant ingenti luce circumfuſam viderunt, & fuit inter eos qui conſpexiſſe ſe diceret cum ſublimis ſupra mare ferretur. Vide fuſius P. Turſellinum. Huius tranſlationis feſtum permiſſu Clementis 8. quotannis celebratur.

Decembris 11.

1. ANno 1530. cuiuſdam miraculoſa à morte preſeruatio.

Hunc Ephippio, altero pede hærentem, & ex eo quaſi ſuſpenſum equus trahebat per viam lapidibus & ſaxis confragoſam, nec ab eo ſeſe expedire

pedire poterat. Iam ita tractus fuerat ad centum paſſus & eò amplius cum ſe tandem Deiparæ Montiſſerratenſi enixè commendat. Mirum dictu vix verba protulerat, cum cremaſter ephippiarius licet nouus, ſeu vinculum quo ſellæ cohæret ephippium, illico fractum eſt, quaſi ſi quis illud nouacula benè exacuta exſcidiſſet.

2. Non abſimile eſt quod contigit Beato Petro Caralt Dominicano. Aliquando mula quæ bonum ſenem ferebat, ſpectro à dæmone obiecto territa, hominem Ephippio excuſſit & per multum viæ ſpatium pede in ſtapede hærentem ſuſpenſumque traxit, ac prope eliſit. Apparuit ei Beatiſſima Virgo Maria & manibus caput raptati ſuſtentans ac reliquum corpus à colliſione defendens illæſum ſeruauit. Aliâs (quod hic ſubijcitur quia dies obitus beati huius deſideratur) dum ægrotaret, dæmon habitu Doctoris Theologi ei apparuit, ac propoſita de Sanctiſſima Trinitate quæſtione ſubtilibus argumentis ſuis propè hominem ad infidelitatem deduxit. Cumque quod reſponderet non haberet, conuerſus ad imaginem Beatiſſimæ Mariæ Virginis, eius auxilium implorauit & obtinuit. Nam imago vultu ad eum verſo, mentem eius cœlitus impetrato lumine illuſtrauit, tenebras menti à dæmone offuſas excuſſit, & quod reſponderet ſuggeſſit. Cuius acumen Satan non ferens diſparuit. Huic mira erga Deiparam deuotio magnam erga omnes etiam principes viros, venerationem conciliauit.

Fr. Diagus in Hiſtor. Aragon.

Decembris 12.

Hiſtor. Grat.

1. ANno 626. Dei genitricis ope Heraclius Perſas vincit incruenta ferè victoria ex parte ſua, decem de ſuis tantum deſideratis. Potituſque eſt Heraclius opimis ſpolijs nimirum auratis armis Razatis Ducis Perſarum, quod totum Deo, Deique genitrici, quam in auxilium totius belli aſciuerat Imperator tributum eſt. Idē anno ſuperiore, belli Duce Theodoro eius fratre miraculoſam de ijſdē Perſis retulit victoriam. Deo enim per interceſſionem Beatæ Virginis opitulante, bello commiſſo, grando miræ magnitudinis contra barbaros cecidit, eorumque plurimos perculit. Itaque in fugam vertunt eos Romani, plurimoſque cædunt, non tamen nouis aucti copijs Perſæ deſiſtunt, at Conſtantinopolim decem dies obſident fruſtra, opitulante Deipara quam plebs Conſtantinopolitana impensè coluit ab ipſis Conſtantini temporibus, à quo & ciuitas Virginis dicta eſt. Cuius opem ijs adfuiſſe etiam ex hoſtium confeſſione conſtat. Viderunt enim prima luce mulierem illuſtrem, eunuchis comitatam, porta Blachernarum exeuntem (erat namque in Blachernis templum Deiparæ à Conſtantinopolitanis frequentari ſolitum) quam cū Heraclij opinarentur eſſe vxorem, & ad ſuum regē ire ob mariti abſentiam petendæ pacis cauſa, tranſitum ei conceſſerunt, ſubſequentem ex vrbe hominum turbam ipſi adorturi. Vt vero foſſæ ambitum egreſſam, non ire ad regem viderunt, inſecuti ſunt eam vſque ad locum cui veteris ſaxi nomen eſt, vbi cum eam ferè eſſent aſſecuti, ipſa cum

cum ſuis repentè ex oculis eorum euanuit. Ipſi vero tumultu concitati, inter ſe congreſſi, ad veſperam vſque mutuas ſtrages ediderunt. Itaque dux cum paucis domum redit, at in Euxino mari oborta tempeſtas ita eos afflixit vt pauci euaſerint.

2. Anno 1604. cœptum habitari à Virginibus Duaci monaſterium à noſtra Domina Pacis nuncupatum. Ijs Atrebatenſis Antiſtes Ioannes Richardotus habitum regulamque tribuit. Quæ è Flinenſi monaſterio ordinis Ciſtercienſis Senæ venerant, vt ad ſancti Benedicti præſcriptum ibi viuerēt auſterius. Vnde poſtea alio deductę ſunt variæ Coloniæ. *Io. Buzelin.*

3. Natale Beati Samuelis Indi Dominicani.

Hic cum ægro ſacrum viaticum corporis Chriſti impertitus eſſet, accidit vt præ ſtomachi infirmitate hoſtiam ſacram euomuerit, quam ipſe omni horrore poſito (cum ieiunus eſſet) magno animo ſumpſit. Quod quidem ita gratum accidit Domino noſtro, vt poſtera nocte audierit Chriſtum ita Angelum ſuum compellantem: Vade & dic ſeruo meo Samueli, factum illū eſſe genitrici meæ ſimilem, cum ſibi ea ratione intimam fecerit carnem meam. *Ex viris illuſtr. huius ordinis.*

Decembris 13.

1. VIta excedit Luſitaniæ Rex Emmanuel anno 1521. *Maffeius Vaſconſell. &c.*

Hic ædem Virginis Deiparæ à Bethlehē, magnifico auxit eiuſdem nominis templo exſtructo

in ipſo aditu portus Olyſſiponenſis, velut Indicę conquiſitionis & Orientalium victoriarum (quæ plurimæ & clariſſimæ fuerunt ſubacta Goa, Armuſia, Malaca, Molucis &c.) tropheo. In eius ſtructuram templi Virginei dum opera durauerunt, hoſtilis prædæ partem quæ ad ſe pertinebat liberaliter impendit. Nec ſumma vulgaris fuit: vna enim ex Malacenſi direptione ducentorum aureorum millia recepit. Eidem templo ex auri ſtipendio à Regibus dedititijs perſoluto, ſumptuoſam pyxidem ad cuſtodiendum Euchariſtiæ Sacramentum dedit. Ad templi cuſtodiam & cæremonias, & naualis maximè turbæ, ducumque animos ritè expiandos, eximia ſanctitate monachos è Hieronymiana familia acciuit, ijs ædificato monaſterio. Eidem templo varios reditus & prædia aſſignarit. Denique è regione cœnobij propugnaculum S. Vincentij condidit, firmoque præſidio & bellicis tormentis ornauit, vt fluminis oſtium ac Virginis templum ab hoſtibus vndequaque tutaretur. Idem templum B. V. M. à Nazareth (iuxta oppidum quod à ſilicibus Pederneira nũcupatur à Ferdinando rege 1377. ædificatum) ampliſſimis porticibus ampliauit.

2. Anno 1588. prodigioſa cuiuſdam à morte præſeruatio.

Hic in Hiſpania iter faciens per montes dictos à valle luporum, occurrit prædonibus qui pugionibus (ante in terram lapidum iactu deiectum) ei iugulum perfoderunt, & poſtquam calcibus exploraſſent num eſſet mortuus, cum nullum in eo vitæ veſtigium aduerterent, eo relicto diſceſſerunt. At cum adhuc in viuis eſſet, Deiparæ Mon-

Montiſſerratenſis patrocinium implorat: & mox ſine mora impetrat; nam inde alacer ſurgit & vegetus, quod humanitus erat impoſſibile & domũ ſuam ſeſe refert, atq; intra menſem omnino conualeſcit.

3. Anno 1250. diem claudit extremum Federicus 2. Imperator.

Hic priuilegia omnia à Carolo Magno conceſſa, Eccleſiæ S. Mariæ Aquiſgrani eiuſque ciuibus. Item conceſſa à Federico primo diplomate ſuo firmauit.

4. Anno 1294. Cœleſtinus 5. ſummo Pontificatu ſe abdicat ſponte ſua, de eo vide 19. Maij.

Decembris 14.

1. NAtale S. Nicaſij Archiepiſcopi Rhemenſis. *Flodoaldus.*

Hic Rhemenſem Baſilicam in honorem Beatiſſimæ Dei genitricis diuina admonitus voce fundauit, quam & proprio conſecrauit ſanguine. Nam cognito barbarorum aduentu, ijs cum Hymnis & Canticis ad oſtium huius Baſilicæ comitante ſorore S. Eutropia occurrit. Dumque diuinæ deditus pſalmodiæ hunc pronuntiat Pſalmi 118. verſiculum. Adhæſit pauimento anima mea, mox inſequente gladio ceruicem amiſit, verbum tamen pietatis ab ore cæſi non defecit, capite enim in terram cadente, pſalmum proſecutus eſt dicens: viuifica me ſecundum verbum tuum.

2. Natale S. Eutropiæ Virginis & Martyris.

Digitized by Google

Flodoaldus. Hæc item in ipſo oſtio Baſilicæ Dei genitricis quam frater eius S. Nicaſius fundarat martyrio affecta eſt. Quæ cum in oculis ſuis fratrem capite truncato, videret ob pulchritudinem paganos ſibi parcere, ipſa magno clamore fratris ſui interfectorem increpitans & alapa percutiens, eius oculos Dei virtute euulſos, in terram proditur effudiſſe. Quę mox eodem loco iugulata, ſanguine ſuo ſupradictam Baſilicam Dei parentis conſecrauit & palmam victoriæ adepta eſt.

Decembris 15.

1. ANno 1596. curatur ſubito defectus animi.

Tam vehemens & malignus is fuit vt ſimul paralyſim ſecum induxerit, ac priuationem vſus mediæ partis corporis. Aduocati illico medici. At nihil promouebant. Itaque ad malorum omnium liberatricem ſeſe conuertit æger voto inſuper addito. Quod vix expreſſerat cum repentè conualeſcit. At cũ eo ſe liberare diutius differret, eo animi deliquio rurſus corripitur tam vehementer vt ab omnibus mortuus haberetur. Redijt tamen ad ſeſe, ſed ad breuiſſimum tempus, ac deinceps cũ idem morbus inuaſit ter aut quater die, ac toties nocte. Senſit autẽ æger hæc omnia mala, à voto nondũ perſoluto profecta, quare vt erat æger ſeſe in viã dare ſtatuit licet (vt aiebat) ei inter eundum moriendum eſſet. Itaq; 15. Nouembris iter aggreditur ad Deiparam Montiſſerratenſem. Quod vix ingreſſus erat, cũ repẽte ab omni morbo curatur, quo & deinceps toto vitæ tempore caruit.

Vide Bullam. 2. Octaua feſti Conceptionis Deiparę quam

&

& Sixtus 4. Indulgentijs iiſdē quibus diem, ipſum ditauit. In ordine Minorum ea ſolemni ritu celebratur. Cęleſtini vniuerſi ordinis decreto eā inſtituerunt agente id Nicolao Pratenſi ex eodē ſacro cætu viro Deiparæ ſtudioſiſſimo. Quod cū impetraſſet præ lætitia hortum dicitur ingreſſus, roſâ pulcherrima coram Deiparę imagine collocata venerationis ergo: Mater, mater (inquit ad eam) ſi tibi gratū fuit quod noſter ordo de octaua tuæ immaculatæ Conceptionis me agente ſtatuit, roſa hæc quam tibi offero, vertente anno, recurrente hoc ipſo die, viriditatem ſuam, pulchritudinemque conſeruet. Quod & contigit, plurimiq; id prodigiū viderunt, roſæq; formoſitatē & colorē mirati ſunt, eo ipſo die quo ante annū ante ſupra, dictam imaginem collocata fuerat. *Antonius Solarius l. de veneratione & inuocatione ſanctorum.*

3. Anno 1584. hac ipſa die Societas IESV Neapoli templum inchoat, quod eidē Deiparæ conceptæ dicatur ab Archiepiſcopo Tarentino qui ſolemnibus ceremonijs, eodem die primum ponit lapidem.

Decembris 16.

1. ANno 1195. vitâ fungitur Balduinus 4. Hānoniæ Comes cognomēto Animoſus. Hic Valencenis Hallas ſeu Salas (vt vocant) habebat profano forte vſui deſtinatas, quas ſacerdotū voluit eſſe, quos poſteritas Canonicos noſtræ Dominæ de Sala ſeu Aula nominauit iiſque 42. tritici modios aſſignauit, quos Tongrenſe oppidum annuè penderet. Idem noui templi Aquicinctini dicati Deiparæ primum lapidem ponit variaq; prædia monaſterio attribuit anno 1181. *Chronic. Hannoniæ apud Loërium.*

 2. Vitâ

Digitized by Google

2. Vitâ exuitur S. Euerardus comes & Foroiulij Dux.

Ex litteris eiuſdem Giſla apud Ioãnem Buzelim. Hic monaſterium Cyſonij vna cum coniuge Giſla in honorem Chriſti Domini, ſanctæque Mariæ ædificauit cum templo.

Decembris 17.

Vincentius l. 8. ſpeculi Hiſtor. c. 28. Caniſius l. 5. Marialis c. 23. 1. MAſſiliæ in Gallia dicatur templum B. V. Mariæ, à Lazaro, Magdalena & Martha eò miraculosè à Chriſti morte appulſis. Ei dedicationi interfuerũt Diuus Maximinus Aquarum Apoſtolus. Trophimus Arelatenſium, & Eutropius Sanctonenſium: quod templum adhuc modò extare affirmat Bozius de ſignis Eccleſiæ.

L. 9. c. 9. Bernard. Gomez l. 14. rerũ geſtarum Iacobi Aragoniæ Regis. 2. Oſcæ in Hiſpania in Valentina Diœceſi, templum vetuſtate & opere eximium quod à Mauris prophanatum erat impio cultu anno 1096. expurgatur, atque Chriſto Nazareno vero Deo, ſanctiſſimeque eius genitrici, alijſque ſanctis conſecratur.

3. Natalis dies S. Lazari Epiſcopi Maſſilienſium.

Hic frequenter hoſpitio Deiparam excepit. Vide fuſius 17. Octobris.

4. Anno 1450. vita exit D. Fourcius du Bruylle Archidiaconus Cameracenſis.

Gazeus in Chron. Hic celeberrimam illam toto Belgio Deiparæ imaginem à D. Luca pictam dono dedit Eccleſię Cameracenſi. Multis illuſtrem miraculis, antè quam etiam humatus eſt.

5. Anno 1168. diem extremum clauſit Theodoricus Flandriæ Comes.

Hic

Hic Eccleſiam & Abbatiam Deiparæ Laudenſis (vulgo de Lo) ordinis Ciſtercienſis ædificauit, eique liberaliter multa indulſit.

6. Anno 1541. quidam miraculoſè liberatur è carcere.

Hic per calumniam falſo accuſatus (non prodit Hiſtoria delictum) in cuſtodia detinebatur in quodam caſtro. Et quia vexatio hominem facit meminiſſe diuorum, ipſe ad Deiparam Montiſſerrati confugit. Neque vero ſpe ſua fruſtratus eſt. Nam mox ſponte ſua altera è fibulis catenæ quæ collũ premebat fracta eſt, quare ab ea facilè ſe expediuit, vt & à manicis ferreis eiuſdem ope. Quare animis ſumptis ad ianuam carceris progreſſus quamquam forti catena clauſam & à vigilibus cuſtoditam, eam aperit tam ſilenter vt à nemine auditus ſit. Inde per domum oberrans ad culinam peruenit vbi titione accepto ſacram candelam ex ijs quas peregrini è Monteſerrato domum referunt inuenit, eaque accenſa ad portam domus tendit, quam videt tranſuerſa ab forti catena munitam. Accedens tamen propius, aduertit non eſſe obſeratam. Super erant portæ ſepimenti ſeu muri quo circumdatum erat caſtrũ. At illas etiam comperit patere: præter morem. Eæ namque & interdiu & noctu quoque claudi conſueuerant.

7. Anno 687. creatur Pontifex Sergius. *Platina.*

Hic Litanias iam ante vſitatas, recitari voluit etiam quatuor feſtis diebus Deiparæ Annuntiationis, Purificationis, Natiuitatis & Aſſumptionis.

8. Tranſlatio S. Ignatij Epiſcopi & Martyris cuius corpus ab vrbe Roma vbi ſub Traiano

Digitized by Google

paſſus erat Antiochiam delatum. Poſtmodum vero eius reliquiæ rurſus Romam tranſlatæ ſunt, & in Eccleſia S. Clementiæ vna cum corpore eiuſdem Beatiſſimi Papæ ſumma veneratione reconditæ.

De huius in Deiparam affectu vide 1. Febr.

Decembris 18.

Mariana l. 6. c. 9. Azor. to. 2. l. 1. c. 29. Ribadeneyra in vitis SS. Decemb. 18. Arnoldi VVyon Martyrolog. P. Bonifacius in Hiſt. Virgin. l. 2. c. 1.

1. FEſtum in Hiſpania Beatæ Virginis fœlicem partum ſuum expectantis, quod vocant Hiſpani expectationis. Inſtitutum fuit hoc feſtum à S. Ildefonſo Archiepiſcopo Toletano quod & hodie magna cum pietate celebrat Hiſpania, quod & à Gregorio 13. cõfirmari curauit.

Hanc ſolemnitatem vulgo ſancta Maria de O vocant, quod in primis huius ſolemnitatis veſperis canantur celebres illæ Antiphonæ quæ ab O inchoant, quibus quam Chriſti aduentum auide optarent ſancti patres veteris teſtamenti exprimitur.

2. Agitur & triumphus in Hiſpania Mariæ Virginis, propter deuictos hoſtes Virginitatis eius, quos ex Hiſpania pulſos ſanctus Ildefonſus Toletanæ Præſul Eccleſiæ, in vltimas terras amandarat.

3. Antiquitus in eadem Hiſpania celebrabatur feſtum Annuntiationis Deiparæ eo, quod vigeſimus quintus dies Martij quem Eccleſia feſto illi addixit, Chriſti patientis mærore ſolet frequenter impediri. Ita patres Concilij Toletani decimi ſub annum 656. At modo feſtum Annũtiationis ſeruatur etiam 25. Martij, cui S. Ildephonſus ſubſtituit hoc die celebrandum feſtum expecta-

expectationis partus, vt ante dictum.

Toleti & Granatæ in Hiſpania Deiparæ Virgini ex inſtitutione Ximenij Præſulis Toletani, ſolemnia ſacra fiunt, eo quod quodam die pluſquam tria millia Maurorum abiurato Mahomete aqua Baptiſmi tincti ſint. *Gomeſ. de rebus Ximenij.*

Decembris 19.

1. ANno 1521. Ioannes 3. Luſitaniæ Rex vigeſimum ætatis annum vix attingens gubernacula ſuſcipit.

Hic varia bella geſſit in Africa ſatis fœliciter, ſpe adducendi ad veram fidem perfidos Mauritanos capitales Deiparæ Virginitatis hoſtes. Id enim præcipuè Ioannes intendebat.

Idem Mariæ V. Bethlemiticum templum ab Emmanuele parente in ipſo aditu portus Oliſſiponenſis exſtructum, multum auxit vt Tetraſtichon hoc authore Andrea à Reſendio teſtatur. *L. 1. Hiſt. Luſit.*

Vaſta mole ſacrum diuinæ in littora matri,
Rex poſuit regum maximus Emmanuel,
Auxit opus hæres regni & pietatis: vterque,
Structurâ certant, relligione pares.

2. Anno 1370, obit laudatiſſimus Pontifex Vrbanus 5.

Hic apud Mimatenſes D. Virginis Epiſcopalem ædem auguſtiſſimam ſumptibus ſuis inſtaurauit, vaſaque ex auro & argento puriſſimo, auratas veſtes, & omnis generis inſtrumenta Eccleſiaſtica donauit. Quæ eadem præſtitit Eccleſiæ ſancti Priuati ibidem. Collegium *Ciacconus in eius vita.*

Cano-

Canonicorum in vico cui Queſaco nomen eſt, ad Tarnem auriferum, inſtituit dicauitque Virgini Dei parenti. In monte Peſſulano de nouo fundauit, conſtruxit, & dotauit Baſilicam Dei genitricis. Quolibet ſabbato toto anno vt & feria 4. & 6. aqua & pane vitam tolerabat. Roma in Galliam profectus ſecum tulit capillum BB. V. Mariæ.

Gobelin. ex lib. reuelat. Inter plurimas à Dei genitrice reuelationes, factas S. Brigittæ vna eſt de Vrbano. Antequam Vrbanus 5. moreretur S. Brigida Romæ tunc exiſtens intellexit Pontificem velle Roma deſerta Auinionem omnino redire. Itaque in viſione audiuit B. V. M. ſibi dicentem. Papa vult relinquere ſedem Romanam & Auinionem reuerti. Sed ſi fecerit ſtatim morietur, rationem abitus ſui Deo redditurus. Eam reuelationem curauit per Pontificis confeſſarium ei renuntiari, ille tamen fatis & Cardinalibus vrgentibus Auinionem reuerſus defunctus eſt anno 1370.

3. Anno 1190. auctoribus quibuſdam ciuibus Bremæ & Lubecæ in Germania ordo Marianorum militum (ad Teutonicorum formam) inſtituitur in Ptolemaidi, magnis ſumptibus ædificato ibi Xenodochio in vſum eorum qui familiæ inſererentur. Poſtea cum numerus creuiſſet, ecu Colonias inde in Germaniam deduxerunt, ad Christo & Deiparæ ſubigendas ſlauorum, & aliorum Septentrionalium infidelium terras. *Genebrardus in Chronologia.*

Dec.

Decembris 20.

1. ANno 1334. Auenione à 23. Cardinalibus Pontifex creatur Benedictus 12. Hic primus peccatorum Indulgentiam conceſſit B.V.M. ædem Lauretanam viſitantibus. Vide fuſius 25. Aprilis.

Decembris 21.

1. NAtalis S. Thomæ Apoſtoli, cuius occaſione quia abſens erat tempore obitus SS. Deiparæ apertum eſt eius ſepulchrum, nec inuentum corpus, iam enim ab anima glorioſa aſſumptum erat, vide 15. Auguſti.

De quotidiana huius cum Deipara conuerſatione vide 30. Nou. vbi de S. Andrea

2. Deipara liberat quendam à peſte. *Hiſtor. Montiſſ.*

Cum anno 1519. Dominus Gaudens vice gubernator ciuitatis Varillenſis in Hiſpania peſte correptus eſſet & dirè affligeretur, proſilit è ſtrato ad oratorium ſuum in quo erat imago Beatæ Deiparæ Montiſſerrati, quam vnice colebat. Ibi tres horas genibus flexis perſeuerauit orans vt ſibi ſanitatem redderet. Oratione finita ſeſe iterũ ad lectum refert, & ecce tibi poſt vnam circiter horam tangens locum peſtilentia affectum, comperit eam reſolutam, ſeque febre omni liberum ac dolore, perfectamque incolumitatem à Deipara conſecutum.

3. Anno 1597. obit Friburgi Pater Petrus Caniſius Societatis IESV.

Quanto hic eſſet & quam incenſo affectu erga Deipa-

Deiparam, ſatis patet ex inſigni illo ac vaſto opere quod inſcripſit Mariale, de quo ita Cardinalis Hoſius vir doctrina ac ſanctitate clariſſimus ad ipſum authorẽ. Quod opus Marianum in Septẽbri promiſſum tandem aliquãdo miſeris, gaudeo, magnam eo nomine tibi gratiã habeo. Delector enim eo legendo plurimum, etiam duos libros integros perlegi, quamuis alienis oculis. Nec obliuiſcetur operis tui tam ſancti, Virgo ſanctiſſima, quam ſic ornare ſcriptis tuis es conatus, vt vix quiſquam ſit à quo magis fuerit illuſtrata. Mihi quidem tam exactè ſcripta videntur omnia, vt quid in hoc opere deſiderari poſſit non videam.

Romæ 25. Ianuarij anno Dom. 1578.

Seruatur Friburgi (vbi corpus eius quieſcit) in Collegio Societatis IESV roſariolum quo vtebatur ad Diuæ fundendas preces, pyxide clauſum, & ad laborantes in partu tranſmittitur petitum. Honeſtæ matronæ biduum parturientis, & iam de fœtu emittendo deſperantis ori & collo admotum, partum conclamatum paulò poſt viuum explicauit. Et hæc beneficia Friburgi dicuntur pene quotidiana.

Decembris 22.

Ex vita. HOdie & aliquot diebus ante partũ Virginis ſolitus erat F. Franciſcus à IESV ordinis B. V.M. de monte Carmelo, adhuc ſecularis parare conuiuiũ pauperibus, quo eos excipiebat ipſo die Natiuitatis, dummodò per ſyngrapham cõſtaret eos illo feſto peccata confeſſione expiaſſe. Et

quia

quia valde fidebat infantuli qui naſciturus erat prouidentiæ, illũ ſimplicitate quadam illi nõ ingrata ſic compellabat. Domine mi nobis inſtruendum eſt conuiuium militibus tuis (ſic enim egenos vocabat) ſed te fidemque tuam, & tua promiſſa, cum aliud nihil habeam, pro expenſis neceſſarijs oppignerabo, omniaque nomine tuo fient, quare tibi de ſolutione expenſarum cogitandum, mihi tantum incumbit expendere quæ à te ſubminiſtrabuntur. Interim ſeſe inſuper commendabat liberalitati piorum, quæ corda permouente Virginis filio, tanta erat, vt nonnunquam mille ſupra ducentos pauperes lautè exciperet. Eos omnes hortabatur ad laudandum Deiparæ natum, cuius munificentia ijs de cibo prouiſum erat. Vide plura c. 6. vitę eius excuſæ Pariſijs.

Beatus Felix (de quo vide 18. Maij) hodie item, diebuſque aliquot partui Virgineo præuijs conſueuerat adire potiſſimum nobiles Romanas & ab ijs ſciſcitari quemadmodum ſeſe diſponerẽt ad reginam cœlorum, vt par eſt, excipiendam, quæ ab hinc pauculos dies paritura erat Saluatorem. Tum eas ignitis verbis hortabatur vt ſe ad id operibus bonis diſponerent, & pro modulo ſuo honorarent tantam reginam, eiuſque natum Dei verbum qui caro fieri dignabitur dignè ſuſciperent. *Ex vita.*

Decembris 23.

1. ANno 1562. vita exit P. Ioannes Nugnez è Societate IESV Patriarcha Æthiopiæ. De eo hæc affert Hiſtoria Societatis.

Hic

Digitized by Google

To. 1. l. 4. n. 139. Hic Deiparam diligebat vnicè; & creditur à Deo eius interuentione eximia accepiſſe dona, multaque prænouiſſe ſaluti animorum profutura. Cum de vitæ ratione quam tenere deberet, dubitaret, incertuſque eſſet num actiuæ vitæ genus aut contemplatiuæ amplecteretur, certum numerum ſacrificiorum Deo obtulit vt id intelligeret. Itaque apertè ei Deus reuelauit ſuæ voluntatis eſſe vt Conimbricam ſe conferret, à Petro Fabro (vno è primis S. Ignatij Socijs, viro planè inſignibus à Deo donis ornato) ſibi quod ſequendum foret oſtenſum iri, ipſumque in eodē viſo fabrum oſtendit. Id quemadmodum factum ſit, ſic paucis complector.

Videre ſibi viſus eſt per quietem ſacerdotem in ſacroſancta Liturgia ſacrificantem, ſe verò miniſtrantem, cumque ad pacis oſculum quæ de illius Eccleſiæ more ſacris operanti porrigitur ventum eſſet, ſacerdotem ex dextro porrectam latere recuſaſſe, innuentem ſibi pacem ex læuo porrigi: illum verò ex dextero vt mos ferebat perſeueraſſe, viciſsimque è ſiniſtro presbyterum, cumque ea de re longior eſſet altercatio, Ioannem ſomno ſolutum ferunt, & intellexiſſe ſacerdotem ſibi requirendum qui eſſet oſtenſus, & ab eo pacem Domini (vt ille interpretabatur) ſumendam. Hæc vbi ſtatuiſſet, tamen ad certius explorandam Dei voluntatem, ad Angelorum confugit Reginam, certo ei ſacrificiorum dicato numero. Porro mater clementiſsima ſe ei viſendam præbuit cum eodem ſacerdote ad latus, quem ſacrificantem ille conſpexerat, ac monuit iret Conimbricam, & in Collegio Societatis IESV famulum illum ſuum præſtolaretur, ex eo cogni-

Digitized by Google

cogniturus quid à ſed Dei volūtas exigeret. Nec ſegnis ad Dei matris imperium Ioannes fuit. Itaq; à Fabro in Societatem receptus eſt, neque ita longè poſt Æthiopiæ ob præclara virtutum merita à ſede Apoſtolica creatus eſt Patriarcha. De quo hæc per tranſennam addo, quod dum Goæ traiectionem in Æthiopiam expectat in Collegio Societatis Goano, tanquam quiuis è numero vitam degit, imo rebus in omnibus ſe infimum præbet. Nihil eximium & ſingulare patitur in victu, veſtitu, cubiculo. Obedientiæ laude excellit. Singulis diebus ægros in Xenodochio ſolatur. Tantus licet Patriarcha in vilibus culinæ miniſterijs, in euerrendo ſuo cubiculo, in reſarcienda veſte, ac ſimilibus manum & induſtriam exercebat. Tales nempe facit alumnos ſuos & cultores Deipara, vt quemadmodum primus è Societate adactus erat nobiles infulas gerere: ita relinqueret formam ſi qua vnquam poſteà talis neceſsitas incideret, quales oporteret eſſe qui ex hac diſciplina ad lucem honorum producerentur.

Decembris 24.

1. NAtale ſanctæ Irminæ Dagoberti Regis filiæ. *Molanus.*

Hæc Treuiris monaſterium Deiparæ ſacrum exſtruxit in patris horreo, vnde & ſanctæ Mariæ in horreo dictum eſt. Eò multas in Chriſto congregans ſorores, mater earum & Abbatiſſa, omnium conſenſu conſtituta eſt.

2. Anno 1583. vitâ fungitur inter Abiſsinos P. Emmanuel Fernandez Societatis IESV.

De eo hæc P. Doutreman.

Hic

In viris illuſtribus Societatis Ieſu. Hic vir prophetiæ laude clarus, ſub mortem vidit SS. Deiparam. De qua ipſe ad P. Franciſcum Lopez qui morienti aderat: vidi, inquit, Sanctiſſimam Virginē quæ ſolo ſuo intuitu (adeo erat formoſa & gratioſa) me mirum in modum exhilarauit, & inter hæc animam exhalauit, æternum eius conſpectu fruiturus.

Specul. exempl. d.9.n.22. 3. Deipara Virgo Euphemiæ nobili Virgini naſum & labia reſtituit.

Hæc in teneris annis caſtitatem Deo vouerat, ſed cum pater ob eius pulchritudinem eam inuitam cuidam Comiti deſponſaſſet, ipſa Capellam ingreſſa, Deiparæ opem inuocans, ſibi labra & naſum præcidit, quare ab irato patre cuidam ruſtico in ancillam tradita, magnis laboribus & plagis ab eo affligebatur, quæ omnia læto animo ferens, Deo gratias agebat, quod digna eſſet aliquid pro eo pati. Septennio autem in his expleto, nocte Dominicæ natiuitatis, familia ad menſam accumbente, ipſa ad ſtabulum laudatura Dominum ſe contulit, vbi Deipara multis SS. & Angelis ſtipata, immenſoque ſplendore circumfuſa, eam eſt ad conſtantiam cohortata, naſumque & labia ipſi reſtituit. Quod vbi reſciuit pater, in loco ſtabuli Virginum clauſtrum conſtruxit, in quo Euphemia Deo ſeruiens breui quieuit in Domino.

Decembris 25.

1. PArit B. V. Maria Chriſtum Dominum Dei filium illibata & inuiolata virginitate.

2. Incipit hodie miraculosè fluere è rupe ſtabuli

Digitized by Google

buli Bethlemitici fons ad vſum D. Virginis, Chriſti & Ioſeph, qui & multò etiam poſt, aliquot annorum centurijs manauit teſte Beda.

3. Huc aſcribam ingens portentum quod oſtendit Deus ad probandum Virginis Deiparæ partum virgineum.

Nider in Formica l. 4. qui hac ſcribebat ſub annum 1432.

Vix ſunt 12. anni elapſi cum prope Nurembergam creuit pomus in loco campeſtri & communi, quæ multis annis vt ſequitur in vigore permanſit. Hæc in vere floruit, fronduit, & in autumno more aliarum fructificauit. Porrò annuatim in aſperrima hyeme ſemper & ſolum in Chriſti natiuitate quando Virgo Virginum ſaluo integritatis flore Dei genuit filium, pomella virentia, in quantitate artus vnius virilis digiti produxit. Eſt autem tunc patria illa, ad duos menſes antea, & totidem poſt niuibus profundis tecta, gelu conſtricta, ventis perflata, quæ incommoda, omnia fruteta vna cum arboribus cæteris patiuntur eodem tempore: Augetur ſtupor quod nec ante nec poſt ſed nocte tantum natiuitatis pomella germinentur. Nec ea arbor vt cæteris fimo nutriebatur. Non circumfodiebatur ſarculo, nec ſæpimento circumdabatur. Vidi ego (inquit Nider) eiuſmodi poma præſentari noſtro Generali. In Concilio Conſtantienſi plures viri fide digni id prodigium teſtati ſunt, quod & alijs verum eſſe perſuaſere cum de eo ante dubitarent. Eadem res me preſente in Concil. Baſilienſi propoſita fuit coram multis Doctorib. Theologis, Iuris vtriuſque, artiſtis ac Philoſophis, nec aliquem audiui qui id naturaliter fieri poſſe aſſeueraret.

4. Deipara hodie multas animas, eo quod tali die Chriſtum Seruatorem pepererit, è purgatorio liberat. Vide ſupra 15. Auguſti.

5. Hodie ſanitatem reddit Laureti Marchioni Badenſi, vſumque reſtituit brachio quod mouere non poterat. Quæ fuſius Turſellinus. Marchio hic Germanus propter vulnus glande plumbea in brachio acceptum ad vltimum vitæ diſcrimen venerat. Itaque vouet ſe Lauretum cum donis iturum ſi conualeſcat Virginis ope quam implorat, mox à periculo mortis eximitur at remanente brachio immobili. Lauretum igitur anno 1584. voti ſoluendi cauſa, & ſpe brachij recuperandi venit, ibi gratijs pro reddita vita Deiparæ actis, votiuum donum magni pretij cuſtodibus tradit, & nouo ſe obligat voto ſi integram ſanitatem recipiat, & voto addit preces ad ſacram cellam Virginis identidem regreſſus. In his precibus biduo exacto ſub ſolis occaſum ad hoſpitium ſe recipit. Nec irritæ fuere eius preces; nam ſummo mane die natiuitatis, Deipara candida in veſte collucens ſe illi offert in quiete, bonum animum habere iubet, brachiumq; manu prehenſum extendit ilico ſanatque.

6. Apparet Deipara S. Andreæ, Fieſolano Præſuli dum ſacrum celebrat, eique prædicit illum die Epiphaniæ ad beatam vitam migraturum. Quod & accidit anno 1373. Vide 6. Ianuarij & 30. Nouembris.

Ribadey. 6. Ianuarij.

In libro 4. Inſinuat. Diui. pietis c.

7. Tempore ſacrificij miſſæ dum ad hunc locum Euangelij peruentum eſſet, & peperit filium ſuum primogenitum, ſanctiſſima Virgo,

Diuæ

Diuæ Gertrudi filiolum ſuum da ,qui eam brachiolis ſuis amiciſſimè ſtringit. Ex,ex eius ore ſacratiſſimo tam ſuauis manat halitus,vt eo ipſa totam ſe refici & ſatiari ſentiret.

8. Hoc eodem die,ſed non anno,cum ſancta Gertrudis admodum triſtaretur quod morbo præpedita toto aduentus tempore orationi vacare non potuiſſet,neq; quicquam dignum præſtare, quod Dei genitrici offerret, cælitus docta eſt offerre illi ſuauiſſimum cor Ieſu Chriſti in compenſationem omnium delictorum, quod quidẽ tam grato animo admiſit Virgo,vt hac ſola oblatione contenta fuerit, quæ in ſe vna,bona vniuerſa complectitur, itaque eam affecit iſta oblatio vt omnem aliam precationem aut deuotionis exercitium, ſuperaret. *Ibidem c. 2.*

9. Apparet Deipara eidem D. Gertrudi prope filium ſedens in regio & ſublimi throno. Cum autem caneretur: deſcendit de cælis,Chriſtus Dominus, memor bonitatis ſuæ qua de ſinu paterno in Virginis vterum deſcendit,totus amore liquefactus, pijſſimos oculos ſuos ad matrem conuertit,eamque oſculatus eſt, quo oſculo miro gaudio delibuta eſt. *Ibidem c.3.*

10. Anno 970. coronatur Ioannes Remiſces Imperator Conſtantinopolitanus. *Curopalates.*

Hic Virginis matris ope infinitos Barbaros, Roſſos, Bulgaros, Scythas, Turcas vicit, miſſus enim ab ea S. Theodorus martyr in auxiliũ Imperatoris (meus inquiens, Domine Theodore & tuus Ioãnes in periculo verſatur). Hic equo albo vectus viſus in anteſignanis dimicare, hoſtiumq; perturbare phalanges, nulli prius aut poſtea cognitus, Imperator autem & martyri templum

excitauit, & in curru quadriiugo admodum decoro ſuperimpoſitis Bulgarorũ veſtibus, & ſuper ipſis, Dei genitricis imagine vt ciuitatis patronę, currum præire iuſſit, quem imperator equo albo vectus ſequebatur.

Cedrenus Zonaras. 11. Anno 820. Leo Armenus Imperator occiditur.

Hic iconoclaſta erat, ſacrarumq; Chriſti Domini, Deiparæ ac Diuorum imaginũ hoſtis acerrimus, qui & in Chriſtianos earũ veneratores toto ſeptenio immaniter ſæuierat. Eius porro mors à Deipara, matri eius prænuntiata iſta viſione. Viſa ſibi mater cum in ædem Deiparæ Blachernenſem commearet, Virgini cuidam occurrere albatis viris ſtipatæ: ac ædem ſe videre ſanguine repletam & Virginem cuidam albatorum mandare vt ollam ſanguine impleret, matrique Leonis bibendam porrigeret. Quod cum facere abnueret: cur ergo inquit Deipara filius tuus non ceſſat à ſanguine fundendo? Cur me eo & filium meum irritat? Leo vero haud multò poſt miſerè interfectus perijt.

12. Natale B. Thaclauareti Indi martyris Dominicani.

Hiſt. de viris illuſtrib. Huic in extaſi ad ſacrum Caluariæ montem tranſlato, apparuit SS. Deipara, cui & tradidit argenti vas pretioſum ſuauiſsimo liquore plenũ. Alias item in extaſi ad ſacrum Domini ſepulchrũ tranſlato, in ipſo eius ſacri loci oſculo viſendam ſe exhibuit eadem Virgo, tradito ei vaſe aureo, cæleſte quoddam manna continente. Mirũ quod referam. Dum de priore vaſe argenteo biberet, repentè infuſa eſt ei cognitio vtriuſque teſtaméti, & eorum omnium quæ alijs ad eorum ſalutem

tradenda

tradenda ſunt. At cum ad poſterius vas aureum nempe labra admoueret, incredibilem percepit ſuauitatem, ac eodem momento omnium eorũ ſcientiam eſt conſecutus quæ ad vitam futuram ſpectant, viditque beatos in gloria, eorumque locum & ordinem pro ratione cuiuſque meritorium.

Decembris 26.

1. SYri celebrant hodie feſtum Virginis Puerperæ. Ita eorum Kalendarium Latinè redditum à Genebrardo. Græci vero celebrant puerperium Dei genitricis, quod idem eſt. Nam 25. celebrant Chriſti natalem, ita vt tota eorum deuotio feratur in Chriſtum naſcentem, poſtridie in matrem, nobilem iſtum fructum producentem. Vide Menologium. Hoc eodem die faciunt commemorationem Diui Ioſeph ſponſi Deiparæ.

2. Feſtum S. Stephani.

Hic cum ab Apoſtolis conſtitutus eſſet cum aliquot alijs vt fidelibus neceſſaria miniſtraret in quibus etiam erant Apoſtoli, veriſimile eſt etiam Deiparæ id præſtitiſſe, quę per Ioannem, cui eius erat commiſſa à Chriſto Domino cura, ad victũ & veſtitum neceſſaria accipiebat. Beda in Ioannem.

3. Anno 1604. obit F. Franciſcus à puero IESV Carmelita Diſcalceatus.

De hoc vide 22. huius.

Decembris 27.

1\. FEſtum S. Ioannis Euangeliſtæ. Vide de eo Ianuarij 3.

Pomerius l. 3. de B. V. M. p. 4. a. 4. Quibus hæc addeo B. Ioãnem ingens inceſſit cupido videndi Virginem poſtquam in cœlos eſſet inuecta. Igitur ab ſe abreptus ſpectauit cum filio matrẽ, & audijt æquè de illius tormentis in cruce toleratis, atque de ingenti ſua erga illum commiſeratione diſſerentem. Filio deinde ſupplicauit vt cœleſte quoddam munus idque non vulgare omnibus impertiret qui piè harum rerũ meminiſſent. Filius mox hæc 4. dona ſpopondit, primum erat vt quiſquis Virginem per eius dolores precaretur, is ante obitum, verum de peccatis dolorem impetraret. Alterum fore vt ipſius maximè inſtante morte, præſidio muniretur. Deinde ſe eius cordi ſupplicia ſua inſcripturum, & ideo mercedem magnam aliquando præſtiturum. Denique ſe matri ius omne dare & facultatem pro tali quidlibet impetrandi.

2\. Anno circiter 1060. vita fungitur optimus Princeps Ferdinandus primus legionis & Caſtellæ Rex. *Tudenſis.*

Hic cum quadam die ad Eccleſiam S. Mariæ Legionenſis miſſam auditurus veniret, videretq; Subdiaconum conſciſſa ſerica tunica miniſtrantem, & pueros clericulos eiuſdem Eccleſiæ in choro nudis pedibus ſtantes, miſericordia motus plures veſtes ſericas ad miniſterium Eccleſiæ Deiparæ miſit, & plus quam quingentos ſolidos annuos ad clericorum & canonicorum calceamenta annuatim recipiendos aſſignauit. Nihil quicquam

quicquam carius ei erat quam vt regni ſui Eccleſiæ donis ſuis & laboribus fulgerent.

3. Deipara apparet D. Dominico, eique offert libellum ex quo concionem ſuam deſumat ea relicta quam preparauerat.

Quæ fuſius proſequitur Alanus, cui ipſemet S. Dominicus rem totam aperuit apparens ei. Tu prædicas, inquit, fili (erat enim eius ordinis religioſus) at aduerte ne potius laudem humanam quæras, quam animarum fructum. Audi quid mihi Pariſijs contigit. Debebam Pariſijs in templo B. M. V. prædicare, & volebam id facere curioſè, non quidem iactantiæ cauſa, ſed propter auditorum facultatem & dignitatem. Cum igitur more meo, per horam ferè ante concionem in pſalterio meo (roſarium innuit) quadam in capella poſt altare maius orarem, ſubito raptus ſum vidique amicam meam Dei genitricem. Hæc afferens mihi libellum, ait: Dominice etſi bonum eſt quod paraſti, ſermonem tamen longè meliorem attuli, lætus librum capio, lego, reperio quod dicit, gratias ago. Adeſt hora ſermonis, adeſt vniuerſitas tota, nobileſq; permulti. Quippe videbāt ſigna quæ per me Deus faciebat. Itaque ſuggeſtū conſcendo (erat autem feſtum S. Ioannis Euangeliſtæ) de quo aliud non dico, quam quod cuſtos ſingularis eſſe meruit reginæ cæli, tum aggredior ea loqui quæ in libello mihi à Virgine dato continebantur, erant autem ea ſummatim omnia ad commendandum eius roſarij vſum, quantoq; cum animorum fructu illud recitetur explicabant. Finij ſermonem in his ferè verbis, ſuadeo igitur vt hodie arripiatis pſalterium B.V.M. cras fortè non omnes viuetis. Et

L. de dignitate roſarij c. 18.

Andreas Coppenſtein libro de ortu roſarij.

verò ſic euenit. Nam artium ſtudioſi 4. deſpicientes eius concionem quaſi puerorum lectionem & catechiſmum rudium, nocte ſequente ſe ſcortationi & ebrietati dediderunt. Inter potandum orta rixa, duo ex illis perimuntur. Cæteri ad mortem vulnerantur qui paulo poſt inter blaſphemandum animas exhalant.

Iacobus Breulius in Antiqu. Pariſienſ.

4. Anno 1551. inſtituta ſolemnis ſupplicatio Pariſijs à ſummo templo ad templum S. Gernaſi, vbi ſacro decantato habita eſt concio de cultu ſacrarum imaginum. Cauſa eius ſupplicationis fuit ſacrilegium cuiuſdam hæretici qui paucos ante dies, capite mutilarat imaginem quandam Deiparę Virginis loco publico in quadam platea ſitam. Cuius loco in reditu ſupplicationis, aliam imaginem eiuſdem Deiparæ Pariſienſis Epiſcopus collocauit, vide ſupra vltimo Maij aliquid non abſimile.

Chronic. S. Franciſc. to. 2. l. 9. c. 5.

5. Apparet Deipara Fratri Girardo Franciſcano, viro ſanctiſſimo, & laico (vt vocant) triduo ante obitum, & cum eo perfamiliariter agit, eique mortis ſuæ diem prædicit. Claruit miraculis viuens & mortuus.

9. Vide l. 4. c. 4. Inſinuat. diuinæ pietatis S. Gertrudis quomodo ab ea viſa B. V. M. ſanctum Ioannem benignè tractare.

Metaph. Surius.

7. Natale SS. Fratrum MM. Theodori & Theophanis.

Hi à pueritia in monaſterio S. Sabæ nutriti, cum poſtea præ ſanctarum Christi eiuſque genitricis & Diuorum imaginum cultu aduerſus Leonem Armenum verberibus affecti & exilio relegati ſtrenuè decertaſſent, rurſus Theophilo Imperatori Iconomacho conſtanter reſiſtentes,

multa

multa tormenta perpeſſi, in ſuis cruciatibus Deiparæ opem implorabant ac Theodorus quidem in exilium pulſus, in carcere ſpiritum Deo reddidit. Theophanes verò pace Eccleſię reddita factus Nicenus Epiſcopus quieuit in Domino.

Decembris 28.

1. NAtale SS. Innocentium martyrum. Hi non omnino alieni ſunt à Deipara, cum pro eius filio martyrio necati ſint, ita vt in ſingulis eorum (vt obſeruatum à SS. Patribus) occideretur Chriſtus Virginis filius, qui ſolus ad mortem quærebatur. Accidit quod non hoc die collocentur quaſi eo pręcisè mortui omnes, nam veriſimile eſt plures dies quin & mẽſes huic carnificinæ deputaſſe Herodem. Sed ideo ponũtur vt partus Virginei, natalemque Chriſti diem cohoneſtent, ac veluti curialibus officijs atq; obſequijs vtrumque colant, quod ſit magnatibus atque principibus viris, à quorum latere vix diſcedunt, qui omni curiali officio eorum beneuolentiam ambiunt. Quod idem de Diuo Stephano dicere licet, neque enim 26. huius lapidatus eſt at paulo poſt Chriſti aſcenſionem. Neque alienum à veritate erit idipſum de S. Ioanne aſſerere cuius pretioſa mors non 27. huius, at 26. Septembris, ſi Græcorum Menologio credimus, accidit. Sed hic locati ſunt, (vt modò de SS. Innocentibus dictum eſt) vt Virgineum partum, eiuſque fructum condecorarent, & vtriuſq; celebritatem augerent, ac per aliquot dies producerent. Quod idem Eccleſia præſtat in maioribus ſolemnitatibus, quas non vult eſſe ſolita-

Vide de eadem morte 23. Iunij.

riás,

rias,ſed quædam feſta eis honoris ergo adiungit.

2. Anno 1622. ſuperis iungitur Franciſcus Salez Epiſcopus Gebennenſis.

Hic in omni vita eximiè coluit Deiparã. Eius ope à grauiſſima deſperationis tentatione liber fuit, & à morbo regio ab hac animi moleſtia procedente,quæ etiam in corpus virus ſuum excruerat. Eo ipſo die quo in Epiſcopum cõſecratus eſt (qui fuit 8. Decembris anni 1602.) vidit viſione non imaginaria, ſed intellectuali. SS. Trinitatem ea in animo ſuo operantem quæ ab Epiſcopis exterius fiebant. Vidit ſuper hæc beatiſſimam Virginem in ſingularem ſuam protectionem ſeſe aſſumentem. Quotidie coronam eiuſdem ſub veſperam recitabat, idque ex voto, cui nunquam defuit totis 40. annis. Crebras ad Deiparam dirigebat orationes iaculatorias ſuper eas quas ad Deum, SS. Angelos Diuoſque ſuos tutelares eiaculabatur.

Decembris 29.

1. HIeroſolymis S. Dauidis Regis & Prophetæ.

Hic fuit ex præcipuis progenitoribus Chriſti & Mariæ, cui & de Chriſto ſpecialis promiſſio facta eſt. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam Pſal. 131. Non eſt autem Chriſtus fructus ventris Dauidici ſeu filius eius niſi per Mariam.

Idem Deiparæ Virginitatem prædixit his verbis: deſcendet (Chriſtus) ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terrã Pſ. 71. cuius verſiculi partẽ priorẽ vide elucidatã 1. Sept.

in

in Gedeone; poſterioris iſta eſt explicatio. Sicut ſtillicidia imbrium placidè ac leniter in terram delabuntur, eamque fœcundant: ita verbum diuinum è cęlo in vterum Virginis placidè leniterque deſcendet, tribuens ei fœcunditatem cum ſumma puritate coniunctam.

2. Anno 1166. à Paſchali 3. Canonizatur Carolus Magnus Imperator. Quantus hic fuerit Deiparæ cultor vide 28. Iannuarij.

Et quamquam hic Paſchalis (inquit P. Beeck in Aquiſgrano) illegitimè in Pontificatu ſederit contra Alexandrum tertium, tamen quia non reperiuntur legitimi Pontifices hanc Canonizationem aboleuiſſe aut impugnaſſe, res ita tacita tolerantia perſeuerat, vt videlicet in propria Eccleſia, capella ſua B. V. M. dicata Aquiſgrani vbi ſepultus fuit, coleretur. Ita declararunt præcipui Canonum interpretes Cardinalis Hoſtienſis, & Ioannes Adreas. Et decurſu temporis propagatus eſt eius cultus in alias etiam Eccleſias, vt Belgij, Germaniæ atque Franciæ propter erectas Diæceſes, templa aliaque, in quibus Carolus ſanctitatis titulo celebratur. Certè Ludouicus 11. Galliæ Rex Pariſiẽſibus ſub graui pœna præcipiebat vt eius feſtam lucem celebrarent, mittens eo fine feciales per plateas denũtiatum, ne quiſquam eo die religioni ſacro ſeruili operi vacaret. *Robertus Gaguinus.*

3. Anno 1566. à Norcarmio cæduntur ad Lauoiam oppidulum, Deiparę ac Diuorum imaginum effractores hæretici. Mille de ijs in pugnæ loco proſtrati. *Io Buze.*

4. Natale S. Thomæ Cantuarienſis Epiſcopi. Hic gladijs impiorũ appetitus, moriẽs tũ ſeipsũ tũ Eccleſiam ſuam, flexis genibus Deo & B. M. com-

commendat. Ac in ipſo templo, ſacrum caput impio ferro præcidendum offert. Fuerat is dum viueret multis à Deipara affectus beneficijs, ab ea dum adhuc puer eſſet dono accepit pyxidem pereleganti in qua purpurei coloris incluſa erat caſula, qua prænuntiabatur fore illum ſacerdotem. Eadem Deipara ad eum (dum exularet ob defenſam libertatem Eccleſia contra Regem) pretioſiſſimum oleum detulit quo Angliæ reges vngerentur: Eundem iuuit Dei mater in reſarciendo ſuo cilicio.

L. Exemplo. Deipara. Quod quidem ita innotuit vt narrat diſcipulus. Fuit quidam ſacerdos idiota nullam ſciens miſſam niſi de B. V. M. & cum de illa quotidie celebraret accuſatus eſt apud S. Thomam Epiſcop. qui de cætero prohibuit ei dicere vllam miſſam. Qua re cum affligeretur (erat enim pauper) & B. V. M. inuocaret, illa ei apparuit, aitque: vade ad Epiſcopum, dic ei ex me vt tibi reſtituat officium tuum. Cui cum reſponderet, Domina mea ego homo ſum pauper & vilis, non mihi patebit acceſſus ad eum, neque me audiet. Vade ſubijecit B. V. M. ego tibi viam præparabo. Et ille, ô Domina non credet verbis meis. Reſpondit illa: Dices ei pro ſigno quod ego te mitto, quod tali hora, tali loco dum cilicium ſuum reſarciret, ego illud ex vna parte tenebam, adiuuās eum, & ſtatim credet tibi. Mane itaque ſacerdos ſine obſtaculo intrans ad Epiſcopum vt B. V. M. deferret nuntium, cum ille diceret, vnde credam te ab ea miſſum, prædictum ſignum de cilicio ſubiunxit. Quo audito S. vir ſtupens & pauens, ecce inquit reddo tibi vt tantum miſſam de B. V. M. celebres, & ora pro me ſemper.

Eidem

Eidem D. Thomæ familiare fuit dies ſingulos iteratâ ſepties ſalutatione Angelicâ Virginem colere; in honorem 7. Gaudiorum, quibus cum filio in terris, fuit delibuta. Sunt hæc.

1. *Annuntiatio.*
2. *Viſitatio.*
3. *Natalitia Chriſti.*
4. *Trium Regum Adoratio.*
5. *Inuentio filij.*
6. *Lætiſsima Reſurrectio.*
7. *In cælos Aſcenſio.*

Virgo mater ſe illi videndam fortè obtulit & gratum inquit, omninò mi Thoma obſequium tuum eſt: ſed quid tantum meminiſti eorū gaudiorum quibus afficiebar in terris? recole etiam ea in poſterum quibus nunc fruor in cælis: namque omnem, tam hæc quam illa honorantem, in horâ exitus ſolabor, exhilarabo, filioque meo dilectiſſimo ſiſtam. Mirè exultans D. Thomas & quanam, inquit, ratione ô Domina mea ſuauiſſima, hoc præſtare poſſim, cum quænam ea ſint penitus ignorem? ſeptenâ, ſubintulit Virgo, ſalutatione etiam hæc Gaudia honorabis. Sunt porrò talia.

1. Gaudeo quia ſecundum SS. Trinitatem, ſupra rem omnem purè creatam, primos honores obtineo.

2. Quia intemeratæ Virginitatis aureolâ omnes Angelorum, ac Sanctorum ordines longè antecello.

3. Quia ingens lumen gloriæ meæ, ad-inſtar ſolis curiam cæli illuſtrat vniuerſam.

4. Quia

4. Quia omnes cæli indigenæ, me vt Deiparam venerantur ac colunt.

5. Quia à filio nacta ſum facultatem quidlibet impetrandi.

6. Quia olim in terris mihi immenſa collata fuit gratia; meiſque clientibus iam in cælo ingẽs gloria à filio præparata eſt.

7. Quia gloria mea nouis ſurget incrementis ad diem vſque extremum; & inde perennabit in omnem æternitatem.

Has laudes idem S. Thomas in Rythmos redegit, qui in certis Eccleſijs loco ſequentiarum decantantur.

Sunt autem iſti.

Gaude flore Virginali &c.

Vide Parnaſſum Marianum pag. 207.

Decembris 30.

1. ANno 1370. Romæ creatur Pontifex Gregorius 11.

Hic ordinem Oliuetanorum qui totus eſt B. Virginis, (vocaturq; congregatio S. Mariæ montis Oliueti) confirmauit. Eius author Bernardus Ptolomæus, nobiliſſimus Senator Senenſis, qui cum vtriuſque oculi lumen Deiparæ ope recepiſſet, ad Dei obſequium cum ſocijs ſe contulit in montem Senis vicinum. Cumque ordinis quẽ ſequeretur regulam à Pontifice peteret, ab eo ad antiſtitem Aretin. amandatur, qui probatam eis regulam præſcribat. Quibus iter agentibus Aretino Præſuli Deipara apparens, habitum candidum quem gerant, Benedicti regulam quam ſequantur profert, & ſtrictê monet vt ad ſe venientes

Chronicō ordinis.

nientes Monachos benignè, excipiat. Vide 22. Auguſti.

2. In Anglia anno 720. natale S. Eguini Epiſcopi.

Huic cum in loco quodam deſerto ſeſe ieiunijs & orationibus totum dediſſet apparuit B. V. M. cum alijs Virginibus, crucem & librum manu geſtans. Qua cruce Eguinum adorantem benedixit. Quam ob cauſam ibidem cœnobium Benedictinorum extruxit, in quo & conditus eſt.

Decembris 31.

1. NAtalis dies S. Odilonis Abbatis Cluniacenſis. *P. Damianus.*

Is tanta erga Dei genitricem deuotione flagrabat vt conſtitutus in choro pſallentium, cum ad illum locum veniretur Cantici SS. Ambroſij & Auguſtini: Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem non horruiſti Virginis vterum, in terram ſe proſterneret ſicque per corpus oſtenderet, quibus deſiderij cæleſtis in mente æſtibus æſtuaret.

2. Apud Senonas natale S. Potentiani Epiſcopi & Martyris.

Quid ab hoc præſtitum in honorem Deiparę vide 17. Septembris.

3. Natale S. Silueſtri Papæ.

Hic Deipara templum quod cognominatur Libera nos à pœnis inferni erexit & in eius ara multis repoſitis reliquijs dicauit, quod ab eius cõditore aliquando vocatur templum Sylueſtri in Lacu. Hoc templum nobilitatum eſt propter draconem ſuo afflatu vrbi peſtilentiſſimum, ibi S. Syluestri

Baron. ann. 324. Sylueſtri precibus mirabiliter extructum. Eſt autem id templũ in foro Romano vbi olim fuit fanum Iouis Statoris. In eo loco olim cum vaſto *Liuius li. 7.* ac repentino hiatu terra ſubſediſſet, Curtius eques Romanus equum conſcendit, & præcipitem in illud profundum egit, adductus ſuperſtitione cuiuſdam reſponſi quo viuens aliquis ad eã complendam depoſcebatur. Templũ iſtud Deiparæ Iulius 3. anno 1550. matribus venerabilibus Turris ſpeculorum attribuit, cum antea fuiſſet cœnobium monialium S. Benedicti, ab ijſdem ob loci inſalubritatem deſertum.

FINIS.

Ad maiorem Dei Opt. Max.
Deiparæque Virginis Mariæ
honorem & gloriam.

PARALIPOMENA

SEV APPENDIX AD KALENDARIVM

SS. Virginis Mariæ.

NIHIL cum oritur, optime lector, ſtatim perfectum eſt; neque vero perficietur Kalendariũ iſtud hac additione. Tota hæc ſcriptio lectionis eſt & obſeruationis, quæ acceſſionem capit cum die. Deinde ex opima meſſe aliquas ſpicas præterire nunquam non licitum fuit. Nemo reprehendendus (verba affero Varronis) qui è ſegete ad ſpicilegium reliquit ſtipulam: cur non & ſtipulas.

Ad 13. Ianuarij in fine, Adde.

3. Fœlix obitus P. Ripæ Tranſonis Minoritæ anno 1595.

Chronic. p.4.l.10. Hic plurimum ſeſe occupabat in meditandis Chriſti & eius matris doloribus. Cumque ſemel per matris dolores eam obteſtatus eſſet vt ſibi puritatem cordis obtineret, ipſa ſe illi præbuit viſendam. Tamen dubitans ipſe, ne eſſet illuſio diabolica, fugam parabat: Ad quem Dei mater, ſi tu me fugis cur igitur compellas? Tum agnoſcens eam Dei parentem, ſeſe in terram proſtrauit cum his verbis: Vnde hoc mihi? Tum illa manu ſua ſuper eius pectus poſita, en tibi inquit quã tantopere flagitas puritatem cordis.

Ad 16. Ianuarij ad finem, Adde.

Chronic. p.4.l.10. 3. Anno 1296. fœliciter obit Frater Moricus Laicus in ordine S. Franciſci.

Huic ſub vitæ finem talis viſio contigit. Videbatur ſibi damnatus, licet ſanctè vixiſſet, imo ſe damnatum clamabat, quo clamore exciti conuenere fratres cohortantes eũ vt reſpiraret conſideratione miſericordiæ Dei, & meritorũ paſſionis Chriſti & Deiparæ M. V. ſic tranquillior factus eſt. Paulo poſt inclamat nomen IESV. Quod audientes religioſi qui cũ eo remanſerant, petierunt ab eo cur ita exclamaſſet, & poſt clamorem, ceciniſſet. Ad quę ille. Cum inquit clamarem videbar mihi eſſe coram diuino tribunali, & quamquã nõ eſſem mihi vllius peccati conſcius, tamen quia ibi omnia tã exactè diſcutiuntur, videbar mihi damnandus. Quę dum fierent apparuit mihi B. V. M. monens me vt in ſatisfactionẽ delictorum centies pronuntiarem nomen IESV, hoc modo me ſaluandum. Idque erat quod modo canebam.

Ad

Ad Ianuarij 17. n. 3. poſt vltim. verbum euaſit, *Adde*.

Huic non diſſimile quod narrat Cæſarius. *Lib. 7.*
Miles quidã Theodoricus detinebatur in cuſtodia cum annulis ferreis ad pedes & circa brachium ferrea manica, quæ annexa catena, parieti cautè ſatis erat affixa. Nocte vna dormiens inter ſex ſatellites cum Deiparam & alios SS. inuocaſſet, obdormiuit. Et ecce in ſomnis vidit ſe tranſpoſitum in monaſterium Herſterbachenſe, de quo cum vellet egredi ſedens in equo more fœmineo ob vincula, dixerunt ei duo ex Monachis cœnobij: nolite egredi ſed redite, quia S. Maria de Herſterbach liberabit vos. Ad quod verbum ille euigilans gauiſus eſt, & ſcire volens an viſio eſſet vera, mox pedem vnum ſine difficultate extraxit, ſimili facilitate manum à catena liberauit. Sæpius idem tentarat in pede altero extrahendo, at fruſtra. Cumque vnus ſeruorum ex motu vinculorum euigilaſſet, territus miles circulum reponere voluit, nec valuit. Tunc primum intelligens tale miraculum Dei genitricis meritis circa ſe geſtum, ſeruo rurſus obdormiente, leniter ſurrexit & vincula adhuc ſeruans in vno pede, per linteamen per feneſtram ſe demiſit & fugit. Quod dum ſeruus comperiſſet, clamore fugam eius prodidit, at iam euaſerat. Multi cum turbis & canibus eum inſecuti ſunt, & cum ſæpius propè eos in frutetis latitaret, reperire non potuerunt. Hic ad monaſterium Herſterbachenſe veniens eoſdem

 circulos

Digitized by Google

circulos ſuper altare Beatæ Virginis Mariæ obtulit.

Ad 12. Februarij poſt vltimum verbum functus eſt, *Adde.*

In vita P. Ioſephi.

Supradictus fons D. V. M. cuius potu ſanatus Andronicus, in mentem reuocat fontem portus ſecuri in Braſilia. Res ita habet. Eſt in eo portu templum B.V. M. dicatum, cui ab adiutorio nomen eſt, quod templum cum Patres Societatis ædificarent, vna cum ſede, & aliæ opportunitates ad victum ſuppeterent, vna aquæ potabilis copia deſiderabatur, eam ſuppeditauit caſus admiratione dignus. Arborem ingentem ſecus fabricam vnus ex operarijs lignandi cauſa conſcẽderat, cumque maximè ligna cæderet, repentè conuulſa arbor ad terram cadens hominem innoxiè molliter humi depoſuit, ſuaque ruina montis partem cui adhęrebat, ſecum traxit. Ex illo hiatu limpidiſſimus fons aquæ erupit ad potum gratiſſimæ, è qua cum varijs morbis ægroti bibiſſent, ſanati ſunt. Cuius rei fama plurimos eo exciuit, alij inde accerſitam aquam ad varia morborum genera certo reparatæ valetudinis fructu adhibuere, ita vt tum à Chriſtianis tum ab Ethnicis aqua ſanctæ Dei matris vocaretur.

Ad 15. Februarij in fine poſt reliquum fuerit, *Adde.*

Chronic. t. 3. l. 6.

Huic ex parte accenſendus Petrus Briete Minorita. Cum hic coram altari B. V. M. preces funderet: tribus conſequenter noctibus immaniter

niter à dæmone eſt cœſus, quem cum ſemianimem reliquiſſet, apparuit ei Deipara ciuſque vulnera ſanauit, magnoque gaudio eum perfudit, quod tam generosè hoſtem viciſſet. Ad eundem ſolandum venit eadem Deipara Angelicis ſtipata choris cum iam animam ageret.

Ad 24. Februarij n. 4. ante aliàs cum,
Adde.

Poſt hanc vocem ſenſit ſe valde adiutum & in eadem virtute proficere. Cum ſuæ conſcientiæ rationem ſuperioribus redderet, & interrogaretur an ſe ad perfectionem conſequendam ſentiret excitatum, reſpondebat, ab ea nocte qua me B.V.M. eſt allocuta, ita bene, vt neſciam quid amplius deſiderem. Quando pulſabatur ad Aue Maria, licet valde eſſet occupatus aut oneratus, ſtatim omnia dimittebat, genuaque flectebat vt oraret. Ac voluit Deus oſtendere miraculo quã id ſibi placeret. Nam cum templum Cæſarauguſtæ Societati Iesv ædificaretur, & Ximenius cum quodam fratre ſuo ſocio ingens ſaxum quadratum per erectos præcipites põtes ſurſum vertentes impellerent, cumque illud prope finem iã eſſet non ſuper partem planam iacens, ſed ſuper angularem hærens, ſigno ad Aue Maria audito, Ximenius ſtatim ſaxum dimiſit vt oraret, quod idem fecit ſocius, eius exemplo, licet exiſtimaret ſaxum per pontem adeo decliuem præceps ruiturum, ſed licet adeò id eſſet graue vt vix vterque illud vertendo ſurſum promouere poſſet, hæſit tamen ſuper ſuum angulum. Oratione autem finita ad illud accedentes, vno impetu ad locum

ſuum impulerunt non ſine ſtupore eius quod acciderat.

Ad particulares actiones particulares etiam ſpirituales conſiderationes adhibebat. Laborans quodam die cum alio fratre in vinea collegij (erat enim ſimplex frater coadiutor) ab eo interrogatus eſt, quam exerceret deuotionem in iſto vineæ labore. Quando aſcendo inquit, ſequor B. V. M. & Ioſeph euntes in Ægyptũ, quibus me offero vt opera mea aliqua in re vtantur: quando deſcendo redeo cum ijſdem in Nazareth.

Ad 2. Martij in fine, *Adde.*

Arnolphus de Raiſſe.

2. Villarij obitus B. Arnulphi Abbatis.

Hic iuſſu B. M. Virginis in ordinem eſt admiſſus. Vas, inquiebat illa, electionis eſt mihi iſte.

Ad 15. Martij in fine poſt loco ſupra citato, *Adde.*

Idem Deiparam totius Æthiopicæ nauigationis Ducem elegit ac præmonſtratricem, quo etiam in itinere erga eam præcipuum eius ſtudium enituit, meditandis enim eius virtutibus integram quotidie horam decreuit, quamdiu duraret nauigatio. Primos 13. dies ad milites & nautas quotidie dixit magna omnium voluptate & fructu de magnæ Matris laudibus, inſtituit etiam vt quotidie eiuſdem ſanctiſſimæ Virginis Litaniæ ſolemniter canerentur. Nec vero Beatæ Virginis Mariæ eorum defuit pietati,

pietati, ipſo enim purificationis diè nauigantibus, terram monſtrauit, cuius aſpectu plures dies caruerant. Sed repentinus caſus gaudium turbauit, nam tanta orta eſt procella vt integram noctem mari toto errarint incerti de via. Cumque ventorum vi nauim retro agi crederent nautæ, ecce tibi illuceſcente die, iterum Mozambici terra, & in ea eminens templum Deiparæ,cui à propugnaculo cognomen religiosè dicatum, ſumma omnium lætitia, cominus monſtrantur,vt nemini fuerit dubium quin Beata Virgo Maria medijs in vndis nauim rexerit, tutumque ad portum adduxerit. Vt ergo deſcenſio facta eſt, Silueria ad illud ipſum Virginis templum quod apparuerat nudis pedibus ſe confert, aliquot ibi dies permanet, aſſiduæ intentus orationi, tamque diu ibi permanſiſſet donec intermiſſa nauigatio repeteretur,niſi vi à quodam primario in ſuas edes abductus fuiſſet. Cum iam Monomotapæ fines ingrederetur (ad cuius Regem mittebatur) à ſocijs petit vt Deiparam Virginem quam poſſint ardenter obteſtentur vt Monomotapæ Regis ac totius Cafrariæ regionis patrocinium dignetur ſuſcipere. Quoties roſarium recitaret ambulans, & quoties ſalutationem Angelicam inchoaret, toties ante ſacram Deiparæ imaginem genua flectebat, idque æmulatus ex parte Beatam Margaretam Hungariæ Regis filiam & Beatam Mariam Oegniacenſem. Quam venerationis formam datam à Gabriele Archangelo creditur, à quo ferunt ſalutatam Beatam Virginem Mariã flexis genibus. Quin etiam toto legationis tempore

ſub ea forma venerantem perſtitiſſe. Certè tradunt monumenta congregationis S. Georgij in Alga in Luſitania, eos qui eius authores fuere, à B. V. M. accepiſſe, Gabrielem cum Incarnationem nuntiaret, integras nouem horas apud eandem fuiſſe, ac ſi ob incredibilem Virginis modeſtiam & maieſtatem, humana maiorem, & ob diuini verbi carne induti præſentiam, in admirationem raptus diſcedere nequiret. Quod indicauit ſacer ſcriptor his verbis: Et diſceſſit Angelus ab ea. Videtur enim velle indicare, eum rerum nouitate & magnitudine obſtupefactum ſic hæſiſſe, vt auelli nequiret, donec tandem re exigente, quodammodo tamen inuitus à loco diſceſſit.

Ad 18. Martij in fine numeri primi, Adde.

2. Anno 1567. in Sardiniæ ciuitate Calaritana fœlix obitus. B. Saluatoris ab Horla Minoritæ.

Chron. t. 4. l. 5.

Hic ſurdos & mutos curabat præcipiendo ijs vt recitarent Aue Maria, ſoluebaturque vinculum linguæ, & eam ſalutationem proferebant.

Frequentes ei ſermones cum Chriſto Crucifixo (qui & viciſſim ei loquebatur) cum B. V. M. & D. Paulo quos impensè amabat. Puellam quandam quartana laborantem impoſito ſuper caput eius roſario ſuo, & recitata ſalutatione Angelica, perfectè curauit.

Ad

Digitized by Google

Ad 19. Martij poſt num. 3. Adde.

4. Villarij in Brabantia natale B. Abundi monachi. *Ex Chronic. M. S.*

Hic B. V. M. adeo fuit familiaris vt non modo manum eius oſculari mereretur, ſed & ab ipſa oris oſculum recipere.

Ad 25. Martij poſt vltima verba nnmeri 9. Adde.

10. Huc referre licet B. Beneuenutam Dominicanam quæ die Annuntiationis (cui myſterio ſingulariter addicta erat) ter mille ſalutationes Angelicas recitabat, ijs addens in honorem feſti ieiunia, vigilias & orationes. Eadem cũ tantum ſeptennis eſſet, quotidie Deiparæ mille Aue Maria offerebat, quem numerum Sabbato duplicabat. Neque extra rem eſt quod ſequitur. Quodam die in templo vidit puerum admirabili ſpecie, à quo petijt ſciretne ſalutationem Angelicam, quo annuente, viciſſim eam rogat an eam ipſamet teneret, poſtulatque eam ſemel recitet: paret illa. Et cum ad ea verba. *Benedictus fructus ventris tui* eſſet peruentum, ego (inquit puer) ſum fructus ille benedictus, quo dicto diſparuit. *De mulier. illuſtribus ordinis.*

Ad eundem diem poſt vltima verba numeri 12. Adde.

13. Hodie in agro Bruxellenſi inter Laken & Andrelec pagos, frequens concurſus ad ſacellum

Digitized by Google

lum Deiparæ ibidem dedicatum in quo varia patrata miracula. De ijs fuſius Auctarium ad Molanum.

D. Arnoldo de Raiſſe.

Ad eundem diem n. 20. poſt vltima verba Eberhants Clauſen. Adde.

In Hiſt. Bononiẽſi.

Huic nõ omnino abſimile quod narrat Pompeius Vizanus agens ſub annum Chriſti 1478. de initio templi B. V. M. Bononiæ ad Galeram dicti. Vicus erat dictus Galera, & in eo domuncula vilis, in cuius porticu extabat imago etiam parui pretij Beatæ Virginis Mariæ, peſtilentia laborabat ciuitas, & in ea aliquis pauperculus apoſtemate mortali percuſſus iam cum morte dimicabat. Prorepens eò & ad imaginem oculos attollens pro valetudine deplorata Virginem rogat, nec fruſtra. Vix enim orauit cum ſtatim ſanatus eſt. Quo per vrbem diuulgato, alij etiam ſeu peſtilentia ſeu alijs morbis afflicti, valetudinem recuperarunt. Inde ciues ære collato templum ſuæ liberatrici condiderunt, ac ſodalitatem nobilitatis inſtituerunt, qui illic ſtatis diebus conuenirent, & ſtipem in egenos & mendicare erubeſcentes colligerent atque erogarent. Continuat vſque modo inquit Author, virginum potentiſſima miracula in ſalutem accedentium patrare.

Ad 26. Martij n. 4. poſt vltimum verbum impetrant. *Adde.*

Bzouius ad ann. 1467.

Neque ab hac hiſtoria recedit quod ſubijcio. Baptiſta Clauarius Viterbienſis vineam habebat

bat prope ciuitatem, cui ab iniurijs cæli tuendæ imaginem Diuæ in tegula depictam in vaſtiſſima quercu eiuſdem vineæ appendit. Ea imago pependit ibi annos circiter 40. donec hoc anno Dei mater ſe quibuſdam pijs mulieribus in quiete oſtendit, & monuit vt viam ad quercum aperirent, imaginem adirent, aramque ibidem edificari curarent, futuram ibi ſcaturiginem omnium gratiarum ab eius inuocatione. Conſcio Epiſcopo itaque ara erecta, & ſacrificio peracto cæpere mox miracula, inde eorum fama, inde confluere mortales. Inde extructum ponè arborem ſacellum. Inde non diu poſt Eccleſia ampliſſima, quæ & ſacellum & tectum tegeret ædificata & ſancti Dominici vna cum cœnobio attributa, vbi ad hanc vſque diem innumera fiunt miracula.

Ad initium Aprilis n. 5. in fine. Adde.

Huc reuoco quod narrat ſecũdus Lancellotus Peruſinus Abbas Oliuetanus facinus lõgè impijſſimũ in contumeliam Virginis. Nouarienſes tres opificio ſutores mutua inter ſe familiaritate coniuncti viuebãt, cũ ecce tibi vnus eorũ cum ſocio in tertij necẽ conſpirant, illecti pecuniolæ amore quã ſciebant apud tertiũ eſſe. Itaq; in itinere cõſtituti cũ hic tertius leuandæ naturæ cauſa deflexiſſet, eũ occidunt, & marſupiũ auferunt. Inde tẽplũ ingreſſi ſuper aram numerant pecuniã ſibiq; ex equo diſtribuunt (erat ea 50. aureorũ). In ijs duobus vnus qui ab altero ad immane crimen perſuaſus erat, cæpit facti pænitere ac dicere alteri, ſeſe grauiter peccaſſe. Quiſnam id ſciat reſpon-

reſpondet alter, Deus, Quin & Virgo Deipara ſubdit hîc, erat enim in eo templo ad ſiniſtram altaris picta in muro imago B. V. M. Tum alter ira diabolica percitus: Si mihi ait ſit perſuaſum (deteſtabile maledictum) meretricem hanc V. Mariam facinus aduertiſſe ego decem vulnera illi infligerem. Hæc cum dixiſſet, ſicam, occiſi adhuc ſanguine fœdam, contra Virginis imaginem prope aram contorſit; faciem, frontem & pectus percutiens, fœdiſsimo illo (meretrix Maria) conuitio ſæpius inculcato, oculo tamen ſiniſtro eius imprimis vulnerato. Dum ecce tibi imago læuam manum ab altera ſeiungit & extollit; ac ſauciato oculo dolentis more apponit. Ex pectore vero ſanguis emanauit, cuius vſque nūc videntur guttulæ, porro multi ex mercatu redeūtes, & templum ingredientes vident Deiparæ imaginem ſanguine imbutam, occiſi quoque cadauer non procul aſpiciunt, qui miraculū patratum diuulgant. Præcipuus criminis author fuga ſibi conſulit, alter vero capitur, factū omne fatetur. Quare equo raptatus, capite contuſo in quatuor partes ſectus, homicidij dedit pœnas.

Chronic. Minor. t. 4. l. 3. His addo quod ſub ann. 1541. contigit in Boſnia ciuitate Suonicha. Turca quidam lancea ſua transfixit imaginem Deiparæ, vnde mox vberrimus fluxit ſanguis. Quo permotus portento ſe ipſe in flumen vicinum præcipitauit, vbi ſtatîm tum ipſe tum equus in lapides verſi ſunt, qui adhuc viſuntur quando fluuij aqua decreſcit.

Bzouius ad ann. 1202. Huc etiam refero, quamquam non Deiparæ ſed filio eius acciderit, ob ſimilitudinem tamen argumenti. Proſtrabat in Abbatia Dolenſi in Gallia imago lapidea Deiparæ puerum Ieſum

geſtantis

geſtantis. Huic cum mulier orationis cauſa genua flexiſſet duo impij mulieri improperabant, & Deiparam blaſphemabant: & quod grauius alter eorum lapides proijciens fregit brachiũ pueri IESV. Cum autem illa lapidea manus cecidiſſet, exierunt guttæ ſanguinis è brachio quaſi hominis viui, ſtatimque impius in loco expirauit. Alter cum vellet morientem brachijs excipere, ſtatim à dæmone inſeſſus, die ſequenti obijt. Cum vero multi ad ſpectandum venirent, omnibus videntibus dicta imago B. V. M. ſcidit veſtes ſuas, ſcilicet ornatum lapideum & monile ex eodem lapide diſrupit & pectus vſque ad mamillas nudauit in deteſtationem ignominiæ ſibi ac filio à perfidis illatæ. Auctor ſpeculi hiſtoriarum qui & imaginem & ſanguinem vidit hæc ad rei memoriam exarauit.

Ad initium eiuſdem Aprilis poſt vltima verba, Adde.

9. Dominica in Albis.

Dedicatio B. M. V. Lakenſis iuxta Bruxellam. Huius templi occaſionem ædificandi vide in Auctario ad Molanum.

Hoc tantum dico apparuiſſe Virginem vigilibus, & filum quod manu tenebat præbuiſſe, addens quod ipſam templi formam, longitudinem &c. edoceret. Filum iſtud oſtenditur certis anni diebus. Addo inſuper vetuiſſe ne à quoquam dedicaretur templum iſtud, fore vt filius eius illud dedicet. Plurima in eo fiunt miracula.

Ad

Ad 2. Aprilis nu. 3. poſt vltima verba ſatis erat. *Adde.*

4. In diœceſi Treuirenſi obitus Genoueſæ Palatinæ.

Hæc Ducis Brabantiæ filia emicuit caſtimonia, patientia & deuotione erga Deiparam, cuius interuentu à Sifrido Romani Imperij Palatino maſculum concepit. Porro antequam is ad barbaras nationes cum magno belli apparatu abiret, abiens coniugem cum omni Dominio defendendam tradidit militi fortiſſimo Geloni: ſed miles primum blanditijs & fictis de morte mariti litteris, tum varijs moleſtijs eius pudicitiam exagitauit, tandem redeunte viro omnia proſpera eſſe dixit, præter thorum adulterio fœdatum, quare eam cum prole ſubmergendam ſuggeſſit. Quod mox vir ira percitus fieri decreuit, ſed famuli eam in nemore deſeruere & pro lingua eius ad Golonem attulerunt linguam cuiuſdam canis. Interim tanquam altera Agar cum prole per nemus vagatur, lympha & herbis ſe ſuſtentans, ab aduocata autem ſua Deipara multam capiens conſolationem. Per cuius patrocinium etiam cerua quædam filiolo turgidas mammas exhibuit. Elapſis tandem annis ſex & menſibus tribus, maritus inter venandum die Epiphaniæ, vxorem cum prole reperit, & ex cicatrice vulneris in Brabantia accepti, alijſque ſignis & verbis non ſine rugitu agnouit. Noluit tamen illa cũ viro congredi, niſi ante ſponderet eò loci templum in Dei genitricis honorem ædificare, quæ eam in tot aduerſis ſeruauerat. Quod & ſtatim factum

Molanus

Digitized by Google

factum eſt, atque in eo poſtea humata fuit, vbi Deus ob ſuæ matris reuerentiam præclara multa operatur. Cœterum Golo à quatuor indomitis bobus dilaceratus, interijt.

Ad initium Maij de Pentecoſte poſt numeri 2, vltima verba, Adde.

3. Feria 4. poſt Penteceſten.

Walcuriæ prope Namurcum commemoratio Deiparæ Virginis miraculoſæ cum ſolemni ſupplicatione. *Arnoldus ad Molanū.*

Hic Baſilicam S. Maternus D. Petri diſcipulus extruxit in honorem Deiparæ, & in ea eiuſdem ſtatuam, ſuis manibus delineatam collocauit miraculis celeberrimam. Ignis autem templum cum abſumeret, dicta imago præeunte alba columba, cunctis videntibus ab Angelis in ſublime trāſlata eſt, & procul in ſuburbano quodam horto ab ijſdem poſita. Vnde cum nulla arte transferri poſſet, Theodoricus loci regulus voto facto monaſterium, ſe in loco hortuli extructurum, Deo permittente imaginem Walcuriam retulit. Ad eius aduentum tanta confluxit frequentia, & ea fuit liberalitas peregrinorum vt ibidem templum magnificum ſit ædificatum, addito Collegio 9. Canonicorum cum præpoſito, cum 20. & amplius Sacellanis.

Ad initium eiuſdem Maij n. 3. poſt vltima verba victoriam reportauit, *Adde.*

Huc pertinet factū Myrtilli inuaſoris Imperij Conſtantinopolitani qui cum Venetis & Gallis *Sabellicus Ennead. 9.*

lis alijſque cruce ſignatis qui Alexium puerum legitimum Imperatorem in ſedem ſuam reſtituerant, bellum commiſſurus ita aciem inſtruxit vt in fronte eſſent ſacerdotes ſacris amicti, & Dei genitricis iconem geſtantes. Fuitque initio acris pugna, deinde cum omni parte caſtrorum conclamatum ad arma eſſet, & vndique concurſus in hoſtem factus, Græci fuſi fugatique & in vrbem compulſi, Icon Diuæ Virginis Mariæ ijs eſt adempta. Id in bonum omen à noſtris acceptum, rati certam ſibi ex eo victoriam, quod numen cœlitibus & mortalibus populare, à Græcis ad ſe tranſiſſet. Quod & rei docuit euentus, nam Conſtantinopolis 68. diebus oppugnata ſumma conſtantia, tandem capta.

Ad 3. Maij poſt numerum 3. Adde.

4. Natale B. Ioannæ à cruce tertiariæ S. Franciſci.

Hanc B. V. M. à filio petijt antequam naſceretur, vt monaſterium quoddam ſuum dictum S. Mariæ à cruce in Hiſpania reformaret, petijt & impetrauit. Itaque naſcitur ipſa anno 1481. quæ poſtmodum facta Abbatiſſa ad optimum ſtatum reduxit monaſterium. Quadam vice 3. integros dies abſtinuit ab vberibus matris, ita vt mater eam cenſeret mortuam, quare eam, voto addito certi doni, B. V. M. commendat, & mox puellula ad ſe redijt. Cum eſſet quattuor dumtaxat annos nata, rapta fuit in ecſtaſim in qua in locum quendam ducta fuit longè pulcherrimum, vbi varias conſpexit matronas, quarum vultus

vultus & veſtes inſtar ſolis radios emittebant. At inter eas eminebat vna quam ipſa loci illius reginam arbitrabatur. Vidit inſuper ibidem infinitam vim puerorum qui eam ambientes, petebāt quid ibi ageret: Quin nobiſcum adoras reginam iſtā quæ eſt Dei mater, eique ſalutem impertiris? At ignoro (inquiebat Ioanna) quid mihi præſtandum vt rite eam ſalutem. Aliud non teneo quam ſalutationem Angelicam. Itaque in genua procidens eam recitat. Tum Angelus eius cuſtos multa ſecreta ei aperuit. Cum (habitu adoleſcentis ſumpto ne agnoſceretur) è parentum domo fugeret ad monaſterium de quo paulò ante, vt in eo vitam religioſam iniret, obuium habuit adoleſcentem qui eam in coniugem expetebat, & ſolicitè vbinam lateret quærebat. At Deiparæ ope non fuit ab eo agnita. Itaque poſtquam ei gratias egiſſet, eadem B. Virgo ei apparuit, animum addidit. Vide, inquit, vt pro te orem filium meum. Bono eſto animo, te enim elegi vt monaſterij mei ruinas repares. Quò tandem cum perueniſſet & templum ingreſſa, virilem habitū, ſuo ordinario ſumpto quem ſecum deferebat, exuiſſet, coram imagine B. V. M. preces fudit, quæ imago dicitur ei locuta, & ei gratulata quod incolumis ad monaſterium pertigiſſet. Poſtmodum in omni vita frequenter viſitata fuit à B. V. M. quam & impensè colebat multaque ab ea didicit ſecreta. Ad feſta eius celebranda ſe diligenter parabat, & ad ſuas quamuis auſteras pænitentias & ordinaria ieiunia, alia tunc addebat. Quæ cauſa erat cur in feſtis Deiparæ, Deus ei illuſtria quædam reuelabat de matre ſua. Singulariter afficiebatur erga feſtum immaculatæ Cō-

Digitized by Google

ceptionis, quo etiam feſto frequentius rapta fuit in ecſtaſim, quo tempore aliud nihil promebat quam laudes & encomia B.V.M.

Ad 17. Maij poſt vltimum verbum, Adde.

Chronic. t.4.l.9. 3. Anno 1592. obijt in Domino Frater Paſchalis laicus in ordine Minorum.

Hic ſingulari affectu complectebatur B.M.V. eiuſque roſarium ſemper manibus tenebat, ſi manus erant occupatæ illud appendebat ad collum. Itaque nolebat vllo vnquam tempore carere hoc ſui affectus in Deiparam pignore, & moriens tandem cum eo mortuus eſt. Quoties nomen eius audiebat ad terram vſque ſeſe demittebat, & ſuo exemplo alios inuitabat ad idem.

Valde afficiebatur erga eius immaculatam cōceptionem, eoq; feſto incedebat per monaſteriū totus igneus & quaſi extra ſe poſitus.

Singulare ei gaudium erat ſi habitaret in conuentu dicato memoriæ B. V. M. ſumma ei erat voluptas loqui de roſario, eius indulgentijs &c.

Ad 24. Maij ad finem nu. 2. Adde.

T.3.li.8. cap.32. 3. Ab hac liberatione à fulmine non procul abeſt quod ſubijcio.

Narrat Chronicon Minorum 3. Doctores religioſos in reditu Pariſijs in Italiam ſuper montē Sineſium exceptos fuiſſe horrendâ tempeſtate, cū tonitru, & corruſcatione. Cumq; non haberēt

quo

quo ſe reciperent,equos calcaribus vrgebãt:quod dũ faciũt,audita ab ijs de cælo vox dicẽs,Occide, occide. Quo dicto fulmen cecidit ſuper vnũ de illis tribus, qui repente mortuus eſt. Interim duo reliqui relicto ſocio mortuo vehementius adhuc vrgent equos: Et ecce iterum audita ab ijs eadem vox, occide, occide, cum eodem effectu, nam & ſecũdus fulmine ictus in veſtigio perijt. Quid hic agat tertius dictus Frater Auguſtinus? Premit equum calcaribus, ſimul aduocat Dei genitricis opem, frequentius repetendo Antiphonam: Sub tuum præſidiũ confugimus ſancta Dei genitrix &c. Nihilominus audita iterũ de cælo eadẽ vox,Occide, occide. Ad quam reſpondit alter de cælo, Non poſſum,nam ſeſe armauit Antiphona ad Virginem Sub tuum præſidium.Quod audiens Auguſtinus, maiori adhuc cum feruore eandem repetit Antiphonam, & confeſtim tempeſtas in aëris tranquillitatem mutata eſt. Et ipſe in ordinem Fratrum Franciſcanorum poſt aliquot annos eſt ingreſſus.

Narrat aliquid ſimile D. Antonius & poſt eum P. Rodriguez de Miſſa cap. 16. quamquam in diſſimili ſubiecto, de duobus qui ſe ad venandum die quodam feſto conferebant, quorum alter ſacro non interfuerat. Accidit autem vt in itinere aëre turbato frequentia fulmina nubes eiacularentur, audireturque vox ex ijs quæ diceret, Occide, occide, quare paulo poſt fulmine percuſſus interijt ille qui ſacrum non audierat. Quid alter ageret plenus timore ne ſibi tantumdem accideret? Pergit itaque & ecce iterum fit vox è cælo: Occide, occide, ad quam quidam etiam è nubibus ingeminat. Nõ *2. parte Theolog. titul 9. c. 12. §. 2.*

 poſſum,

Digitized by Google

poſſum,non poſſum,nam hodie audiuit: Verbũ caro factum eſt, quibus verbis exprimebat Miſſam,ad cuius finem dicitur Euangelium S. Ioannis, quo verba iſta continentur. Porrò quam valeat imploratio Deiparæ contra fulmen & tonitru docebit etiam quam ſubijcio hiſtoria.

In villa Pelogæ Diœceſis Treuirenſis narrabat quidam ibi parochus quid ſibi per recitationem Antiphonæ Salue Regina contigiſſet. Ad omnes inquiebat horas meas illam dicere cõſueui, cum autem ſemel campum quendam tranſirem quandam viſitare incluſam iuxta Eccleſiam ſolitariè habitantem, orta ſunt tonitrua tam valida, vt ictus ictui ſuccedens vires mihi ambulandi adimeret. Veniens tandem ægrè addictam Eccleſiam, ipſam intraui & coram altari me ſternens, pro ipſa tempeſtate dominam rogaui, & ecce matrona Virginei cultus de altari ad me veniens, cum mirarer quænam eſſet, illa prior locuta eſt dicens: Quia Salue Regina libenter & ſæpe decantas, nunquam tonitrua neque fulmina, quæ te ſæpe terrent, lædent, ſicque ad altare rediens diſparuit, & mox intellexi, quia ipſa eſſet clemens illa pia ac dulcis Virgo Maria. Hæc ille parochus narrabat duobus conuerſis Ciſtercienſibus quos hoſpitio exceperat, erat enim multæ hoſpitalitatis, aiebatque ſe ab illo ordine habere hanc Antiphonam à qua multa ſibi bona eueniſſent, vt & ab ipſo ordine.

Cæſarius l.7.c.30.

Ad

Digitized by Google

Ad 28. Maij numer. 2. poſt hac verba 10. millibus aureorum, *Adde.*

Sed lubet in gratiam pij lectoris fuſius hanc ſupplicationem perſequi.

Gaudent Veneti duobus præclaris Virginei Mariæ lactis pignoribus; quorum quidem alterum eò Conſtantinopoli tranſmiſſum cum alijs plurimis reliquijs, Ducis Henrici temporibus, in Parœciali ſancti Prophetæ Simeonis Æde, ampulla reconditum aſſeruatur; alterum videre eſt in Ducali ſancti Marci templo, ſimili incluſum ampullâ. Hic verò theſaurus cum inſigni multarum reliquiarum copiâ, tum Saluatoris noſtri atque adeo eius ſanguinis, tum eiuſdem Virginis Mariæ, & aliorum ſanctorum, retectus fuit, anno 1617. in quodam concauo ſacrarij templi iſtius pariete. Omnia autem ſacra illa monumẽta per vicos ciuitatis ſollemni ritu, eodem anno, Dominica in vigeſimam octauam Maij incurrente, in ſupplicationem educta ſunt, quâ quidẽ antehac nulla, aut ad plauſum feſtiuior, aut ad ſplendorem illuſtrior, aut auguſtior ad pompam Venetijs fuit conſpecta. Nolim hic in medium adducere, regios planè Vehiculorum apparatus, quibus & ſanguis, & aliæ Chriſti Domini reliquiæ fuerunt impoſitæ, neque propoſiti mei eſt, honorum imaginem hic appingere, quibus in illâ ſacrâ circuitione multorum ſanctorum cineres fuerunt decorati; vni tantum perſcribendæ narrationi reliquiarum Mariæ Virginis inſiſto.

Pegmate igitur in formam pyramidis erecto, quod

quod Attalici panni amictu ſplendidiſſime collucebat, quatuor circumquaq; gradibus induſtriè aſſurgentibus, cõpoſitis ſuper, aureis, & argenteis loculamentis, in quibus hæ BB. V. reliquiæ collocatæ fuerunt. Primas obtinebat lac Virgineũ; Deinde togæ eius, Pallij, veli, cinguli Palmæ, ſepulchri particulæ conſtitutæ, inter quas ſibi etiam ſedem vendicabant fragmenta loci, tum illius, in quo myſterium Annuntiationis completum fuit, tum illius, quem vtero virgineo egreſſus redemptor mundi primo ſuo beauit aſpectu.

Subierunt oneri ſacerdotes quatuor ad pompam amicti, imminente deſuper, & protegente cadurco argenteis laminis conflato, & venuſtâ florum arte factorum harmoge conſpicuo, cui ferendo quatuor etiam ſacerdotes aſſignati. Præibant vtrimque, & longâ ſerie ſubſequebantur, quibus viſũ fuerat facis alicuius, aut tædæ lumine pompam illuſtrare, ad latera viri duo profeſſionis Eccleſiaſticæ tunicis ex panno raſo Tyrio murice perfuſo, gemmiſque & aureo intertextu Phrygio opere incruſtato veſtiti thurea dona depromebant. Ponè ſubibant ſex Sacerdotes in niueis pluuialibus auro hiſpidis, pretij non vulgaris. Proximus ab his Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Dominus Vicarius (quod apud Põtificem ſit Venetiarum Patriarcha) pluuiali pariter ornatus; ſed quo, neque materiæ pretio, neq; artis nobilitate præſtantius vllum ſub oculos venire poſſe crediderim: nimirum conflatum eſt ex pallio quondam Regis alicuius Perſarum munere huic Sereniſſimæ Reipublicæ conſecrato; gradiebatur autem Conopei aureo panno inſtrati, quodq; argenteæ columnæ ſuſtentabant, vmbo-

Digitized by Google

ymbone munitus, magnâ Canonicorum nobiliſſimè indutorum cateruâ latera ſtipante; in his quatuor, manus Conopeo portando admouebāt, quorum humeros prætexebant pluuialia auro ſolido bracteata. Horum veſtigia excipiebat Sereniſſimus Dux, & Ampliſſimus Senatorum ordo, quibus ſingulis manus votiuo ardebat cereo, vnde nobiliſsimum, & reliquiarum honoribus,& ſupplicationi laudi lumen accedebat. Seriem claudebat tanta, tum indigenarum tum externorum vnda, confluxuſque, vt neque ſancti Marci templum,neque fori patentiſsimum æquor, multitudini ſufficere poſſe videretur.

Fuerim æquo prolixior,ſi plurimorū pegmatū ſacras illas reliquias præeuntiū ſuperbā ſane ſtructuram ſingillatim exponere ſtuduerim; verūne quid defuerit,tū lectoris iucunditati,tū & potiſsimum eius Virginis honori,quæ omnem humanæ laudis conatū dignitate præcellit, pauca ſubijciā. Inter cętera accurato adſpectu digniſsima occurrebat mons pegmate penſili libratus,& à pede ad apicem, vaſis aureis, argenteiſque ædificatus,qui ſuo ſinu fontem tegebat vnde panchæis odoribus ſuffitibuſque imbuti & adulterati latices ad quatuor partes erumpebant: nec inferioris notæ fuit illud portatile pegma , cui inſidebat leo aggeratus opere ſegmentato, varijs & argenteis , & aureis laminis; vt flauis auri fulgoribus niueum argenti colorem adumbrantibus , pellucidus Leo ad veri ſpeciem exſurgeret , & artis ſolertia in illius habitu cum naturæ virtute certaret; pede quidem altero librum præferebat, altero vibrabat gladium ancipitem,reliquo pegmatis æquore nobiliſſimis eorumdem metallorum vaſis operto.

Non longè ab hoc duæ Pyramides argenteis bracteis conſtructæ ferebantur, quarum intercalare ſpatium ſol formæ itidem pyramidalis pēdulus occupabat, opificis induſtriam continuo ſuo rotatu teſtatus, quo fiebat vt obuerſa fronte in ſolis cœleſtis radios incurrens tantum fulgoris circumquaque eiacularetur, quanto ſuſtinendo nullius acies par foret, ſed omnium oculos nouo quodam die perſtringeret. Duas illas aliæ plurimæ ſubſequebantur ſuo etiam quæque ſole ſpectabiles, qui aureis vaſis & argenteis atque Chriſtallinis ſpeculis peraptè compoſitus ductis in circuitum radijs ſtellam referret, emiſſis æmularetur. Aliæ quædam medio ſcapo ſuſtinebant ſpecula & argentea candelabra in orbem ad ſtellæ formam concinnata: aliæ eodem loco ſolem, argenteis peluibus; & in apice ſtellam, aureis & argenteis cyathis, & ſpeculis effictam, oſtentabant. Quod ab his oculos ſpectantium ſummopere delectaret ordine procedebant vicenæ Pyramides argento vniuerſim prætextæ, quæ illius tempeſtatis floſculis amæniſſimâ varietate diſtinctæ criſpulo vertice veris hortorumque diuitias eleganter iactitabant. Taceo viginti ſeptem diuerſorum religioſorum ordines, omitto pariter nouem congregationes Præsbiterorum ſæculariū, qui in pluuialibus & alijs magni ſplendoris ornamentis præuio inceſſu reliquias honorabant. Circuitione peractâ in Diui Marci conuentum eſt, ibique ſacroſancta onera depoſita: In medio areæ Principis vmbilico eminebat pegma, in quo omnes artis ſymmetriæ, diuitiarumque vires concertaſſe viderentur, ita vt fidem prope ſuperet, quantum in hoc vno omnis generis elegantię congeſtum

congeſtum fuerit. Huic pegmati ſuperpoſitum erat altare altari, opus maximi apud Venetos nominis, quod Italicè, *fano del craſſo*, nuncupant: conſtat montanis ijſque limpidiſſimis chriſtallis argento ductili inter ſe compactis, decemvirorum aulâ cuſtoditur, nec in lucem alicui applicandum vſui hactenus prodierat; eius pretium (vt modo ſignificatum eſt) ad decem millia ſcutatorum pertingere ferunt: Hic, inquam, in ſplendidiſſimi illius fani ſtylobatâ (quam pannus attalicus ſtratus ſuper, auro ſuo integebat & nobilitabat.) Reliquiæ Saluatoris noſtri, cum Virginei lactis, & ſanctorum cinerum particulis compoſitæ fuerunt: difficile foret aſſequi ſtylo mirandos effectus huius operis (nõ iam laternæ, ſed ſacratiſſimi Auguſtalis, ait Author) nam reflexione luminis, quod à chriſtallis emittebatur, remotiſſimis locis reliquiarum ſpecies ſiſtebatur; adeoque, earum forma repræſentabatur oculis intuentium, etiam extra templi ſepta, in ipſis vltimis fori & areæ curialis limitibus.

.i. Laterna Craſſi.

Prætermittam pulchræ deuotionis indicia, pios gemitus, feruidiſſimas preces, dulcium lacrymarum fluenta, quibus ſolemnitas emicabat, & quæ vndique tum viſa, tum audita fuerunt, cum id vnicuique æqua mente, metiri facillimũ ſit: vnicum addam, malos ſpiritus tantorum honorum impatientes, quibus ſanguis ille pretioſus Redemptoris noſtri, & ſanctiſſimæ matris lac Virgineum, atque ſanctorum ſacri cineres extollebantur, in corpora poſſeſſorum rabiem euomuiſſe, viſoſque in illis voluiſſe ſuum vltionis ardorem ſatiare acerbiſſimi odij ſenſum, quo in IESVM-CHRISTVM, Matrem,

Digitized by Google

& ſanctos eius æſtuant, inſolitis cruciatibus, ipſis infligentes.

Ad 30. Maij in fine poſt 150. miliarium *Adde.*

4. Anno 1430. viuere deſijt Ioanna Lotharinga cognominata *la pucelle.*

Hæc eſt quæ à Deo miſſa, Anglos Aurelijs, vt & ex alijs Galliæ ciuitatibus expulit. Erat autem Deiparæ addictiſſima, & in ſuo vexillo quod ei Rex Galliæ dedit, ſacratiſſima IESV & MARIÆ nomina inſcribi curauit. Eadem nomina frequenter deuotè vſurpabat, inſcribebat Epiſtolis. Porrò eidem vexillo adpicta erat Beata Virgo Maria nuntium de cælo ſuſcipiens ex ore Gabrielis, lilium album manu promentis. Hoc vexillo ad murum arcis applicito, impetuque facto partim trucidauit, partim coegit hoſtes arce diſcedere, vrbe antea fortiter capta.

Ad 1. Iunij poſt vltimum verbũ n. 1. auri vnciam, *Adde.*

Supradicti cerei in mentem reuocant ſequentem hiſtoriam.

Ex M. S. Vaticanis. Tranſmiſſurus aliquando Gulielmus comes Salisburienſis in Angliam, in immanem tempeſtatem, quæ ſpem omnem nauigantibus vitæ adimebat, incidit. En verò repentè in ſummo malo viſus eſt ardens cereus, cui iuxta aſtabat pulcherrima Virgo, quæ nauim à vẽtis & imbribus obrui non ſinebat. Quod ſpectaculum ab omnibus viſum

Digitized by Google

ſum eos in bonam ſpem erexit, quę nec eos feſellit. Occultum vero cerei illius myſteriū ſolus comes nouerat. Is enim quo primum die militari zona & dignitate ornatus fuit, cereum quendam curauit ad Miſſam de B.V.M. accendi, deditq; reditus ad illud lumen quotidie eo tempore perpetuandū. Neq; ita diu poſt reditum ſupervixit.

Ad 9. Iunij n. 2. ante cum illi,
Adde.

(Erat autem ſolus inter hoſtes Braſilos obſes pacis relictus) ſed quæ pangendi copia in tanta barbarie, non libri, non charta, ne ſtilus quidem aut res alia ad exaranda grammata ſuppetebant, quia tamē SS. Matri id promiſerat, bono memoriæ ſibi vtendū cenſuit. Exorſus igitur à puriſſimo eius conceptu, omnem eius vitæ ſeriem vſq; ad diadema ei regni cæleſtis impoſitū, elegiaco carmine pertexuit, omnibus vitæ partibus, myſterijſque diſertè explicatis, figuriſq; & oraculis quæ de ſacris litteris & SS. Patrum teſtimonijs ei tribuuntur illuſtratis. Profuit id illi non modo ad ſuæ pietatis fructum, verum etiā vt ipſe teſtatur, ad vitam & libertatem: & quod ille in primis optabat, tractatione ipſius laudum, puriſſima Virgo eius mentem ab omni quæ immineret labe (vt verſanti inter obuia tum virorum tum fæminarum nuda corpora) puram ſeruauit, quod ipſe in carmine quod mox ſubijciemus, diſertè teſtatur. Porro pace cum Braſilis facta, redijt ad ſuos & ſe contulit ad ea polienda perficiendaque quæ in hoſtium poteſtate conſtitutus de Beata Virgine M. commentus erat. Carmen totum

totum in bis mille octoginta ſex diſtichis exten-ditur, quod eidem Virgini adiecta ad calcem eiuſdem metri apoſtrophe dedicauit: eius frag-mentum ad viri ingenium dumtaxat deguſtan-dum hîc adſcribam.

En tibi quæ voui Mater ſanctiſſima quondam
Carmina, cum ſæuo cingeret hoſte latus,
Dum mea Tamuijas præſentia mitigat hoſtes,
Tractoque tranquillum pacis inermis opus,
Hîc tua materno me gratia fouit amore,
Te corpus tutum, menſque tegente fuit.
Sæpius optaui Domino inſpirante dolores,
Duraque cum ſæuo funere vincla pati,
At ſunt paſſa tamen meritam mea vota repulſam,
Scilicet heroas gloria tanta decet.

Ad Iunij 13. ante n. 3. poſt reſperſus.
Adde.

Chronic. ordinis l. 8. Alij id alteri Antonio dicto de Robes tribuũt, etiam Minoritæ. Cui addere licet Fratrem Geor-gium Albanenſem eiuſdem ordinis, qui cum in vehementi pluuia careret pallio quo ſe tegeret, coronam B. V. M. recitans, peruenit ad mona-ſterium planè ſiccus.

Ad 16. Iunij numero 1. poſt alios ſanctos.
Adde.

Narrat de hac Beata idem Cantipratenſis, quod qualibet 6. feria in Veſperis, certo nume-ro

ro deputatæ ſanctimoniales in honorem B. M. V. cantabant quoddam reſponſorium cum verſu. Eum autem verſum Lutgardis deuotionis cauſa, ſola cantare ſolebat; & videbatur ei dum cantaret Chriſtum in forma Agni vnum pedem ſuū dextro, alterum ſiniſtro eius humero imponere. Et os ori applicare, ſicque cantando cum ex Chriſti ore ſugeret mirabilem inde melodiæ ſuauitatem reſonare. Nec dubitandum in hoc cantu fuiſſe miraculum, cum in ſolo verſu illo, vox eius, ſupra quàm dici queat ſolitò gratior audiretur & audientes ad deuotionem permouerentur.

Ad 18. Iunij poſt verba vltima, SS. eius genitrici, *Adde.*

3. In pago Brabantino in parochia S. Petri Wolnenſis anniuerſarius dies S. Mariæ Virginis quæ dicta eſt doloroſa. *Molanus*

Hæc Deo & B. V. M. cum caſtitatem ſuam vouiſſet contigit impudicum eam amare, cumq; nihil proficeret nec ea ſe pollui ſineret, eam de furto argentei ſcyphi falsò accuſauit, & tantum egit vt innocenter ſit terræ defoſſa & ſude transuerberata, circa annum Chriſti 1290. claret miraculis. Et ante mortem pro viſitaturis memoriā B. V. M. in loco ſuæ requietionis interceſſit. Vnde & calumniator poſtquam ſeptem annis dæmoniacus fuerat, in eo loco reſtitutus eſt per Deiparam eiuſque famulam, de qua hic agimus Mariam. Ibi eſt confraternitas dicta B. V. M. Deiparę, in capella B. M. doloroſæ.

Ad

Digitized by Google

Ad 20. Junij poſt numerabantur, *Adde.*

2. Anno 1471. Romæ ad radices montis capitolini quà forum boarium & montem Palatinum reſpicit, imago Deiparæ ſtupenda eaque plurima miracula edere cœpit, & vſque ad hæc tempora (annum 1618.) edit. Quæ cauſa fuit cur locus frequentatus ſit, & ibi templum B.V. Mariæ à conſolatione ſit exſtructum inter præcipua vrbis templa amplitudine, maieſtate & cultu non poſtremum.

Ad Iunij 21. *n.* 3. *in fine, Adde,* ſubijcio & tertium.

T. 2. l. 5. 4. Narrat Chronicon Minorum D. V. M. apparuiſſe cuidam clerico eique dixiſſe ſeſe ad quendam pagum proficiſci vt igne pereat, quod eo die eius incolæ tum filium ſuum tum ſe ignominioſè tractaſſent, & blaſphemaſſent. Poſtea compertum eo die quo id clerico reuelatum
Lib. 18. c. 33. fuerat, pagum arſiſſe. Neque vero ſolos blaſphemantes Virginem plectit Deus, at etiam eorum hoſpites & receptores. Græci quidam ſeu gentiles, ait Nicephorus, in cuiuſdam domo cōuiuantes & vino ſeſe inuitantes: poſt prandium ſimul atque ſatis adbiberant, blaſphemare Dei matrem & eam conuitijs proſcindere cœperunt. Impietas illa poſtquam innotuit, illi quidem petulantis linguæ pœnas dedere, ædium autem vbi conſederant Dominus, tum quidem quod res ita tulerit,

lerit, periculum effugit. Non multò verò poſt noctu dormienti Deipara aſtitit: Cui diligentius an noſſet quænam eſſet percunctanti, poſtquam ipſe noſſe ſe eam dixit, illa ei contumeliarum indignitatem in mentem reuocauit. Tum ille veniam petere & vt daretur tempus pœnitendi orare. Illa daturam ſe ei pollicetur, vimine autem quod manu geſtabat, genua eius circumcirca veluti exarans circumſcribit. Tum auolat. At ille poſt ſomnum, mēbra quæ vimine notata erant, ſtatim ab reliquo corpore diſrupta inuenit, recenti ſanguine profluente. Et in publicum productus, iuſtum omnibus iudicium promulgauit.

Ad Iulij 14. *num.* 2. *poſt vltimum verbum* collocatum, *Adde.*

Ab his non omnino diſſidet (quamquam nihil ſit de Deipara) quod conſtanti fama Gandaui traditur B. Bertulphum confeſſorem, pulſum velut manibus edere circa ſuum feretrum graui aliqua imminente Dei vltione, ſicque mouere fideles vt fletibus & fructibus pœnitentiæ iram Dei accenſam placent. *Molanus 5 Febr.*

Ad 16. July num. 6. initio ante de eodem apud Surium, *Adde.*

Idem ferre non valens Albigenſium hæreticorū capitalium Deiparę hoſtium peruicaciā, quod neq; miraculis à D. Dominico patratis, neq; doctrinæ veritate aut vitæ ſanctitate mouerentur,

bellum

Digitized by Google

bellum ſacrum in eos indixit, & cruce ſignatos multis præmijs animauit. Primum Biteras cœpere vbi hæreticorum millia ſeptendecim deſiderata. Tandem à S. Ludo. Galliarum rege planè victi ſubiguntur. Porro quam impij eſſent & quam horrendas euomerent in Deiparam blaſphemias, pudori caſti lectoris conſulens, prudens omitto. Eas autem ſuggerit Bzouius tomo 13.

Ad 17. Iulij n. 1. poſt vltimum verbum complecteretur, *Adde.*

Lib. 3. Neque omittendum quod narrat Paleonidorus. Dum à malis clericis multa paterentur ordines mendicantium. Inter hos Carmelitæ cum B. V. M. opem implorarent ſub ann. 1245. priori Generali ea apparuit, dixitque: Vade ad Innocentium quartum intrepide, qui iuxta ſui nominis interpretationem, partes innocentium fouebit. Iuit ille & quicquid voluit obtinuit.

Ad 20. Iulij poſt vltimum verbum,
Adde.

Thomas Cantiprat. 4. Ipris in Flandria depoſitio B. Margaretæ Virginis ordinis prædicatorum tertiariæ.

Hæc cum tribus diebus & noctibus peccata ſua defleſſet (licet innocentiam ſemper Baptiſmi retinuiſſet) videre meruit SS. Deiparam, eiuſq; alloquio recreari, & manus eius ad pectus ſuum admotione ſanari, his additis verbis: ſano te in anima & corpore, & ſcito tibi à filio meo dimiſ-

ſa eſſe

ſa eſſe peccata. Eandem Virginem & Chriſtum ſub obitum vidit. Is fuit ſub ann. 1237.

Ad 22. Iulij n.3. poſt vltimum verbum excoluerint, *Adde.*

Vita fungitur Carolus 7. Rex Galliæ.

4. Hic cum in magnas anguſtias ab Anglo Rege eſſet redactus, intenſiſſimè Deũ deprecatus eſt, vt ſi ipſe eſſet legitimus Regni Francorũ heres, vellet ei regnũ ſeruare, ſin minus vt eũ dignaretur ſolari. Tũ vero Virginis matris Chriſto cõpatiẽtis opẽ ſingulariter implorauit. Nec fruſtra, nã obſidio Aurelianenſis, quã premebant Angli, ſoluta, ac de hoſte multæ victoriæ partę ac plurimæ ciuitates receptę ope prodigioſa cuiuſdã Ioãnis Virginis Lotharingæ, quæ & curauit Regem Rhemis ſacro inungi oleo, cũ in itinere aliquot oppida de hoſtibus recuperaſſet. Vide de ea 30. Maij. *Gaguinus.*

Ad 4. Auguſti n.3. pag. 392. in medio ante fuit etiam ſolemne, *Adde.*

Porrò quo fructu recitarent Antiphonam Salue Regina, hinc patebit. *Bzouius ad ann. 1220.*

Cũ nouellus ordo FF.S.Dominici variè à dæmone vexaretur, nã nõnullos de ijs terrebat ignea forma ſupra eorum capita ardẽte, alijs flammiferos dracones objiciebat, aut aſinos terribiliter cornibus armatos, alios alijs vexaret imaginibus, nec quieſcere eos ſineret: cum inquam hæc paterentur Dominicani, Patres Deiparam ſibi inuocandam ſtatuerunt, eam itaque publica proceſſione & Antiphona *Salue*

Regina ſalutandam decreuerunt. Factum. Ludificationes ceſſauere, & obſeſſi à dæmone (nam aliquos inuaſerat) liberati. Dum autem *Salue Regina* frequentius caneretur, viſa eſt cælo delapſa cœlorum Regina, vultu placido aſtitiſſe canentibus, & ad illa verba. *O dulcis Maria*, leniter caput ſubmittere, & recedentibus vnà illis de loco in cœlum remigrauit. Maſſiliæ mulier ſancta cũ die quadam adeſſet canentibus FF. *Salue Regina*, ſtatim corporeis ſeiuncta à ſenſibus, vidit primum dum canerent: *Spes noſtra ſalue*, delapſam Dei matrem canentes vultu blando reſalutantẽ. Secundum dum canerent: *Eia ergo aduocata noſtra*, vidit flectentem ante filium genua, & pro canentibus orantem. Tertium dum dicerent: *Illos tuos miſericordes oculos* vidit mitiſſimè eos intuentem. Quartum dum canerent: *Et Ieſum benedictum* &c. Illam quaſi puellaribus reſtitutam annis vidit, tanquam lactentem Ieſum ſingulis oſtendentem.

Annales Poloniæ. Porrò illud notandum quod dum FF. Prædicatores Sandomiriæ in Polonia canerent hanc Antiphonam, Martyres ſunt effecti: ſuperuenientes enim Scithæ ſœuiſſimi, dum matri miſericordiæ hoc canticum occinunt, eos trucidarũt, erant autem numero 39. quorum Martyrium miraculosè in Martyrologio pridie eſt inuentum. Res admiranda, nequaquam hic prætermittenda. Nocte enim antecedente eam cladem, dum Tyro indicul. Martyrologij ad diem ſequentem pronuntiare incipit: mox aureis litteris nouos & inſolentes characteres exaratos vidit hunc in modum. Sandomiriæ paſsio 49. Martyrum. Legeret añ taceret dubitabat. Timore tamen

tamen abiecto, voce cignea recitauit aureum edictum. Quod dum cernunt fratres & prior, aureæ illæ literæ cum notis Sandomiriæ inter manus Fratrum legentium ſenſim euanuere. Inde vero collegerunt Deum ſibi parare coronam Martyrij ad quam ſe compararunt.

Ad 6. Auguſti poſt vltimum verbum cumulauit, *Adde.*

8. Anno 1412. vita fungitur Margareta Ladiſlai Regis Poloniæ mater.

Hæc Xenodochio SS. V. M. Annuntiatæ Neapoli ciuitatẽ Leſinam inter Campaniæ prouinciæ ciuitates non poſtremam, dono dedit. *Sommatius in Hiſtor. Neapol.*

9. Natale B. Schetzelonis qui & Gigiſlenus.

Hic cum vellet viſitare Eccleſiam B. V. M. Aquiſgrani fertur pecora ſua Deo commendaſſe, erat enim ſubulcus, eoque abſente ferunt viſum aliquẽ qui in eius ſpecie vices abſentis ſuppleret. Colitur autem Coloniæ aduerſus puſtulas, & in ſua capella ſub altari fontem habet languẽtibus ſalutarem. *Molanus*

Ad hanc narrationem reuoco aliam qua proditur B. V. M. per ſeſe ſuppleuiſſe alterius abſentiam. Quædam Beatrix monialis Dei matri erat valde addicta, pro maximis delitijs reputans eam orare, quod adhuc amplius fecit facta ſacriſtana templi. Eam clericus quidam videns formoſam, procari cœpit tanta importunitate vt illa flammam amoris amplius ferre non poſſet. Accedens ergo ad altare B. V. M. ait ad eam Domina: Quanto deuotius potui tibi ſeruiui, en claues tuas tibi reſigno, tẽtationẽ amplius ferre nequeo, *Cæſarius l. 7. c. 35.*

& poſitis ſuper altare clauibus, clam ſecuta eſt Clericum, quā cum violaſſet, paulo poſt abiecit. Illa ob paupertatē facta eſt meretrix, & ita māſit 15. annis. Poſtea die quadam habitu ſeculari ad portam monaſterij venit, petijtq; à ianitore num nouiſſet Beatricē quandā huius oratorij cuſtodē? Noui, inquit, eſtq; ſancta & proba domina, & ſine querela in hoc monaſterio ab infantia cōuerſata. Illa verba hominis notās, ſed nō intelligens, dum abire parat, mater miſericordiæ in effigie nota ei apparens ait. Ego per 15. annos abſentiæ tuæ officiū tuū ſuppleui, redi nūc in locū tuum, & age pœnitentiā quia nullus nouit exceſſum tuum, nā in forma & habitu eius Deipara vices egerat ſacriſtanæ. Neque ab hac narratione recedit quā habet Chronicon Minoritar. de quadā pia muliere quæ cum ad locum ſubvrbanum more ſuo ſe completorij audiendi cauſa ad Virginis laudē contuliſſet, neque domū ob vehementem pluuiā & inundationē redire poſſet, ſuppleuit Deipara officia eius domeſtica, & æſtimata ſit à viro eſſe vxor ſua. Quod fuſius proſequitur idē Chronicō.

P. 4 l. 1. c. 24.

Ad 9. Auguſti poſt vltimum verbum, Adde.

Arnoldus ad Molanum.

3. Brugis obitus B. Rayneri Dominicani. Cū hic in fide eſſet dubius & an Iudæus an gētilis fieri deberet, ambigeret, nec fratrū ſuorū monitis cæderet, & noctu fugā meditaretur, iamque eſſet in limine portę, obuiauit ei B. V. M. Fluctuaſti, inquit, & veritatem in fide filij mei te dubitas inueniſſe. Noueris certiſſimè Gentiles varijs teneri erroribus, Iudæos Moſis gaudentes vmbris, vero Chriſti haud illuſtrari lumine. His dictis diſparuit,

Digitized by Google

diſparuit, & Raynerum reliquit in fide conſtantem. Obijt ſanctitatis laude illuſtris.

Ad 14. Auguſti n. 8. ante cum frequentiſſimè *Adde.*

Multi id notarunt ac præcipuè P. Emmanuel Sa Theologus in primis ſapiens & præco Euangelicus, & vir optimus, qui cum aliquando comitem eum ducens ad Baſilicam S. Mariæ ad niues interrogaſſet num SS. V. M. diligeret, is humili quodā geſtu atq; ore blandiſſimo reſpōdit: Quid quæris mi Pater, eſt mea mater. Qua voce tali ſenſu, ac modo prolata valde commotus Emmanuel, cū deinde rē P. Generali narraret, aiebat ſibi nequaquam viſam eam hominis vocem.

Iterum ad Auguſti 14. n. 10. poſt vltimum verbum ſtipatus, *Adde.*

11. Anno 1448. vita exit Ioannes 1. Luſitaniæ Rex.

Hic in SS. Chriſti matrem ex æquo cum filio, proclinabat, cuius preces horarias ſingulis diebus percurrens id penſum identidem alijs ſuadebat. Tria molitus eſt templa in eius gloriam: Illud Bataliæ de quo ſupra, cui à victoria; aliud Olyſipone cui ab ſcala; Tertium Guimarauij cui eſt cognomentum ab oliua, quod ea arbor aditorum parietibus & fornici innaſcens piè ſuſpicitur. Hoc templum in quod mirificè afficiebatur bis pedes Rex adijt ab Olyſipone, vbi primum Caſtellanos ad Algibarotam profligauit, illuc ſe contulit, tantumque argenti repoſuit *Vaſtoncellus.*

ſuit quantum cataphractum ipſius corpus ponderoſum erat. Ibidem dicata hodie viſitur haſta qua in prælio metuendus fuerat, ſimul cum chlamyde militari. Multa quoque obtulit toreumata, vltra centies octuagies ſeſtertiûm æſtimata. Nobile illud eſt templum & reditibus & miniſtris ad ſacra ſuccenturiatis. Antiſtitis portio ducenties ſeſtertiûm magna eſt; reliquorum reditus qui sũt duo & triginta, in ſingulos ad dena octona ſeſtertia aſſurgit. A ſummis Pontificibus & Regibus plures immunitates huic templo conceſſæ. Liber mercatus totos 15. dies propè illud exercetur per ferias Aſſumptę in cælum Virginis, quod feſtum præ cœteris inſigni pietate obſeruabat, in cuius peruigilio ſingularium fuerat beneficiorum compos factus. Hac enim die Ioannem Caſtellan. fudit; hac in Africam ſoluit ad Sextam expugnandam, hac in cælum vt par eſt credere, demigrauit.

Ad 15. *Auguſti poſt num.* 33. *Adde.*

34. Inauguratur Rex Luſitaniæ Eduardus primus.

Vaſtoncellus. Hic celeberrimum Aſſumptæ in cælum Virginis Deiparæ diem ſibi delegit vt Regem ſe priſcorum Regum ritu inauguratum publicę populorum voces renuntiarent, idque contra Mathematicorum placita qui triſtes Eduardo annos ſyderum obſeruatione affirmabant, niſi inſtituta auſpicijs ſolemnia proximum in diem prorogarentur. Ea demum die Eduardus rem animosè confecit vt ſuas ſpes & opes in B.V. præſidio non in fallaci ſyderum obſeruatione ſitas eſſe ſignificaret:

Digitized by Google

ficaret; maximè ne Mathematicorum principem Hebræi generis hominem curare potius quā Virginis patrocinia videretur. Peracta res eſt fauſta & communi omnium proclamatione, tā tuſque princeps ſpem nobilis fortunæ regno excitabat & alebat.

Ad 23. Auguſti in fine, Adde.

6. Anno 1596. in Domino moritur Angelus de Paz Minorita. *Chronic. t.4.l.10.*

Hic ſingulariter Deiparam colebat aiebatque per eam fluere omnia Dei dona, ſicut per collū, cibi omnes qui in ſtomachum deferuntur. Cum ei Sixtus quintus iuſſiſſet vt ſcriberet Commentarium in quatuor Euangeliſtas, apparuit ei B. V. M. cohortans eum vt ei commentationi initium daret.

Ad 8. Septembris poſt vltima verba numeri 14. Adde.

15. Inſtante feſto Natiuitatis Deiparæ Beata Beneuenuta Dominicana, ſe ad id celebrandum præparabat vigilijs, ieiunijs & precibus, contendens à Deo impetrare dignaretur ſibi oſtendere Deiparā inter brachia S. Annæ, & quemadmodum ab ea lactaretur & educaretur. Neque fruſtra fuſæ preces, nā nocte ipſa natiuitatis, Angeli Gabriel & Raphael id ei indicarunt, ſimulq; docuerūt quemadmodū tantum donū ei erat recipiendum. Quibus digreſſis ſtatim cōparuit B. Anna Deiparā brachijs cōplectēs, quæ brachiola ſua ad noſtrā virginem extendens, præ ſe ferebat *De mulierib. illuſtribus ordinis.*

Digitized by Google

velle ſe eius complexibus ſtringi. Tũ ipſa (prout docta fuerat ab Angelis) ſeſe in terram demittit præ humilitate, & paulatim vultũ erigens ſanctiſſimã puellã de manu B. Annæ accipit, & incredibili animi voluptate eã hora integra retinet. Qua exacta petenti matri eam reſtituit.

Ad 14. Septembris in fine, Adde.

8. Hodie Deiparæ ope præſentiſſimo mortis diſcrimine liberatur inſignis eques Luſitanus Fuaſius Roupinius. Res ſic habet.

Vaſconcellus.

A primis Luſitaniæ cunabulis nobile eſt delubr. Virginis cui nomẽ à Nazareth iuxta oppidũ quod à ſilicibus Pederneira dicitur. Ædes ſacra aſſurgit prope ſilicẽ quã mare infra tundit pyramidali ſpecie cuſpidatã & in oceanũ procurrentẽ tã vaſto proſpectu vt oculos deijcientiũ aſpectus vacillet. In illius ſilicis anguſti mucronem & mari imminẽtẽ venatio induxit ſupradict. Roupinium, cũ effuſis habenis ceruum conſectaretur, & præ nebula & caligine periculi magnitudinẽ non agnoſceret, niſi cum ſe illò compulſum vidit, vnde primo gradu eſſet in pontũ præcipitandus. Ergo cũ nec poſſet frena premere, nec equũ retrò conuertere B.V.M. petitis ex imo corde precibus inclamans illius imaginẽ à tergo videt, cuius præſentia & alicuius Angeli (vt fas eſt credere) opera, equus in eodem veſtigio ſubſtitit, ſoliſque nixus pedibus ſe à ſilicis cuſpide in interiorem partem ſaltu influxit, ferrei calceamenti ſigna ſaxo imprimens, quæ hodie religioſè tanguntur à reptantibus & vix audentibus inde oculos in fluctus infernè oblatrantes demittere. In eodẽ ſiliceto, crux ſuſpicitur nullo humano artificio

cio perfectè elaborata. Porro templũ illud Virginis vocatur à Nazareth quia ab illius vrbis nomine in Galilæa tranſlata eſt eò, imago Deiparæ quæ plurimis floruit miraculis, q̃ua de re fuſius Vaſconcellus in deſcriptione regni Luſitaniæ.

Ad 30. Sept. in fine numeri primi, Adde.

Idẽ exiſtens prorex Cathalauniæ B.V.M. coronã recitabat quotidie, adhibita profunda meditatione myſteriorũ quæ ea continentur, quibus in ſingulis tria præſtabat. Primum gratias agebat pro ſingulari beneficio quod ei Deus in eo myſterio præſtabat, ſecundum ſe ipſe confundebat quod ex eo myſterio tã parum emolumenti ſpiritualis percepiſſet. Tertium à Deo petebat eam gratiam quæ cuique myſterio congruebat.

Ad 18. Octobris in fine, Adde.

6. Vita exit P. Gaſpar Barzeus Societatis Iesv.

Hic adoleſcentem ad extrema tendentem ſacro de B.V.M. dicto incolumitati reſtituit, & lumen alteri oculorum qui iam penè excauatus putruerat, reddidit. Idem ne quicquam frementibus Saracenis crucem bene magnam in vertice cuiuſdam eorum meſquitæ (ita vocant ſacras ſuas ædes) fixit, contra quem ne mutire quidem auſi ſunt, imo eam ædem Gaſpari reliquere, qui expiatam, Virgini Mariæ victrici, à monte cognominatæ dedicauit, & pium hominem pœnitentiam agentem ibi collocauit. *Nicol. Trigantius.*

Ad

extorſit, vt ipſi cæderet vel inuitus. Tum verò mus ingreſſus lumen extinxit. Experrectus itaq; videt ſe ſine lumine. Gemens appellat dulciſſimū nomen matris Dei, moxque cernit ſibi lumen cœlitus reſtitutum.

Ad 24. Nouembris, Adde.

Miſerè moritur blaſphemans B.V.M. Res ſic habet: Dominus Nicimera cum ſorore ſua Domina Rozimirba corpus matris ſuæ hereticæ in tēplū Catholicū, quod ipſorum eſt iuris patronatus, Reuerēdiſſimo inſcio, parocho vero reclamāte & contradicente introduxerunt, ibique in capella cadauer depoſuerunt ac humauerunt: Erāt ibi tunc duo miniſtri Lutherani ex quibus vnus ſexagenarius magnæ apud hæreticos reputationis, cū circa funus concionē haberet, vehementer in Imagines ſanctorum, maxime vero in effigiem BB. V. Geſtochouienſis inuehebatur, eamq; blaſphemabat, ridebat. In eum poſtea, cum è templo egreſſus eſſet, ac medius inter alios ſecurus incederet ſex equi Domini Sadoroski Catholici viri, qui tunc currui iuncti aurigis etiam inſidentibus, non longe à templo ſtabant, cū maximo impetu, & ferocia, cucurrerunt, eumq; ſummo cum fremitu miſerrime dilaniauerunt nec prius niſi mortuum dimiſerunt. Conabantur quidē Aurigæ, & omnes circumſtantes iuuare ſed nulla ratione impetum & ferociam equorum cohibere ac fræuare poterant. Qui vbi opus ſuū (Diuina voluntate ſic permittente) perfecerunt, quieti nemine alio læſo, ac ſi nihil impetuosè feciſſent cum ſuo curru conſtiterunt. Et licet Deus omnipotens ſtatim

ſtatim vltus ſit ſuam iniuriam Reuerendiſſimus tamen pro ſuo officio Epiſcopali violationē Eccleſiæ illius intermittere non vult; Acturuſq; eſt de ea ſuo loco & tempore.

Hæc anno 1606. contigere in Polonia in villa Gorchij. Excepta ex litteris Archiduciſſæ Mariæ matris Reginæ Poloniæ.

Ad 27. Nouembris in fine, Adde.

In Gallia ciuitate Regienſi natale S. Maximi Epiſcopi.

Hic cum ad ciuitatem Teruanam perueniſſet & vlterius abiret Vimam, ibi voce cœleſti iuſſus eſt manere. Quare oratorio conſtructo in honorē Dei genitricis & S. Andreæ, octo annis & menſibus tribus ibi conuerſatus eſt, tandemq; ibidē plenus virtutibus & miraculis ſpiritū Deo reddidit. *Molanus.*

Ad 2. Decembris n. 2. ante verbū tandem *in fine. Adde.*

Meliapore mercator erga S. Xauerium maximè pius volens nauigare Malacam, ſalutauit illū in digreſſu, petijtque inſtanter aliquid ſeruandæ illius memoriæ cauſa Xauerius detractam è collo precariam coronam ei dedit, promittens quod quamdiu apud ſe eam haberet, non eſſet in mari periturus. Quod ita euenit. Nā nauis in qua erat perijt & ipſe cū aliquot vectoribus deſiliēs in tabulata quæ ex lignis raptim cōpoſuerant, in alto mari alienato à sēſibus animo extaſim eſt paſſus, in qua ſibi videbatur videre Xaueriū & cum eo colloqui eodē loco quo ab eo acceperat coronā. *Ex relatione pro Canonizat.*

Demum

Demum quinto poſt die ex quo deſilijt in ea tabulata, ab extaſi velut à ſomno experrectus repentè ſe vidit in littore Nogapataui propè Melaporem ſaluum, à qua longiſſimè aberat, & ereptũ à fluctibus, mari abſumptis cæteris omnibus qui cum eo in tabulata deſilierant. Idẽ Xauerius initio conuerſionis cum ſocijs Lutetia Venetias tẽdens ad S. Ignatium, B. V. M. coronam, catholicæ religionis inter hæreticos indicem, è collo ſuſpenſam præferebat.

Iterum ad 2. Decembris poſt n. 3. completum, Adde.

Auctarium ad Molan. 4. In viridis vallis cœnobio Canonicorum regularium S. Auguſtini obijt B. Ioannes Ruſbrollius.

Hic Chriſti B. V. M. & aliorum ſanctorum præſentia frui meruit. Fertur ad eum dixiſſe Chriſtus: Tu es filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, & amplexus eum ait matri, & choris aſtantibus: Ecce puer meus electus.

Ad 9. Decembris in fine, Adde.

4. Anno 1456. ſuperis iungitur B. Gabriel Anconitanus Minorita.

Chronic. Minor. l. 4. c. 22. Hunc frequentiſſimè viſitauit Deipara cuius erat perſtudioſus. Nullum huic exercitium nulla occupatio ſapiebat magis quam meditari, loqui, prædicare ſanctitatem Reginæ Angelorum, cuius etiam meritis & precibus plurima exorauit adeo. Miraculis claruit viuus & mortuus.

Ad

Ad eundem 9. Decembris, Adde conſequenter.

5. Vita exit Alphonſus 1. Luſitaniæ Rex anno 1185.

Hic prima ab infantia, non vulgaria Dei ac Deiparæ in ſe beneficia expertus, optimo præſagio fore vt tota eius poſteritas diuino ac Virgineo honori in totum orbem propagando militaret. Nam cum infans obleſis cruribus fœdèque diſtortis in lucem prodiret, & pedum alter alteri ad calces indiſcretè cohæreret, ita vt de eius vita, aut certè de eius ad res bellicas virtute actum ab omnibus putaretur. Eius pedagogus Egas Moniſius tam multis precibus cumulauit ædem magnæ matris ad Carquere vt appellant, vt tandem exoraret, & alumno ſuo ſanitatem regnoque vniuerſo lætitiam ſingularem aſſequeretur. Porro Moniſius Deiparam orans, in ſomnis vidit ſe ab ea admoneri vt eò puerũ duceret fore vt egeſtis ruderibus in templum incurreretur ſibi quondã dicatum, & in ſignum ſuo nomini ſacrum. Proinde omnia religioſo cultu apparet, vigilijſque ritè obitis puerum aris imponat. Addunt annales diligentem pueri inſtitutionem à Virgine Moniſio mandatam, quẽ, & poſteros, Chriſtus ad magnum ſui nominis decus, & perfidiæ vaſtitatem deſtinaſſet. Ad vnguem omnia exequutus Moniſius puerum in ara ſolutis pedibus geſticulantem reperit. Inde hauſit Alphonſus ſibi ſuiſque fore ſemper pro aris depugnandum, & Henricus pater pietatem erga Virginem matrem altè medullis impreſſit, eoque loco ſub Virginis tutela & nomenclatione regularibus canonicis cœnobium *Vaſconcellus.*

extruxit

extruxit quod temporis flexu Conimbricenſi Societatis IESV acceſſit.

Ad 23. Decembris poſt vltima verba, Adde.

Chronic. ordinis p.4.l.8.

2. Valentiæ in Hiſpania anno 1583. ſuperis iungitur Frater Petrus Nicolaus Minorita.

Hic ſingulari amore B.V.M. complectebatur, eius imagines magno numero pingebat, quibus vt & alijs ante pictis ſubijciebat hanc precatiunculam.

Aue filia Dei patris,
Aue mater Dei filia,
Aue ſponſa ſpiritus ſancti,
Aue templum totius Trinitatis.

Nouitios cohortabatur ad cultum Deiparæ, negans eum poſſe triſtem exitum habere in religione qui ei addictus eſſet.

Ferunt iconem B.V. bis ei locutam. Fertur etiam eandem Deiparam ei dediſſe complexandum & oſculandum filium ſuum. Eadem multis ſtipata Angelis viſa eſt ſtare ſuper caput concionantis maximo micans lumine. Plurimis fulſit miraculis, & pro impetranda eius canonizatione ſcripſit ad Sixtum 5. Philippus 2. Hiſpaniarum Rex.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM praecipuarum.

A.

ADulteros ſuo palatio pellit Balduinus Flandriæ comes, facta proclamatione bis in hebdomada. Maij 16. n. 3.

Agnetis de monte Politiano affectus in Virginem. 20. Apr. nu. 5. Mortua oculos aperuit & aſpexit Carol. 4. Imperatorem qui eius corpus videre volebat. Ibidem.

Alberti Auſtrij Belgarum Principis munificentia in Deiparam. 13. Iulij.

Alberti magni obſequia in Virginem &c. 15. Nouemb.

Alphonſus Luſit. quomodo à V. M. curatus. Append. ad 9. Decembris.

Alphonſi Rodriguez cultus Virginis 31. Octob.

Andreas Chienſis variè torquetur per multos dies, & à Deipara ſanatur 20. Maij n. 1.

Andronici iunioris cultus Virginis 15. Iunij.

Andronici ſenioris in B. M. V. pietas 12. Febr.

Febr. nu. 2. Eius iconem moriturus in os inſeruit & quare. Ibid.

Angeli ad dirimendam litem inter clerum & Carmelitas auditi canere introitum Miſſæ. Os iuſti meditabitur &c 7. Auguſt.

Angeli cuſtodis mira familiaritas cum Ioanne Carrera Societatis Jeſu. 7. Ianu. n. 2.

Annulus deſponſationis Deiparæ vbi ſeruetur & ad eum miracula 22. Ianu. n. 2.

Annulus ex SS. V. M. crinibus 8. Septemb. num. 5.

Annulum quidam imponit digito iconis B. M. V. & cur. Iulij 23. n. 1. in fine.

Antiphona Fœlix namque es ſacra V. M. *&c. audita cani ab Angelis 14. Auguſti n. 3.*

Aqua in vinum verſa. 6. Januarij num. 2. & 3.

Aquas quidam traycit ſuper cappam ſuam ſedens 15. Auguſti n. 8.

Aquis ſe committit S. Raymundus ſuper pallio ſuo ſigno crucis munitus & 6. horis 160. miliaria conficit. Ianu. 6. n. 11.

Arnulphi Ciſtercienſis amor in Virg. & quæ ab eo beneſacta recepit 30. Junij.

Aurifabri Pariſienſes quid 1. Maij Deiparæ offerant. 1. Maij. n. 1.

B.

B*Altazaris Aluarez Societatis Ieſu cultus Virginis. 25. Iulij n. 3. Mira in eo oculorum cuſtodia. Ibid.*

Barenij

Baronij affectus in Virginem. 30. Iunij.

Bellarmini Cardinalis cultus Virgineus. 17. Septemb.

Bernardini Senenſis affectus in Deiparam, & huius in illum. 20. Maij.

Blaſphemantes Virg. vt adeo puniti 10. Iul. num. 2.

Blaſphemantes V. puniti tum ab hominibus tū à Deo. Iunij. 21. n. 5. &c.

Blaſphemantium Virginem ſupplicium diuinum. in append. ad 21. Iunij & ad 16. Iulij & ad 24. Nouembris.

Blaſphemans V. vt punitus à Deo. 7. Sept.

Bonauenturæ cohortatio ad cult. B. M. V. 14. Iulij.

Bonifacij 8. cultus Virginis. Octob 11.

Brigittæ amor in V. M. & huius viciſſim in illam. 23. Iulij.

C.

Aluini mors miſera. 27. Maij.

Calumniator 7. annis à dæmone poſſidetur. in Appendice ad 18. Iunij.

Campanæ ſponte ſonant. 27. Maij n 1.

Cantic. Magnificat decantabat Maria Ongniacenſis ſub mortem. 23. Iunij n. 2.

Cantico Magnificat nonies recitato quidam perdita recuperat. 19. Octob.

Cantico Salue Regina quidam liberatur à fulmine. In appendice ad 14. Maij, eiuſdem alij fructus ad 4. Auguſt.

& poſitis ſuper altare clauibus, clam ſecuta eſt Clericum, quā cum violaſſet, paulo poſt abiecit. Illa ob paupertatē facta eſt meretrix, & ita mãſit 15. annis. Poſtea die quadam habitu ſeculari ad portam monaſterij venit, petijtq; à ianitore num nouiſſet Beatricē quandā huius oratorij cuſtodē? Noui, inquit, eſtq; ſancta & proba domina, & ſine querela in hoc monaſterio ab infantia cõuerſata. Illa verba hominis notãs, ſed nō intelligens, dum abire parat, mater miſericordiæ in effigie nota ei apparens ait. Ego per 15. annos abſentiæ tuæ officiũ tuũ ſuppleui, redi nũc in locũ tuum, & age pœnitentiã quia nullus nouit exceſſum tuum, nã in forma & habitu eius Deipara vices egerat ſacriſtanæ. Neque ab hac narratione recedit quã habet Chronicon Minoritar. de quadã pia muliere quæ cum ad locum ſubvrbanum more ſuo ſe completorij audiendi cauſa ad Virginis laudē contuliſſet, neque domũ ob vehementem pluuiã & inundationē redire poſſet, ſuppleuit Deipara officia eius domeſtica, & æſtimata ſit à viro eſſe vxor ſua. Quod fuſius proſequitur idē Chronicō.

P. 4. l. 1. c. 24.

Ad 9. Auguſti poſt vltimum verbum, Adde.

Arnoldus ad Molanum.

3. Brugis obitus B. Rayneri Dominicani. Cũ hic in fide eſſet dubius & an Iudæus an gẽtilis fieri deberet, ambigeret, nec fratrũ ſuorũ monitis cæderet, & noctu fugã meditaretur, iamque eſſet in limine portę, obuiauit ei B. V. M. Fluctuaſti, inquit, & veritatem in fide filij mei te dubitas inueniſſe. Noueris certiſſimè Gentiles varijs teneri erroribus, Iudæos Moſis gaudentes vmbris, vero Chriſti haud illuſtrari lumine. His dictis diſparuit,

Digitized by Google

diſparuit, & Raynerum reliquit in fide conſtantem. Obijt ſanctitatis laude illuſtris.

Ad 14. Auguſti n. 8. ante cum frequentiſſimè *Adde.*

Multi id notarunt ac præcipuè P. Emmanuel Sa Theologus in primis ſapiens & præco Euangelicus, & vir optimus, qui cum aliquando comitem eum ducens ad Baſilicam S. Mariæ ad niues interrogaſſet num SS. V. M. diligeret, is humili quodã geſtu atq; ore blandiſſimo reſpõdit: Quid quæris mi Pater, eſt mea mater. Qua voce tali ſenſu, ac modo prolata valde commotus Emmanuel, cũ deinde rẽ P. Generali narraret, aiebat ſibi nequaquam viſam eam hominis vocem.

Iterum ad Auguſti 14. n. 10. poſt vltimum verbum ſtipatus, *Adde.*

11. Anno 1448. vita exit Ioannes 1. Luſitaniæ Rex.

Hic in SS. Chriſti matrem ex æquo cum filio, proclinabat, cuius preces horarias ſingulis diebus percurrens id penſum identidem alijs ſuadebat. Tria molitus eſt templa in eius gloriam: Illud Bataliæ de quo ſupra, cui à victoria; aliud Olyſipone cui ab ſcala; Tertium Guimarauij cui eſt cognomentum ab oliua, quod ea arbor aditorum parietibus & fornici innaſcens piè ſuſpicitur. Hoc templum in quod mirificè afficiebatur bis pedes Rex adijt ab Olyſipone, vbi primum Caſtellanos ad Algibarotam profligauit, illuc ſe contulit, tantumque argenti repo- *Vaſconcellus.*

Digitized by Google

ſuit quantum cataphractum ipſius corpus ponderoſum erat. Ibidem dicata hodie viſitur haſta qua in prælio metuendus fuerat, ſimul cum chlamyde militari. Multa quoque obtulit toreumata, vltra centies octuagies ſeſtertiûm æſtimata. Nobile illud eſt templum & reditibus & miniſtris ad ſacra ſuccenturiatis. Antiſtitis portio ducenties ſeſtertiûm magna eſt; reliquorum reditus qui sũt duo & triginta, in ſingulos ad dena octona ſeſtertia aſſurgit. A ſummis Pontificibus & Regibus plures immunitates huic templo conceſſæ. Liber mercatus totos 15. dies propè illud exercetur per ferias Aſſumptę in cælum Virginis, quod feſtum præ cœteris inſigni pietate obſeruabat, in cuius peruigilio ſingularium fuerat beneficiorum compos factus. Hac enim die Ioannem Caſtellan. fudit; hac in Africam ſoluit ad Sextam expugnandam, hac in cælum vt par eſt credere, demigrauit.

Ad 15. Auguſti poſt num. 33. Adde.

34. Inauguratur Rex Luſitaniæ Eduardus primus.

Vaſconcellus. Hic celeberrimum Aſſumptæ in cælum Virginis Deiparæ diem ſibi delegit vt Regem ſe priſcorum Regum ritu inauguratum publicę populorum voces renuntiarent, idque contra Mathematicorum placita qui triſtes Eduardo annos ſyderum obſeruatione affirmabant, niſi inſtituta auſpicijs ſolemnia proximum in diem prorogarentur. Ea demum die Eduardus rem animosè confecit vt ſuas ſpes & opes in B. V. præſidio non in fallaci ſyderum obſeruatione ſitas eſſe ſignificaret:

ficaret; maximè ne Mathematicorum principem Hebræi generis hominem curare potius quã Virginis patrocinia videretur. Peracta res eſt fauſta & communi omnium proclamatione, tãtuſque princeps ſpem nobilis fortunæ regno excitabat & alebat.

Ad 23. Auguſti in fine, Adde.

6. Anno 1596. in Domino moritur Angelus de Paz Minorita. *Chronic. t.4.l.10.*

Hic ſingulariter Deiparam colebat aiebatque per eam fluere omnia Dei dona, ſicut per collũ, cibi omnes qui in ſtomachum deferuntur. Cum ei Sixtus quintus iuſsiſſet vt ſcriberet Commentarium in quatuor Euangeliſtas, apparuit ei B. V. M. cohortans eum vt ei commentationi initium daret.

Ad 8. Septembris poſt vltima verba numeri 14. Adde.

15. Inſtante feſto Natiuitatis Deiparæ Beata Beneuenuta Dominicana, ſe ad id celebrandum præparabat vigilijs, ieiunijs & precibus, contendens à Deo impetrare dignaretur ſibi oſtendere Deiparã inter brachia S. Annæ, & quemadmodum ab ea lactaretur & educaretur. Neque fruſtra fuſæ preces, nã nocte ipſa natiuitatis, Angeli Gabriel & Raphael id ei indicarunt, ſimulq; docuerũt quemadmodũ tantum donũ ei erat recipiendum. Quibus digreſſis ſtatim cõparuit B. Anna Deiparã brachijs cõplectẽs, quæ brachiola ſua ad noſtrã virginem extendens, præ ſe ferebat *De mulierib. illuſtribus ordinis.*

velle ſe eius complexibus ſtringi. Tū ipſa (prout docta fuerat ab Angelis) ſeſe in terram demittit præ humilitate, & paulatim vultū erigens ſanctiſſimā puellā de manu B. Annæ accipit, & incredibili animi voluptate eā hora integra retinet. Qua exacta petenti matri eam reſtituit.

Ad 14. Septembris in fine, Adde.

8. Hodie Deiparæ ope præſentiſſimo mortis diſcrimine liberatur inſignis eques Luſitanus Fuaſius Roupinius. Res ſic habet. *Vaſconcellus.*

A primis Luſitaniæ cunabulis nobile eſt delubr. Virginis cui nomē à Nazareth iuxta oppidū quod à ſilicibus Pederneira dicitur. Ædes ſacra aſſurgit prope ſilicē quā mare infra tundit pyramidali ſpecie cuſpidatā & in oceanū procurrentē tā vaſto proſpectu vt oculos deijcientiū aſpectus vacillet. In illius ſilicis anguſti mucronem & mari imminētē venatio induxit ſupradict. Roupinium, cū effuſis habenis ceruum conſectaretur, & præ nebula & caligine periculi magnitudinē non agnoſceret, niſi cum ſe illò compulſum vidit, vnde primo gradu eſſet in pontū præcipitandus. Ergo cū nec poſſet frena premere, nec equū retrò conuertere B.V.M. petitis ex imo corde precibus inclamans illius imaginē à tergo videt, cuius præſentia & alicuius Angeli (vt fas eſt credere) opera, equus in eodem veſtigio ſubſtitit, ſoliſque nixus pedibus ſe à ſilicis cuſpide in interiorem partem ſaltu influxit, ferrei calceamenti ſigna ſaxo imprimens, quæ hodie religioſè tanguntur à reptantibus & vix audentibus inde oculos in fluctus infernè oblatrantes demittere. In eodē ſiliceto, crux ſuſpicitur nullo humano artificio

cio perfectè elaborata. Porro templũ illud Virginis vocatur à Nazareth quia ab illius vrbis nomine in Galilæa tranſlata eſt eò, imago Deiparæ quæ plurimis floruit miraculis, qua de re fuſius Valſoncellus in deſcriptione regni Luſitaniæ.

Ad 30. Sept. in fine numeri primi, Adde.

Idẽ exiſtens prorex Cathalauniæ B.V.M. coronã recitabat quotidie, adhibita profunda meditatione myſteriorũ quæ ea continentur, quibus in ſingulis tria præſtabat. Primum gratias agebat pro ſingulari beneficio quod ei Deus in eo myſterio præſtabat, ſecundum ſe ipſe confundebat quod ex eo myſterio tã parum emolumenti ſpiritualis percepiſſet. Tertium à Deo petebat eam gratiam quæ cuique myſterio congruebat.

Ad 18. Octobris in fine, Adde.

6. Vita exit P. Gaſpar Barzeus Societatis IESV.

Hic adoleſcentem ad extrema tendentem ſacro de B.V.M. dicto incolumitati reſtituit, & lumen alteri oculorum qui iam penè excauatus putruerat, reddidit. Idem ne quicquam frementibus Saracenis crucem bene magnam in vertice cuiuſdam eorum meſquitæ (ita vocant ſacras ſuas ædes) fixit, contra quem ne mutire quidem auſi ſunt, imo eam ædem Gaſpari reliquere, qui expiatam, Virgini Mariæ victrici, à monte cognominatæ dedicauit, & pium hominem pœnitentiam agentem ibi collocauit. *Nicol. Trigantius.*

Ad

Ad 19. Oct. n. 4. paulò ante finem poſt verba ad collum appendebat, *Adde.*

Chronic. Poſtquam ex Indijs reuertiſſet, cuidam dedit ſuum iſtud roſarium, monens vt illud magno in pretio haberet, cum eius ope in Indijs ægros multos ſanaſſet, peccatores conuertiſſet ac mortuos ſuſcitaſſet.

Ad 8. Nouembris in fine Adde.

4. Natale B. Iacobi Anconitani Minoritæ.

Chronic. p.3.l.6. Cum hic pro concione vehementius inuectus eſſet in luxuriam, ita vt tota cōcio permota eſſet, accidit vt quidam luxurioſus arbitrans ea pro ſe ſolo dicta, ſtatueret illi mortem inferre. Itaque illum operitur vno à ciuitate lapide prope ſacellum quoddam B. V. M. in quo erat eius imago depicta. Et dum arma ſua parat vt eum improuiſè adoriatur, dicta imago quaſi vixiſſet, viſa eſt ab illo, toruo vultu & ſubirato in eum oculos iacere, cum hac inſuper voce. Quid hic agis hominum nequiſsime? Vis forte necare clientulum meum? Quibus ita miſer ille perculſus eſt vt in terram corruerit. Quo tempore B. Iacobus tranſijt, neque ab eo viſus eſt. Sequenti vero die mane hic inuentus eſt inſtar mortui iacere in ſacello abſque ſenſu. Sed tamen poſt tres menſes conualuit, veniamque à B. Iacobo, rem totam confeſſus, petijt. Idem cum ob varias corporis afflictiones (quolibet enim anno ſeptem ieiunabat quadrageſimas, & quotidie ſe flagellabat) fluxu ſanguinis laboraſſet annis 9. qui in hecticā incurabilem tranſijt, petijt Miſſam celebrans à

SS.Dei-

Digitized by Google

SS. Deipara ſanitatem corporis me à concionãdo deſiſtere cogeretur (concionatus eſt autem annos 40. cum incredibili fructu). Illa poſt cõſecrationem ei apparuit dicens vt aliquid aliud à ſe poſtularet, corporis enim valetudo iam ei cõceſſa eſt. Itaque omni morbo repentè liberatus eſt. Alias cum grauiſsima carnis tentatione vexaretur (non obſtante eius vitę auſteritate in vigilijs ieiunijs, precibus, afflictione corporis & induſio ferreo quod plures annos ad carnem nudam geſtauit) adijt ad B.V.M. Lauretanam, vbi inter ſacrificandum enixè rogauit eam vt ſe à moleſtiſsima iſta tentatione liberaret. Quæ ei apparuit hiſque verbis eum affata eſt. Bono eſto animo fili & Deo gratias age, futurum eſt enim vt breui omni moleſtia libereris & vitæ bene actæ præmium recipias. Plurimis autẽ claruit miraculis & viuus & mortuus, coliturque vt ſanctus Neapoli vbi vita functus eſt.

Ad 11. Nouembris in fine, Adde.

5. Anno 1154. naſcitur Conimbricæ Sanctius 1. Luſitaniæ Rex 2.

Hic Mahometanos Deiparæ hoſtes implacabiles frequenter vicit. Illud fuit cum ijs toto orbe celeberrimum prælium, & de ijs victoria iuxta Hiſpalim in Boetica, quando tam numeroſa Mahometanorum cœſa eſt multitudo vt Boetis fluminis aquæ Saraceno ſanguine rubrefactæ permagno continenter ſpatio deuoluerentur. *Vaſconcellus.*

Ad 16. Nouembris poſt vltimum verbum, Adde.

Quodam tempore lucernã, lectitanti ſomnus extor-

extorſit, vt ipſi cæderet vel inuitus. Tum verò mus ingreſſus lumen extinxit. Experrectus itaq; videt ſe ſine lumine. Gemens appellat dulciſſimū nomen matris Dei, moxque cernit ſibi lumen cœlitus reſtitutum.

Ad 24. Nouembris, Adde.

Miſerè moritur blaſphemans B.V.M. Res ſic habet: Dominus Nicimera cum ſorore ſua Domina Rozimirba corpus matris ſuæ hereticæ in tēplū Catholicū, quod ipſorum eſt iuris patronatus, Reuerēdiſſimo inſcio, parocho vero reclamāte & contradicente introduxerunt, ibique in capella cadauer depoſuerunt ac humauerunt: Erāt ibi tunc duo miniſtri Lutherani ex quibus vnus ſexagenarius magnæ apud hæreticos reputationis, cū circa funus concionē haberet, vehementer in Imagines ſanctorum, maxime vero in effigiem BB. V. Geſtochouienſis inuehebatur, eamq; blaſphemabat, ridebat. In eum poſtea, cum è templo egreſſus eſſet, ac medius inter alios ſecurus incederet ſex equi Domini Sadoroski Catholici viri, qui tunc currui iuncti aurigis etiam inſidentibus, non longe à templo ſtabant, cū maximo impetu, & ferocia, cucurrerunt, eumq; ſummo cum fremitu miſerrime dilaniauerunt nec prius niſi mortuum dimiſerunt. Conabantur quidē Aurigæ, & omnes circumſtantes iuuare ſed nulla ratione impetum & ferociam equorum cohibere ac frænare poterant. Qui vbi opus ſuū (Diuina voluntate ſic permittente) perfecerunt, quieti nemine alio læſo, ac ſi nihil impetuosè feciſſent cum ſuo curru conſtiterunt. Et licet Deus omnipotens

ſtatim

ſtatim vltus ſit ſuam iniuriam Reuerendiſſimus tamen pro ſuo officio Epiſcopali violationẽ Eccleſiæ illius intermittere non vult; Acturuſq; eſt de ea ſuo loco & tempore.

Hæc anno 1606. contigere in Polonia in villa Gorchij. Excepta ex litteris Archiduciſſæ Mariæ matris Reginæ Poloniæ.

Ad 27. Nouembris in fine, Adde.

In Gallia ciuitate Regienſi natale S. Maximi Epiſcopi.

Hic cum ad ciuitatem Teruanam perueniſſet & vlterius abiret Vimam, ibi voce cœleſti iuſſus eſt manere. Quare oratorio conſtructo in honorẽ Dei genitricis & S. Andreæ, octo annis & menſibus tribus ibi conuerſatus eſt, tandemq; ibidẽ plenus virtutibus & miraculis ſpiritũ Deo reddidit. *Molanus*

Ad 2. Decembris n. 2. ante verbũ tandem *in fine. Adde.*

Meliapore mercator erga S. Xauerium maximè pius volens nauigare Malacam, ſalutauit illũ in digreſſu, petijtque inſtanter aliquid ſeruandæ illius memoriæ cauſa Xauerius detractam è collo precariam coronam ei dedit, promittens quod quamdiu apud ſe eam haberet, non eſſet in mari periturus. Quod ita euenit. Nã nauis in qua erat perijt & ipſe cũ aliquot vectoribus deſiliẽs in tabulata quæ ex lignis raptim cõpoſuerant, in alto mari alienato à ſẽſibus animo extaſim eſt paſſus, in qua ſibi videbatur videre Xaueriũ & cum eo colloqui eodẽ loco quo ab eo acceperat coronã. *Ex relatione pro Canonizat.*

Demum

Demum quinto poſt die ex quo deſilijt in ea tabulata, ab extaſi velut à ſomno experrectus repentè ſe vidit in littore Nogapataui propè Melaporem ſaluum, à qua longiſſimè aberat, & ereptũ à fluctibus, mari abſumptis cæteris omnibus qui cum eo in tabulata deſilierant. Idẽ Xauerius initio conuerſionis cum ſocijs Lutetia Venetias tẽdens ad S. Ignatium, B. V. M. coronam, catholicæ religionis inter hæreticos indicem, è collo ſuſpenſam præferebat.

Iterum ad 2. Decembris poſt n. 3. completum, Adde.

Auctarium ad Molan.

4. In viridis vallis cœnobio Canonicorum regularium S. Auguſtini obijt B. Ioannes Ruſbrollius.

Hic Chriſti B. V. M. & aliorum ſanctorum præſentia frui meruit. Fertur ad eum dixiſſe Chriſtus: Tu es filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, & amplexus eum ait matri, & choris aſtantibus: Ecce puer meus electus.

Ad 9. Decembris in fine, Adde.

4. Anno 1456. ſuperis iungitur B. Gabriel Anconitanus Minorita.

Chronic. Minor. l. 4. c. 22.

Hunc frequentiſſimè viſitauit Deipara cuius erat perſtudioſus. Nullum huic exercitium nulla occupatio ſapiebat magis quam meditari, loqui, prædicare ſanctitatem Reginæ Angelorum, cuius etiam meritis & precibus plurima exorauit à deo. Miraculis claruit viuus & mortuus.

Ad

Ad eundem 9. Decembris, Adde conſequenter.

5. Vita exit Alphonſus 1. Luſitaniæ Rex anno 1185.

Hic prima ab infantia, non vulgaria Dei ac Deiparæ in ſe beneficia expertus, optimo præſagio fore vt tota eius poſteritas diuino ac Virgineo honori in totum orbem propagando militaret. Nam cum infans obleſis cruribus fœdèque diſtortis in lucem prodiret, & pedum alter alteri ad calces indiſcretè cohæreret, ita vt de eius vita, aut certè de eius ad res bellicas virtute actum ab omnibus putaretur. Eius pedagogus Egas Moniſius tam multis precibus cumulauit ædem magnæ matris ad Carquere vt appellant, vt tandem exoraret, & alumno ſuo ſanitatem regnoque vniuerſo lætitiam ſingularem aſſequeretur. Porro Moniſius Deiparam orans, in ſomnis vidit ſe ab ea admoneri vt eò puerũ duceret fore vt egeſtis ruderibus in templum incurreretur ſibi quondã dicatum, & in ſignum ſuo nomini ſacrum. Proinde omnia religioſo cultu apparet, vigilijſque rite obitis puerum aris imponat. Addunt annales diligentem pueri inſtitutionem à Virgine Moniſio mandatam, quē, & poſteros, Chriſtus ad magnum ſui nominis decus, & perfidiæ vaſtitatem deſtinaſſet. Ad vnguem omnia exequutus Moniſius puerum in ara ſolutis pedibus geſticulantem reperit. Inde hauſit Alphonſus ſibi ſuiſque fore ſemper pro aris depugnandum, & Henricus pater pietatem erga Virginem matrem altè medullis impreſſit, eoque loco ſub Virginis tutela & nomenclatione regularibus canonicis cœnobium *Vaſconcellus.*

extruxit

extruxit quod temporis flexu Conimbricenſi Societatis I E S V acceſſit.

Ad 23. Decembris poſt vltima verba, Adde.

Chronic. ordinis p.4.l.8.

2. Valentiæ in Hiſpania anno 1583. ſuperis iungitur Frater Petrus Nicolaus Minorita.

Hic ſingulari amore B.V.M. complectebatur, eius imagines magno numero pingebat, quibus vt & alijs ante pictis ſubijciebat hanc precatiunculam.

Aue filia Dei patris,
Aue mater Dei filia,
Aue ſponſa ſpiritus ſancti,
Aue templum totius Trinitatis.

Nouitios cohortabatur ad cultum Deiparæ, negans eum poſſe triſtem exitum habere in religione qui ei addictus eſſet.

Ferunt iconem B. V. bis ei locutam. Fertur etiam eandem Deiparam ei dediſſe complexandum & oſculandum filium ſuum. Eadem multis ſtipata Angelis viſa eſt ſtare ſuper caput concionantis maximo micans lumine. Plurimis fulſit miraculis, & pro impetranda eius canonizatione ſcripſit ad Sixtum 5. Philippus 2. Hiſpaniarum Rex.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM præcipuarum.

A.

ADulteros ſuo palatio pellit Balduinus Flandriæ comes, facta proclamatione bis in hebdomada. Maij 16. n. 3.

Agnetis de monte Politiano affectus in Virginem. 20. Apr. nu. 5. Mortua oculos aperuit & aſpexit Carol. 4. Imperatorem qui eius corpus videre volebat. Ibidem.

Alberti Auſtrij Belgarum Principis munificentia in Deiparam. 13. Iulij.

Alberti magni obſequia in Virginem &c. 15. Nouemb.

Alphonſus Luſit. quomodo à V. M. curatus. Append. ad 9. Decembris.

Alphonſi Rodriguez cultus Virginis 31. Octob.

Andreas Chienſis variè torquetur per multos dies, & à Deipara ſanatur 20. Maij n. 1.

Andronici iunioris cultus Virginis 15. Iunij

Andronici ſenioris in B. M. V. pietas 12. Febr.

* –

Febr. nu. 2. Eius iconem moriturus in os inſeruit & quare. Ibid.

Angeli ad dirimendam litem inter clerum & Carmelitas auditi canere introitum Miſſæ. Os iuſti meditabitur &c 7. Auguſt.

Angeli cuſtodis mira familiaritas cum Ioanne Carrera Societatis Jeſu. 7. Ianu. n. 2.

Annulus deſponſationis Deiparæ vbi ſeruetur & ad eum miracula 22. Ianu. n. 2.

Annulus ex SS. V. M. crinibus 8. Septemb. num. 5.

Annulum quidam imponit digito iconis B. M. V. & cur. Iulij 23. n. 1. in fine.

Antiphona Fœlix namque es ſacra V. M. *&c. audita cani ab Angelis 14. Auguſti n. 3.*

Aqua in vinum verſa. 6. Januarij num. 2. & 3.

Aquas quidam traijcit ſuper cappam ſuam ſedens 15. Auguſti n. 8.

Aquis ſe committit S. Raymundus ſuper pallio ſuo ſigno crucis munitus & 6. horis 160. miliaria conficit. Ianu. 6. n. 11.

Arnulphi Ciſtercienſis amor in Virg. & quæ ab eo beneſacta recepit 30. Junij.

Aurifabri Pariſienſes quid 1. Maij Deiparæ offerant. 1. *Maij. n.* 1.

B.

BAltazaris Aluarez Societatis Ieſu cultus Virginis. 25. Iulij n. 3. Mira in eo oculorum cuſtodia. Ibid.

Barenij

Baronij affectus in Virginem. 30. *Iunij.*
Bellarmini Cardinalis cultus Virgineus. 17. *Septemb.*
Bernardini Senenſis affectus in Deiparam, & huius in illum. 20. *Maij.*
Blaſphemantes Virg. vt adeo puniti 10. *Iul. num.* 2.
Blaſphemantes V. puniti tum ab hominibus tū à Deo. Iunij. 21. *n.* 5. *&c.*
Blaſphemantium Virginem ſupplicium diuinum. in append. ad 21. *Iunij & ad* 16. *Iulij & ad* 24. *Nouembris.*
Blaſphemans V. vt punitus à Deo. 7. *Sept.*
Bonauenturæ cohortatio ad cult. B. M. V. 14. *Iulij.*
Bonifacij 8. *cultus Virginis. Octob* 11.
Brigittæ amor in V. M. & huius viciſſim in illam. 23. *Iulij.*

C.

CAluini mors miſera. 27. *Maij.*
Calumniator 7. *annis à dæmone poſſidetur. in Appendice ad* 18. *Iunij.*
Campanæ ſponte ſonant. 27. *Maij n* 1.
Cantic. Magnificat decantabat Maria Ogniacenſis ſub mortem. 23. *Iunij n.* 2.
Cantico Magnificat nouies recitato quidam perdita recuperat. 19. *Octob.*
Cantico Salue Regina quidam liberatur à fulmine. In appendice ad 14. *Maij, eiuſdem alij fructus ad* 4. *Auguſt.*

Caput S. Nicaſij à corpore exectum loquitur. 14. Decemb.

Carolus Audax cultor Virginis 5. Ianu. num. 4.

Caroli Borromæi promptitudo ad ſalutationem Angelicam recitandam ſtupenda.

Caroli filij S. Brigittæ mirus amor in B. V. M. 12. Martij n. 8.

Caroli 5. Galliæ Regis pietas in V. Mariam 16. Sept. 2.

Caroli 5. Imperatoris amor in V. 21. Sept.

Caroli magni in Dei parentem ſtudium 28. Ianu. n. 2.

Caſtitatis amore quædam ſibi naſum & labra præcidit. 24. Decemb.

Caſtitatis donum cuidam confertur à Deipara. 1. Nou. n. 6.

Caſtitatis mirus amor in S. Margareta Hũgara Ianu. 28. n. 5. & in Ethelreda Regina. 23. Iunij n. 4. & in Caſimiro 4. Martij.

Caſulam & oleum ſacrum ad Regum vnctionem accipit à Deipara S. Thomas Cantuarienſis. 29. Dec.

Catharinæ Senenſis amor in Virginem & huius in illam. 29. April.

Catharinæ Suedæ affectus in Virginem, Martij 22. Solo pedum tactu reprimit Tiberis inundationem. Ibid.

Catechiſmi lectiones vt promouerit Adamus Elector Moguntinus. 10. Ianu. n. 2.

Cerei ardentes ſine imminutione 15. Aug. n. 2. De cereo ante B. V. M. imaginem accenſo mirum 27. Sept. n. 6.

Cerem-

Cereus Atrebati miraculoſus, initio Iunij.

Chriſtum factum ex muliere, vt ait Paulus, declaratur. 30. Iunij.

Chriſti pueri imago flet 11. Apr. n. 2. De Chriſto puero viſo ientare cum pueris, exemplum admirandum Initio Maij n. 3.

Cibi quadrageſimales ſoli inferri poſſunt in monaſterium montis Virginis. Si quis contrafacit, ingentes procellæ excitantur. 22. Maij.

Cilicium inuſitatum ad procurandum dolorẽ, 10. Ianu. n. 2.

Circumciſionis die olim 2. Miſſæ celebrabantur. 1. Ianu. nu. 4.

Claudij Aquauiuæ erga B. V. M. obſeruantia & in eam fiducia. 31. Ianu. n. 4.

Claues ciuitatis ad B. V. M. deferunt obſeſſi & quo fructu. 25. Sept.

Clementis 8. in Virginem pietas. 3. Martij num. 2.

Columbæ indicio deſignatur futurus Papa Marcellus 2. 10. Aprilis.

Cæcus viſum recipit à S. Peregrino vitâ functo, qui ex feretro ei manum admouit quaſi viueret. Maij. 1.

De conceptione immaculata decretum Greg. 15. 24. Maij.

Concionator quidam omnes conciones à laude B. V. inchoabat, & alius quiſpiam qui eas eius laude claudebat. 23. Iulij.

Concionem ſcriptam tradit B. V. M. ſancto Dominico. 27. Dec. n. 3.

Confeſſionis beneficio gaudet & reuiuiſcit quæ ſine ea fuerat mortua, eò quod B. V. M. addicta

*3

fuerat,

fuerat, nuperrimum exemplum. Febr. 1. num. 4 pag. 59.

Coloſſus ingentis magnitudinis. 15. Auguſti num. 4.

Conſalui Silueriæ Societatis Jeſu obſeruantia in Virginem. 15. Martij n. 2. & in Appendice.

Conſecratio Sacelli Deiparæ in Eremo Heluetica ab ipſo Chriſto facta. 14. Sept. n. 6.

Conſtantini magni erga Virginem munificentia. 22. Maij n. 2.

Conſtãtinopolis Dei matri dicatur. 10. Maij. Quam frequens fuerit ea ciuitas. Ibid.

Contritionis vehementis exemplum. Oct. 1.

Cordis Chriſti oblatio B. V. M. facta ei gratiſſima. 25. Decemb. n. 8.

Corpus B. Helenæ per ſe ſtrepitum excitat imminente ciuitati aliqua calamitate. Nouemb. 4.

Copronymi Imperatoris Deiparæ hoſtis mors miſerrima. A morte eius oſſa cremata. 14. Sept. num. 3.

Crucifixi imago caput declinat vt ictum globi tormenti maioris effugiat. Oct. 23.

Crucifixi imago, carni cuiuſdam iuxta cor impreſſa reperta eſt. 19. Iunij.

Crucifixus loquitur. 8. Sept. n. 7.

D.

DAgobertus Rex quemadmodum honorarit S. Dioniſium. Janu. 29.

Dedicationis templi B. V. M. prophano modo

celebra-

celebratæ cum choreis & immunditijs &c. atrox ſupplicium. 22. Maij.

Dominici pietas in B.V.M. 4. Auguſt.

Dominicani ordinis affectus erga B.V.M. 4. Auguſti. Quam ſingulare priuilegium ei ordini ipſa impetrauit. Ibid.

Deſponſationum Deiparæ cum varijs ſanctis exempla. 22. Ianu. n. 3. &c. Vbi & qui ipſam Virginem annulo ei dato deſponderunt, deſponſat ſibi B.V. Alan. Dominican 8. Sept. n. 5.

Deſponſatur Christo à SS. V.M. Catharina Raconiſia. 4. Sept.

Didaci affectus in Virginem. 12. Nou.

E.

EDmundi Cantuarienſis Epiſcopi affectus in Virginem. 16. Nou.

Eduardus Angliæ Rex cultor Deiparæ. 5. Ianu. n. 1.

Eleemoſyna auertit flagella Dei à peccantibus. 6. Apr. n. 1.

Eliſabetha Picinarda cur B.V.M. referendaria dicta. 19. Febr. n. 2.

Emmanuelis Regis Luſitani pietas in Virg. 13. Dec.

Equus argenteus, cui argenteus item Rex inſidet omnibus inſtructus armis, votum Regis in prælium proficiſcentis. 8. Aug. n. 1.

Qui ad Euchariſtiæ eleuationem cereus accenſus tenebatur, manet in aëre ſuſpenſus, eo qui eum tenebat comitiali morbo correpto, & corruente.

te. 16. April.

Euchariſtiæ videndæ gratia dum ea in Miſſa eleuatur, oculos aperit B. Mauritius Dominicanus, dum ei iuſta perſoluuntur, ſub initium Martij num. 2.

Exercitiorum ſpiritualium Societatis Jeſu B.V.M. ſe dicit authorem. 31. Iulij in fine.

F.

FErdinandi Luſitani Principis cultus Virginis & ab ipſa viciſſim beneficia. 5. Iunij.

Ferdinandi quinti & Jſabellæ Regum Catholicorum pietas in Dei genitricem. 22. Ianu. num. 7.

Feſtum deſponſationis Deiparæ. Ianu. 22. num. 1.

Feſtum Dominæ noſtræ de Victoria Bruxellæ. 5. Iunij.

Fons Mariæ quo permulti ægri ſanantur. In appendice ad 12. Febr.

Franciſci pietas in Virginem. 4. Oct.

Franciſci Borgiæ cultus Virginis. 30. Sept.

Franciſci Coſteri affectus in Deiparam. 6. Decembr.

Franciſci 1. Gall. Regis pietas in Virg. 31. Maij.

Franciſci Retzæ pietas in V. M. quam & ſcriptis & concionibus eſt teſtatus. 8. Sept. n. 5.

Franciſci Senenſis cultus Virginis & huius in eam benefacta. Initio Maij nu. 2. Lilium ab eius ore prodit. Jmpetrat à Dei matre ſurditatem

ne cum mulieribus agere cogatur. Ibid.
Franciſci Suarez cultus Virginis. 25. Sept.
Franciſci Xauerij pietas in Virg. 2. Dec.

G.

GAbriel SS. V. M. flexis genibus ſalutauit. In appendice ad 15. Martij totas 9. horas cum ea permanſit. Ibid.
Gregorij 13. amor in V. M. 10. Apr. n. 2.
Gregorio magno celebrante ac dicente, Pax Domini ſit ſemper vobiſcum, auditi Angeli reſpõdentes: Et cum ſpiritu tuo. 28. Martij n. 2.
Gulielmi Bauariæ Ducis erga B. V. M. munificentia. 7. Febr. n. 2.

H.

HÆretica mulieri prohibet Deipara ingreſſum in S. Sepulchr. 14. Sept. n. 1.
Hiſpaniæ Regum pietas de purificatione B. V. M. 2. Febr. n. 2.
Henrici 1. Luſitaniæ Regis cultus Deiparę. 31. Ianu. n. 3.
Henrici Imperatoris cognomine Claudi pietas & munificentia in B. V. M. 14. Iulij.
Henrici 3. Gallorum Regis munificentia in B. V. M. Carnutenſem. 2. Febr. n. 13.
Henrici Suſonis in Deiparam pietas & viciſſim huius in illum amor & benefacta Ianu. 25. n. 3. Quas ſtrenas offerret Deiparæ. Ibid.

Hermani

Hermani Dominicani cultus Deiparæ. 17. *Apr.n.6.*

Hermanni ſeu Ioſeph affectus in Virginem & quæ ab ea planè ſtupenda beneficia recepit. Apr. 7.n.2.

Horas B.V.M. cur recitent Carthuſiani. 6. *Octob.*

Horas B.V.M. intermittentes quemadmodum puniti. 22.*Febr.n.* 1. *eas recitans in pluuia non madeſit.* 9.*Martij n.*3.

Hungari quam venerentur Dei matrem. 24. *Octob.*

Hyacinthi Dominicani in V.pietas. 17. *Apr. num.* 5.

*Hymnus O glorioſa Domina &c. in cæteris placet maximè B.V.M.*13.*Iunij.*

I.

IAcobo Aragon. Regi quod nomẽ in baptiſmate dandum exploratur per 12.*cereos ardentes.* 2.*Febr.n.*11.

*Iacobus Blaſæus erigit locum pium cui nomen Hortus B.M.V.*21.*Martij n.*2.

*Iacobus Laynez Societatis Ieſu, acerrimus propugnator immaculatæ conceptionis Dei genitricis.*19.*Ianu.n.*2.

*Ieiunia in honorem B.V.M. ſuſcepta & quo fructu primo.Febr.n.*2.*&c.vbi de cranio loquente & confeſſionem poſtulante.*

Iterum Ieiunij in honorem B.V.M.fructus. 22.*Maij n.*1.

Ignatij authoris Societatis Ieſu ope pellitur dæmon. 2. Febr. n. 14.

Ignatij fundatoris Societatis Ieſu amor in Deiparam. 31 Iulij.

Ignatius Societatis Ieſu author quid à Deipara impetrarit. 8 Sept. n. 14.

Ignis de cœlo deſcendit ſuper domum Lauretanam. 8. Sept. n. 8.

Imago B. M. à Rege pagano honoratur. 15. Auguſti n. 53 loquitur 20. eiuſdem n. 1.

Indulgentiam conſequentibus benedicere viſa Deipara. 2. Auguſti.

Induſium Deiparę oſtenditur Aquiſgrani. 10. Iulij, incredibili concurſu. Ibidem.

Induſium Virginis M. miraculosè ſeruatum. 7. Sept. n. 5.

Inuiſibilis quidam redditus ſuis hoſtibus ope Deiparæ. 4. Decemb.

Ioanna Galliæ Regina condidit ordinem Annuntiat. B. M. V. Feb. 4. n. 1.

Ioannes de S. Maria, vt eam coleret. 2. Febr. num. 9.

Ioanna Lotharinga Carol. 7. regno reſtituit. Append. ad 22. Iulij.

Ioannis Auſtriaci pietas in Virginem Oct. 1.

Ioannes 2. Aragoniæ Rex deuotus Deiparæ clientulus. 19. Iann. n. 3.

Ioannes Carrera Societatis Ieſu Virginis cultor. 7. Iann. n. 2.

Ioannis Baptiſtæ caput aureo vaſi incluſum. 25. Maij n. 4.

Ioannis Bercmanni è Societate Ieſu pietas in Virginem. 13. Auguſti n. 7.

Ioannis

Ioannis 1. *Luſitani pietas in Virginem, Append. ad* 14. *Auguſti.*

Ioannis Nugnez Patriarchæ Æthiopiæ affectus in Virginem. 24. *Decemb.*

Iordanis Dominicanus *B.V.M. ſtudioſus.* 13. *Febr.*

Iubilæi tempore reuelatio facta de remiſſis peccatis. Octob. 11.

Iuliani Apoſtatæ miſer exitus. Iunij 26. *num.* 1.

Iuſtiniani Imperatoris amor in Virginem. 13. *Nou.*

Iuſtus Lipſius Virginis perſtudioſus. 23. *Martij num.* 3.

L.

DE *Lacte V. M. qui ſuxerint.* 20. *Aug. n.* 3. & 4. 8. *Sept. n.* 5.

Lapilli inuenti in corde B. Margaretæ à Caſtro, qui certa quædam fidei myſteria referrent. 13. *Apr.*

Lauretana V. domus ex Galilea transfertur in Dalmatiam. 9. *Maij.*

Leo Jmperator vt Virginem coluerit, circa Ianu. 12. *n.* 1.

Leonis 10. *pietas in Virginem.* 19. *Martij num.* 2.

Liduinæ in B.V.M. pietas, & huius viciſſim mirus amor in illam. Aprilis 14. *n.* 4.

Lingua deſtitutus quidam loquitur Deiparæ beneficio. 24. *Nou.*

A Li-

A Litanijs Dominicanorum cauendum, prouerbium vnde ortum. 15. Iulij n. 1.

Ludouicæ Borboniæ abbatiſſæ donum Deiparæ Carnutenſi. 26. Ianu. n. 4.

Ludouicæ Lotharingiæ Reginæ Franciæ dona data Deiparæ Carnutenſi 26. Ianu. n. 4.

Ludouici Bertrandi cultus Virginis. 19 Oct.

Ludouici comitis Vindocinenſis cultus Virginis. 1. Iunij.

Sancti Ludouici Galliæ Regis amor Virginis. 25. Auguſti.

Lutgardis in Virginem pietas & huius in eam benefacta. 16. Iunij.

Lutheri Deiparæ hoſtis miſerrima mors. 18 Feb. nu. 2.

M.

MAriæ V. imago miraculoſa. Ian. 8. n. 1. & 2. & 14. eiuſdem n. 3. & 4 6. Febr. n. 1. defertur in proceſſione. 14. Martij n. 1. Illæſa manet licet tormentis maioribus impetita 15. eiuſdem n. 1. Alia miraculoſa 25. Martij n. 20. & 26. n. 4. vbi de inuentione imaginis quæ ad Guadalupã in Hiſpania in qua templum ſumptuoſiſſimum. Imago percuſſa ſanguinem mittit. Initio Aprilis. Defertur in triumpho Initio Aprilis n. 8. Illæſa in igne. 6. Apr. n. 2. Miraculoſa Apr. 25. n. 2. non vult ſe aliò transferri. Ibidem & n. 2. Miraculoſa. 26. Apr. n. 1. & 2. delata per vrbem profligat Saracenos. Initio Maij vbi de Pentecoſte. n. 1. Heraclius Imperator eam defert in prælio.

Ibid.n.3. Miraculoſa inuenta. 19. Maij nu.5. Imaginem B.V.M. ſecum defert Ludo. Imperator etiam in venatione. Maij 21 n. 3. Miraculoſa Gallæ Placidæ. 27. Maij. Imaginem Virg. venerantur oues. 30. Maij. Inuenta cum melle & alueari. 1. Iulij n.2. Iterum miraculoſa. 2. Iulij n.12.13.14. non vult alio deferri at ſe translata ſuo priſtino loco reſtituit n. 14. & 25. Iulij n. 3. Imago V.M. geſtata in ſupplicatione & ſerenitatem & imbres concedit 5. Iulij num.3. & 5. Imaginis B.M. quæ in monte Guardiæ ſeruatur origo. Ibid. Duaci Miraculoſa. 8. Iulij. Alia 15. Iulij ſanguinem icta emittit. 24. Iulij & 12. Augusti Imaginem V.M. quidam adhibet ad vineæ conſeruationem. Eadem miraculoſa. In Appendice ad 26. Martij. Icta ſanguinem mittit: digna quæ legatur hiſtoria. In Appendice ad initium Apr. Imago V.M. in deteſtationem contumeliæ ſibi & filio illatæ ſcindit veſtes. Ibid. Imago B. M. lata in bello de manu hoſtili erepta bono omine. In Append. ad initium Maij. Alia imago miraculoſa. Ibid. ad 20. Iunij. Mariæ V. Induſium vbi ſeruetur. 6. Ianu. n.4.

Mariæ V. imago ſudat ſanguine 3. Ianu. n.3. Sudat aqua 21. Maij. eaque miraculoſa. n.1. & 2. ab incendio eripitur ab Angelis. In Append. Feria 4. poſt Pentecoſten.

Mariæ V. imago loquitur S. Gregorio. 12. Martij num. 1. Alia eius imago aliò defertur ob peccata populi 25. Martij numero 19. Iterum loquitur S. Gregorio. 12. Martij num. 1. Alia eius imago 17. Iulij. Imaginem B.V.M. quidam Reges ſumpſere pro armis gentilitijs. 8. Sept. n.9.

percuſſa

percuſſa imago ſanguinem emittit. 26. Sept. Imago Angelicis manibus efformata. 4. Oct. illæſa in igne. 17. Octob. & 18. n. 4. Imago loquitur. 28. Nou. n. 5.

Mariæ V. ope Ferdinandus Rex Catholicus potitur Granata expulſis Mauris. 1. Ianu. n. 9. Cameracum reddit hoſti inexpugnabilem. 2. Aprilis. Hallas ab hoſte liberat. 10. Iulij n. 2. Rhod. à Turcis. 27. Iulij. Ipras ab Anglis. 8. Auguſti n. 3. Luſitani V. M. ope vincunt hoſtem 15. Aug. n. 5. Conſtantinopolis liberatur. Ibid. n. 6. hæretici cæduntur. 3. Octob. Galli ab Anglo vincuntur. 25. Octob. Pagani à Luſitanis. 11. Nou. Perſæ ab Heraclio. 12. Dec.

M. V. nomen imponitur. 22. Sept.

M. Virginitas adumbrata virga Aaron. 1. Iulij. ab Oſea prędicta. 4. Iulij. ab Iſaia 6. eiuſdē.

Marię Virginitas ingenti portento probata. 25. Decemb. n. 3.

In natiuitate B. V. M. quid agant Angeli. 8. Sept. n. 13.

Mariæ V. benignitati & beneficentiæ quàm ſidend. 26. April. Iuuat Catharinam Senenſem in pane pinſendo. 29. eiuſdem.

Mariæ laudibus concinendis occupati à fulmine intacti. 11. Iulij.

Mariæ V. nomen inuocat quædam mulier Iaponica quotidie centies & quadragies millies. 1. Nou.

Per Mariam V. adiuratus Carolus Octauus ſtupro abſtinet. 7. Apr. n. 3.

Mariæ V. quam dicūt de lætitia origo 8. Sept. n. 4. Et Carnutenſis. 17. Sept.

Mariæ

Mariæ dolorum dum cruci aſtaret quædam ſit particeps. 22. Feb. n. 3.

Mariæ nomen & Ieſu quidam non abſque ſummo dolore ſibi ſculpit in pectore. 1. Auguſt. num. 4.

Mariæ V. quidam ſe in mancipium tradit cum miris cæremonijs. 22. Feb. n. 1.

Gutturis aliarumque partium morbis medetur. 19. Ianu. n. 1. & morbo longè moleſtiſſimo. 20. eiuſdem n. 1. & dolori intolerabili 21. eiuſdem n. 1. Reſtituit Theophilo Chyrograph. quo ſe dæmoni manciparat. 31. eiuſdem num. 1. ad idem initio Maij n. 4. Dæmonem pellit ab energumena, 2. Feb. n. 14. & 13. Apr. mortuum excitat. 9. Febr. nu. 3. & 17. Apr. Iterum claudum ſanat. Febr. 18 n. 1. Liberat ab æterna damnatione ſuos clientes. 26. Febr. n. 4. & 5. & 15. Iulij. Iterum mortuum excitat. 7. Martij n. 3. & 4. quorum poſterior continet admirandam hiſtoriam. Liberat à morte quẽdam poſtquam iam tertio ſuſpenſus eſſet. 12. Martij n. 5. ſimiles vide n. 6. & 7. Viſum reſtituit initio Aprilis & 11. eiuſdem & 23.

Ab igne liberat. 8. April. n. 1. Initio Maij vbi de Pẽtecoſte n. 2. pulchrũ. Eremitorium Virginis in Heluetia flammis cuncta abſumentibus ſeruat intactum. 7. Maij mortuum ſuſcitat. 26. Maij & 6 Iunij & 5. Iulij. Imaginem ſuam ſeruat ne à flammis quæ cætera deuorarant abſumatur. 28. Maij. Item duas ædes eorum qui ſe inuocarant, toto municipio conflagrante. 2. Iunij. Veneficia pellit. 18. Iunij calculum curat & febrem. 2. Iulij n. 9. monſtroſum corpus reparat. 2. Iulij n. 10. linguam exectam reſtituit. 3. Iulij num. 5. mon-

ſtroſum

ſtroſum corpus curat illuſtriſſimo miraculo. Iulij n. 2. & Ereſypelis 13. eiuſdē mortuū excitat. Ib. n. 2. & 21. Iulij. paralyſis curata. 30. Iulij. à diluuio liberat. 1. Auguſt. fami medetur. 15. Auguſti, n. 3. cordis puritatem dat, in appendice ad 13. Ianuarij. Suadet cuidam vt in ſatisfactionem delictorum centies pronuntiet nomen Ieſu. Ibid. ad 16. eiuſdem curat paralyſim. 10. Sept n 6. Liberat à morte ſuſpenſum, & duobus confeſſionis beneficium impetrat. 19. Sept. Puerum vitæ reſtituit. 21. Sept. & 26. & 15. Octob. & 17. Liberat à præſenti mortis diſcrimine. Sept. 24. & 27. Octob. 2. & 4.

Inflicta vulnera cuidam non nocent. 10. Octob. Alium curat à multis vulneribus. 28. Octob. A ſubmerſione liberat. 29. Oct. Dæmonem pellit 1. Nou. à morbo cancri liberat. 4. Nou. à maleficijs. 9. Nou. à Maria. 11. Nou. carcere eximit. Nou. 15. Vulnera lætalia curat. 4. Dec. à peſte liberat. Dec. 21.

Maria Virgo ſanat quendam læthali Febri laborantem. 1. Ianuarij num. 6. Et claudum. 5. Jannarij num. 2. Linguam abſciſſam reſtituit. 6. Januarij. num. 5. & 6. vbi etiam manus & oculos. Vulnera læthalia curat. 7. Ianu. n. 3. & 31. nu. 2. & 15. Febr. n. 2. Aprilis 19. Et muto vocem reddit. 14. Ianuarij n. 2. & 3. digniſſimum quod legatur. & 4. & 8. Febr. n. 1. & initio Aprilis.

Maria Virgo apparet cuidam, dum S. Jordanus legeret. 9. Lectionem in precibus matutinis. 1. Ianu. n. 5. Item B. Stephanę, in qua apparitione eam dato annullo ſibi in ſponſam aſſumit Chriſtus. 2. Ianuarij n. 2. Et B. Angelæ à fulignio. 4.

Ianu.n.2. Et B. Andreæ Carmelitæ primitias celebranti. 6.Iann.n.7. Et B. Paulæ Florentinæ cui & lactis rorem propinauit. Ibid.n.10. Et Iuliano & Baſiliſſæ ipſa caſtarum nuptiarum nocte. 9.Ianu.n.1.Et S. Bonito cui dat veſtem ſacrã candoris eximij.14.eiuſdem.n.1. Sanctæ Euſtochio Clariſſæ cui & occulta multa pandit. 20.eiuſdem n.2.& S.Hildephonſo cui dat veſtem ſacram miri candoris. 24.Ianu.num.1. Sanctæ Euſtochio Dominicanæ, quam & B.Virgo amplexata eſt eique oſculandam dedit natum, eiuſdem. 24. n.2. Et S.Cæciliæ Dominicanæ.25.eiuſdem. num.2. Et Conrado Minoritę.2.Feb.n.3. S.Gertrudi ſæpius. 2.eiuſdem n.4.&c. S.Iordano n.7. Cuidam Epiſcopo quem ſubitò ſanat vt officium purificationis peragat n.8.Et S.Brigittę cui reuelat ſe ab Epiſcopo Brinolpho honoratam.Feb.6 n.2.Et S.Guilielmo Aquitaniæ Duci quem & ſanat. 10. Febr. n.2. Cuidam puellæ. 9. diebus continenter Martij 1.n.2.Ruperto Abbati cui & promittit ſcientiam ſcripturarum.3.Martij num.1. Et cuidam Boario, digna quæ legatur apparitio. 26. Martij n.4. S.Iacobo Apoſt. 25. Iulij. Cuidam hæretico quem conuertit ad fidem.8.Dec.Raynero Dominicano. In Appendice ad 9. Auguſti. Margareta Dominicana. In Appendice ad 20.Iulij.

Maria V.liberat quendam in mari periclitantem.6.Ianu.n.9. Item captiuos.16.eiuſdem nu.1. & 17.n.3.Iterum ab hoſtibus in mari. 3. Febr.n. 1.Iterum captiuos.8. Martij n.3.Iterum à periculo maris 23. Martij numero 2. A purgatorio initio Aprilis nu.1.3. Liberat à plus mille hoſtibus.11.Maij n.3.Liberat ab igne templum ſuum.

ſuum. 22. Maij. Iterum à numeroſiſſimis hoſtibus 24. Iunij n. 2. Captiuum 8. Auguſti. Iterum 14. eiuſdem n. 9. pulchrum. Iterum in Appendice ad 17. Ianu. liberat à fulmine quendam religioſum, ſocijs eius eo conſumptis. Longè pulcherrimum In Appendice ad 14. Maij. Etiam Lutheranorũ preces exaudit. 10. Sept. n. 4. Captiuos 300. à Turcarum ſeruitute liberat 26. Sept. Ab igne reum liberat. 4. Dec. Captiuũ libertati reſtituit 17. Dec.

Maria V. cuidam panis buccellam in os immittit 7. Apr. n. 1.

Maria Virgo ſanat quendam lethali febri laborantem. 1. Janu. n. 6. Et claudum 5. Ianu. nu. 2. Linguam abſciſſam reſtituit. 6. Ianu. nu. 5. & 6. Vbi etiam manus & oculos. Vulnera lethalia curat. 7. Ianu. n. 3. & 31. nu. 2. & 15. Febr. num. 2. Aprilis 19.

Maria iuuat Th. Cantuarienſem in reſarciẽdo cilicio. 29. Dec.

Mariæ quam grata oratio per eius dolores. 27. Dec. n. 1.

Mariæ gaudia in cælo & per illa oratio ei gratiſſima. 29. Dec.

Maria tradit B. Luciæ Narnienſi filiolum ſuum quem toto ſeruat triduo. 15. Nou.

Maria V. Benedicit Fratribus S. Dominici dormientibus, vno præterito. 4. Aug. n. 3.

Ad Mariam V. qui debitè recurrit non rapietur à Dæmone. 29. Apr. in fine.

Mariam Virginem extitiſſe in partu probatur à Cyrillo. 18. Martij.

Maria Virgo habitauit Epheſi. 3. Ianu. nu. 1. Ipſa collegit in vaſculo Chriſti ſanguinem è latere

Digitized by Google

tere manentem. 25. Martij n. 16. De ea Sabbato quouis ad frequentiſſimam concionem verba facit B. Venturin. 28. Martij n 3. Eius dolor in morte filij. 21. Apr. Maria dicta. gratiar. propè Inſulas incipit clarere miraculis. Apr. 23.

Mariæ V. crines ſolis fœminis oſtenduntur Romæ Martij 20. n. 1.

Feſto. V. M. Aſſumptæ euacuatum purgatoriũ qui dicant. 15. Aug. n. 16. & 17.

Mariæ V. Epiſtola ad S. Ignatium & huius ad illam. 1. Febr. n. 5.

Mariæ V. hoſtium ſupplicia. 30. Janu. n. 3. 28. Febr. n. 1. Apr. 6. n. 3. eiuſdem 17. n. 3. Maij. 2. Iunij 3. & 21. n. 5. & ſeq. 3. Julij n. 3. 16. eiuſdem 30. eiuſdem.

Marciani Imperatoris erga Deiparam pietas. 26. Ianu. n. 5.

Margareta ex ordine S. Dominici quemadmodum B. V. M. coluerit. 28. Ianu. n. 5.

Margaretæ Flandriæ Comitiſſæ munificentia in Virginem. 10. Febr. n. 3.

Margaretæ Reginæ Hiſpaniarũ cultus Virginis. 3 Oct.

Martini Delrio affectus in Deiparam Oct. 19.

Martyrum quorumdam futurorum nomina diuinitus inſcripta Martyrologio reperta ſunt. In Append. ad 4. Auguſti. Rara hiſtoria.

Matthias Boſſemius author Mariani ſeminarij. 4. Feb. n. 2.

Maximiliani 1. Imperatoris pietas in Deiparam. Ianu. 12. n. 1.

Mechtildem docet B. V. M. varia quæ ad eius cultum ſpectant, & pro fœlici morte impetranda.

Docet

Docet item quam capiatur ipſa ſalutatione Angelica. 26. Febr. n. 2.

Mirandum de quodam liquore cœleſti tradito à Deipara. 25. Dec. n. 12.

Miſſas de B. V. M. petit maritus S. Brigittæ mortuus vno anno celebrari. 12. Feb. n. 1.

Miſſa de Beata Virgine quam eidem grata. 29. Dec. n. 4.

Montiſſerratenſis Deiparæ deſcriptio. 8. Sept. n. 23.

Mulieres ſi vltra 9. Diem hereant ad imaginem quandam Deiparæ, moriuntur. 1. Iul. n. 2.

Mulierum fuga. 17. Iann. n. 4.

Et muto vocem reddit. 14. Janu. n. 2. & 3. digniſſimum quod legatur & 4. & 8. Febr. nu. 1. & Initio Aprilis.

N.

NAtiuitatis feſtum vt celebraret Fr. Felix. 18. May à B. V. M. accipit filium ſuum. Ibid.

Nauarri erga B. V. M. pietas. 21. Iunij.

O.

ODor ſuauiſſimus manat ex cadauere. 20. Ianu. n. 2. & 15. n. 2. & Febr. 6. n. 2. eiuſdem 27. num. 2. 9. Martij num. 2. Vbi & de cadauere flexili.

Oleum miraculoſum ex imagine B. V. Mariæ

Digitized by Google

15. Auguſt. num. 32.

Ordines equeſtres ſub protectione Virginis nuperrimè erecti. Maij 16.

Ordinis Oliuetanorum origo. 30. Dec.

Oſannæ Virginis cultus Deiparæ. 18. Iunij. n. 3. quid ei die purificationis contigerit. Chriſtus eam ſibi annulo deſpondet.

P.

PAſſionis myſteria diuinitus impreſſa in corde 17. Aug. n. 2. In eodem inuenti 3. globuli admirandi Ibid.

Pauli Apoſtoli Romæ hoſpitium in templum Deiparæ conuerſum. 25. Ianu. n. 1.

Paulus 5. eximius Deiparæ cultor. 28. Janu. num. 4.

Pax inter duos preceres miro modo & portento conciliata. 15. Aug. n. 7.

Peccatores quomodo gratioſè admittit Deipara, reuelatur ab ipſa D. Brigittæ. Iulij 23.

Peccatores B. V. M. recipit. 17. Nou. ab inferno liberat. Decemb. 4.

Peccatum mortale quam grauiter Deum quãtum in eo eſt, lædat, oſtenditur viſione. 6. Martij num. 1.

Petrus Apoſtolus domum in qua B. V. M. genita & educata, & in qua verbum caro factum eſt, in templum conſecrat. 29. Iunij. Philippi boni Ducis Burgundi munificentia erga Deiparam. 15. Iunij.

Philippus Dux Burgundiæ inſtituit equites

aurei

aurei velleris in honorem Deiparæ. 10. Ianu. num. 1.

Philippi 2. Hiſpaniarum Regis pietas in Virginem. Sept. 13.

Philippi Nerei affectus in Virginem. 26. Maij.

Philippus 3. Rex Catholicus impensè deditus Virgini. 31. Martij.

Pius 5. quanta erga B.V. Mariã pietate. 17. Ianu. n. 1.

Pœnitentia Ottonis Imperatoris. 27. Apr. num. 3.

Preces ſtatas ad V. M. omittens vt ab ea exceptus. 25. Iulij n. 5.

Proceſſio longè celeberrima Venetijs habita. 28. Maij & in Appendice.

Proceſſioni viſa intereſſe B.V.M. 2. Auguſt.

Pulcheria Imperatrix quam Deiparæ deuota. 10. Sept.

Pulſus circa tumbam S. Bertulphi imminente calamitate. Append. ad Iul. 14.

Purgatorij ignibus detentis, quidam merita ſua omnia applicat. 24. Febr. n. 4.

Purificationis die quid matri S. Dunſtani acciderit. 19. Maij n. 6.

R.

RAymundus Dominicanus eximius Virg. cultor. 6. Ianu. n. 11.

Reginaldus Aggellus vt B.V.M. coluerit. 5. Febr. n. 2.

** 4 Roberti

Roberti Regis Gall. in B.V. pietas 20. Iulij.

Roſę & lilia ex ore defuncti. 29. Nou.

Roſarij laudes ex Nauarro. Iunij 21

Roſarij miracula. In Appendice ad 19. Oct. num. 4.

Roſario Deiparę admoto corpori, repentè ęger conualeſcit. 20. Ianu. n. 2.

Roſarij deuotionem contemnentium mors miſerrima. 27. Dec n. 3.

Roſarij quotidiana recitatio in principe. 20. Feb. n. 2. & eiuſdem 24. n. 3.

Roſarij geſtatione in medijs bellorum periculis tutus. 8. Martij nu. 1. De eodem mira narratio. 29. Sept. Roſarij nonnulla miracula. 21. Dec.

Roſarium recitans in media pluuia non humectatur. Append. ad 12. Iunij.

Roſarium recitanti D. Bernardino apparet B. V. M. & quid ei dixerit. 20. May. Idem quotidie recitabat roſarium in honorem gaudiorum eius & quo fructu.

Roſarium B. Columbæ frangit dæmon & globulos diſſipat. 20. Maij n. 4.

Roſario S. Xauerij quidam tutus eſt in mari. Append. ad 2. Decemb.

Roſarium nūquam deponit Frater Paſchalis. In Append. ad 17. May.

S.

SAlutatio Angelica quam grata Deiparæ. 25. Martij n. 13. Ea ſalutatio viſitur naturaliter inſcripta certis lapillis. Ibidem. n. 14.

Saluta-

Digitized by Google

Salutatione Angelica recitata pelluntur dæmones. Iunij 21. *in fine.*

Salutationem Angelicam publicè recitat puer 6. *menſes natus non ſine miraculo, & qua occaſione id factum.* 28. *Febr. n.* 3.

Salutationem Angelicam recitari quando ad eam pulſatur oſtendit Deus portento ſibi placere. In Append. ad 24. *Februarij. Eam pronuntiare iubentur muti & loquuntur. Ibid. ad* 18. *Martij.*

Ad Salutationem Angelicam quando additum fuerit Sancta Maria mater Dei &c. Iunij 22.

Salutationem Angelicam ſemper in ore habebat S. Dominicus. 4. *Auguſti.*

Sebaſtiani Barradij Societ. Ieſu cultus Virginis. 14. *Apr. n.* 3.

Sebaſtiani Luſitaniæ Regis pietas in B. V. M. 4. *Aug. n.* 4.

Seruitorum ſeu ſeruorum B. V. M. ordo calumniam patitur & à S. Petro Martyre defenditur. 29. *Apr.*

Simeon Stok accipit à B. V. M. ſcapulare ordinis Carmelitar. 16. *Maij n. vltimo. Eius ſcapularis mirum priuilegium. Ibid.*

Simonis Garciæ ex ordine Minimorum pietas erga B. V. M. 27. *Febr. n.* 2.

Singularitas etiam in bonis operibus minus Deiparæ placet. 17. *Sept.*

Sixti 5. *pietas erga Deiparam.* 24. *Apr. n.* 2.

Sodalitas Romæ ad inueniendam dotem puellis. 26. *Sept.*

Sodalitas nobilium, eiuſque pia admodum functio In Appendice ad 25. *Martij.*

Soda-

Digitized by Google

Sodalitas ad excipiend. noctu ſub dio pernoctantes. 8. Dec. n. 12.

Societas Ieſu ſub Virginis patrocinio quod viſione oſtenditur. 21. Febr.

Solis ſtatio ad hoſtium ſtragem. 22. Aug. n. 2.

Staniſlai Koſca amor Virginis 14. Aug. *Virgo Maria in eius lectulo Chriſtum reponit.* Ibidem.

Stephanus Rex regnum ſuum vocat familiam Mariæ 15. Aug. n. 14.

Subulcus pecora ſua B. V. commendat viſitaturus eius Eccleſiam, & viſus eſt qui eo abſente ea cuſtodierit. In Append. ad 14. Aug.

Supplicio extremo afficitur contumelioſus in Virginem. 7. Dec.

T.

TEmplum Antuerpiæ B.V.M. dicatur. 18. Aug. n. 2. *Aliud longè ſumptuoſiſſimum.* 20. eiuſdem n. 6.

Templa bis mille in honorem Dei matris ædificat Iacobus 1. Rex. Iulij. 27. n. 3.

Templa 24. ædificauit Carolus cunctator Neapolitanus Rex. 4. Maij. n. 2.

Templi S. Mariæ Maioris magnificentia. 28. Martij n. 2.

Templi ædificandi locus diuinitus oſtenſus. 15. Nou.

Templi ædificationem facilem reddit B.V.M. Maij 22. num. 2.

Templi Lakenſis formam oſtendit B.V.M.

Digitized by Google

Dominica in Albis. In Append.

Templum Mediolani ſumptuoſiſſimum ad honorem B.V. Initio Sept.

In cuiuſdam templi Virginis ædificatione mirandum quid accidit. 2. Iulij n. 11.

Templi Pariſienſis Deiparæ dicati magnificentia. 14. Iulij n. 5.

Templi Wyerenſis in honorem D.V. dicati miracula 2. Iulij n. 4.

Tereſia amore Dei creditur mortua. Oct. 4.

Theodoricus Elſatius Flandriæ comes Virginis cultor. 17. Ianu. n. 2.

Thomas Aquinas ſalutationem Angelicam chartæ inſcriptam degluiit. 7. Martij n. 1.

Thomas Sanchez Societ. Ieſu vt B.V. coluerit. Quomodo linguæ impeditioris impedimentum ab eo ipſa abſtulerit ſancta quadam victa improbitate. 19. Maij.

Thomæ Villanouæ pietas in Deiparam & in egenos. 17. Sept.

Tolleti Cardinalis amor in Virginem. 14. Sept. n. 4.

V.

VEſtem virilem ſumit quædam vt ſe quærentem amaſium fallat. In Append ad 3. Maij.

Victoria memoranda ope Dei matris. Et quid in ea mirabile contigerit. 15. Jul.

Vincentius Ferrerius Dominicanus B.V.M. addictiſſimus. 5. Apr.

Virginem parituram prædicit Ægyptijs Hieremias propheta, & quid prodigio iſto audito ab

Digitized by Google

ijs factum. 1. Maij n. 2.

Virginitas Mariæ prædicta à Daniele 21. Iulij n. 2.

Virginitas Mariæ per Gedeonis vellus præſignificata 1. Sept. & per rubum Moſis 4. eiuſdem.

Vladiſlai Polon. Regis amor erga Deiparam. 31. May.

Votum nihil negandi quod in nomine B. V. M. peteretur. Item quod per Chriſti plagas. 20. Octob.

X.

XEnodochium Neapoli inſtar oppidi. 25. Martij n. 18.

Z.

ZOna B. M. V. miraculoſa. 31. Aug.

FINIS.

Digitized by Google

Errata difficilioris correctionis.

PAginâ 20. Arca. l. area.
Ibidem res. l. ros.
Pag. 26. ſed. l. ſub.
Pag. 98. Per. l. ter.
P. 108. Cui. l. vbi.
P. 136. Quo. l. Qui.
P. 162. Bariſq;. l. Pariſijs.
P. 169. Cæris. l. cęteris.
P. 183. Reuiſiſſet. l. remiſiſſet.
P. 196. Corpore animo. l. & animo.
P. 204. l. anno 1622.
P. 224. Anchoris. l. arctioris.
P. 240. Arnulphum. l. Malphim.
Ibidem, Pro. l. pio.
P. 302. ſimpliciter. l. ſuppliciter.
P. 303. Et cœli. l. & cætera.
P. 305. Amplius. l. non amplius.
P. 318. Compotalitia. l. compitalitia.
Ibidem 15. dic. l. Is dic.
P. 322. Cœlo. l. calo.
P. 337. dele totũ numerũ 4.
P. 349. Ex. l. &.
P. 350. Numero tertio. l. ſic. Secunda, inquit, eſt &c.
Ibidem. Dele, anno 1226.
P. 422. Frat. l. fratrum.
P. 444. Et ad eam ſanandã. l. ad eam ſedandam.
P. 445. Dele, tu dic, & lege ſic. longè nobiliſſimum victoriæ monumẽtum, quam ſuperioribus annis, de Mauris retulerat.
P. 487. Voluerunt. l. potuerunt.
P. 491. Solem, l. ſalem.
P. 493 70. l. 7.
P. 509. oſtendit. l. offendit.
P. 511. l. ſe vertens.
P. 518. Magnum. l. magum.
P. 525. S. Lucię. l. S. Lucę.
P. 535. reformationis. l. reformatricis.
P. 586. Copis. l. coxis.
P. 592. Solituro. l. ſolitario.
P. 600. Alterius. l. alternis.
P. 628. l. ſic. Huius iuſſu Cardinalis, Petrus, &c.
P. 630. Viuit 75. Dele 75.
P. 634. Dele, interdiu aliquot.
P. 683. Lege fratribus S. Dominici.
P. 697. Poſt altare. pone comma.
Ibidem pulchræ. l. piæ.
P. 712. influxit. l. inflexit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google